Sciendũ tercio ꝙ ſcd̃m aliqs praxis que eſt in factibilibus eſt primo in actu imperato ꝗ̃ in actu elicito. ꝫ praxis qui eſt in agibilibus. puta qui in actu virtutis moralis ṗmo eſt in actu elicito. ⁊ ex ꝯſequenti in actu imperato. ¶ Sciendũ tamẽ eſt ſcd̃m ſcotũ ꝙ actus elicitus eſt ṗmo praxis. qd̃ ſic ꝓbat̃. Illa oꝑatio eſt ṗmo praxis qui ſequit̃ immediacius actũ intellectus ꝑ modũ directi ⁊ regulati. ſed actus elicitus voluntatis eſt huiuſmodi. Qd̃ patet. qa ſine eo non poteſt haberi actus imperatus. ¶ Dicit̃ ſcd̃o ꝙ operatio voluntatis habet rationẽ praxis circũſcripto om̃i actu imperato vel operatiõe exteriori Probat̃ dupplicit̃. Primo quãdocũqꝫ aliqd eſt ṗmo tale ꝯiunctũ cũ aliquo poſteriori ſi ſeparet̃ ab illo actu remanet tale. ſed actus elicitus volũtatis eſt ṗmo praxis. ergo ſi ꝯiungat̃ ipſi actus alterius potentie remoto illo actu adhuc erit talis. ¶ Scd̃o ſic. Appetitus intellectiuus habet rationẽ ṗncipij ⁊ motiui ſicut ⁊ appetitus ſenſitiuus ſcd̃m philoſophum ⁊ cõmẽtatorẽ tercio de aĩa. ſed actus appetitus ſenſitiui ⁊ motio eius a ratione eſt praxis circũſcripto om̃i actu. igit̃. ¶ Ex his inferunt̃ duo corrolaria. Primũ ꝙ actus imꝑatus a volũtate nõ eſt ṗmo praxis ſed ꝑ accidens. qa nec ṗmo poſterior intellectione. nec ṗmo natus cõformiter elici rationi recte. ¶ Scd̃m corrolariũ ꝙ operatio volũtatis ⁊ operationes potentiaꝝ inferioꝝ dicũt̃ vniſoce praxes. qa ipſis ꝯuenit eadẽ ratio praxis Et qa dictũ eſt qd ſit praxis. ⁊ que operatio ſit ṗmo praxis ideo videndũ quid ſit ſpeculatio. Unde ſpeculatio eſt operatio intellectus ad nihil aliud extra genus ꝯtemplatiõis finaliter ordinata Ex qua diffinitione eliciunt̃ tres ꝯditiones reqſite ad ſpeculationẽ. Prima ꝙ ſit operatio intellectus. ⁊ ex hoc ſequit̃ ꝙ nulla operatio alterius potẽtie ab intellectu eſt ſpeculatio. ¶ Scd̃a eſt ꝙ talis operatio nõ ſit directiua praxis. Ex quo ſequitur ꝙ nullus actus intellectus practicus eſt ſpeculatio. ¶ Tercia eſt ꝙ talis ſpeculatio ſit gratia ſui. ita ꝙ nõ ſit ordinata ad aliqd aliud quod ſit praxis. Ex quo ſequitur ꝙ nõ om̃is intellectus. operatio eſt ſpeculatio. Pa

# cũ reſolutiõe text⁹ ad itẽtionẽ ſcoti

tet de operatione practica. licet om̃is ſit ſpeculatio vel practica.

**Sciẽdũ quarto ꝙ ſcd̃m ſcotũ ha-**
bit⁹ ſiue ſciẽtia dr̃ practica ab extẽſiõe ei⁹ ad praxim. vt regule ad regulatũ
Cõſiſtit aũt extenſio talis in ſcd̃a relatione aptitudinali ſcilicet prioritatẽ
naturalis ⁊ ꝯformitatis ſiu directitatis. q̃ qdẽ reſpectus predicãtur de
ipõ habitu in ſecũdo modo dicendi per ſe ſicut ꝓpria paſſio de ſubiecto
De prioritate patet per ſcd̃am ꝯditionẽ praxis ſuperius poſitam. Pro-
uenit autẽ iſta prioritas ex ordine potentiaꝝ ⁊ obiectoꝝ prout ſunt in il-
lis potẽtijs de ꝯformitate. patet ꝑ philoſophũ ſexto ethicoꝝ ꝙ veritas
ꝯſiderationis practice eſt ꝯfeſſe ſe habens appetitui recto. Prouenit au
tem hec ꝯformitas ex ordine obiectorum prout ſunt in potentijs. ¶ Ex
quo ſequit̃ ꝑ modũ corrolarij ꝙ ad hoc ꝙ aliquis actus vel habitus ſit
practicus nõ requiritur ꝙ actualiter ſit prior praxi. nec ꝙ actualit̃ ſibi cõ
formetur praxis. Probatur. qa ſi ſic ſequeretur p̃mo ꝙ habens artẽ do-
mificandi ⁊ carens manibus nõ haberet habitũ practicũ. ¶ Scd̃o ſeque
retur ꝙ aliquis habitus ſucceſſiue poſſet eſſe practicus ⁊ ſpeculatiuus.
¶ Tercio ſequeretur ꝙ nullus habitus eſſet neceſſario practic⁹. iſta ſunt
incõuenientia. igitur. ¶ Ad habitũ autẽ vel actũ practicũ requirũtur qua
tuor. Primo obiectũ operabile. ſicut ligna ⁊ lapides ad faciendū domũ
⁊ illud vocatur obiectum abſolute. Secundo requiritur operatio fienda
circa tale obiectum. quia ſolũ primũ obiectũ non faceret actum vel habi-
tum practicum. ymmo ſi aliquis ꝯſideraret illud obiectum ⁊ operatio eſ-
ſet impoſſibilis nullo modo illa noticia eſſet practica. ¶ Tercio requiri-
tur ꝙ illa operatio poſſit fieri ab habente habitũ. qa licet eſſet factibilis
in ſe. ſicut motus celi eſt factibilis. tamẽ ſi nõ eſſet in poteſtate habentis
habitũ nõ diceretur practica. ¶ Ex quo patet ꝙ ſcientia de motu celi in
intellectu hoĩs aut de creatione aĩe rationalis nõ eſt practica. Patet. qa
nec motus celi. nec creatio anime rationalis eſt in poteſtate noſtra. Pa-
tet etiã ꝙ licet ratio habitus practice formaliter ⁊ intrinſice ſit in duppli
ci reſpectu aptitudinali ad praxim. tamẽ extrinſice ⁊ denominatiue requi
rit vnũ reſpectũ ad ſubiectũ a quo praxis eſt elicienda. ¶ Quarto requiri
tur ꝙ illa operatio ſit precognita. quia agens a ꝓpoſito per ſe primo in-
tendit finem. ita ꝙ finis prius eſt in eſſe cognito ꝙ̃ producatur in eſſe re-
ali. ⁊ illa operatio vocatur finis ſub ratione obiecti. ¶ Sed diceres quot
modis aliqͣd denominatur practicũ a praxi. Reſpõdetur ꝙ aliqͣd dicitur

practicũ a praxi duobus modis. Vno modo ſcd̃m denomĩationẽ intrin
ſecã. ⁊ ſic ſubiectũ praxis dicit̃ practicũ. Alio modo ſcd̃m denomĩationez
extrinſecã. Et hoc quadruplicit̃. ſcd̃m ꝙ quatuor ſunt de quibus praxis
ꝑdicat̃ denomĩatiue extrinſice. ſcilicet intellectus practicus. habitus pra
cticus. actus practicus. ⁊ obiectũ. Intellectus aũt dicit̃ practicus q̃ intel
ligit actu vel habitu practico. Actus aũt intelligẽdi dicit̃ practicus q̃ ha
bet ꝓ obiecto praxim quã dirigit. Habit⁹ vͦ dicit̃ practic⁹ q̃ inclinat ad
actũ intelligẽdi practicũ. vel q̃ habet ꝓ obiecto praxim cuius ip̃e eſt ſil̃i
tudo vel forma exemplaris. Habitus em̃ practicus nõ ſolũ reſpicit pra
xim tanq̃ finem. ſed tanq̃ obiectũ. Ideo male aſſignãt aliq̃ obiectũ ope
rabile. vel illud circa qd̃ ↄtingit nos opari practice eſſe obiectũ habit⁹ pra
ctici. Nihil em̃ eſt circa qd̃ nõ ↄtingit nos operari practice. Vnde habi
tus practicus nõ eſt ſimilitudo obiecti operabilis. ſed eſt ſil̃itudo ⁊ exẽ
plar ip̃ius praxis circa obiectũ operabile. vt ars domificatiua nõ habet
pro obiecto domũ. ſed domificationẽ cui⁹ ip̃a eſt exemplar. ſed obiectũ
dicit̃ practicũ circa qd̃ ↄtingit nos practice operari.

¶ Quantũ ad ſecũdum articulum.

Dubitat̃ primo vtrũ practicum ⁊ ſpeculatiuũ ſint differentie eſſentiales noticie ſiue ſcientie in ↄmuni. ⁊ vtrũ
intellectus practicus ⁊ ſpeculatiuus realit̃ diſtinguant̃. Pro ſolutiõe pri
me partis ponit̃ talis diſtictio. Practicũ ⁊ ſpeculatiuum poſſunt ſummi
duplicit̃. Vno modo ſummit̃ practicũ ꝓ duplici reſpectu aptitudinali.
de quo nũc dictũ eſt. Et ſpeculatiuũ ꝓ negatiõe illi⁹ dupplicis reſpectus
extenſibilitatis ad praxim. Alio modo poteſt ſummi practicũ ꝓ ratione
fundamẽtali ⁊ intrinſeca ip̃ius noticie. que q̃dẽ ratio fundat talẽ reſpectũ
Et ſpeculatiuũ ꝓ ratiõe intrinſeca ꝑ quã repugnat ip̃i habitui ſpeculati
uo ille duplex reſpectus aptitudinalis. ¶ Ex qua diſtinctiõe eliciunt̃ duo
dicta. Primũ ꝙ practicũ ⁊ ſpeculatiuũ nõ ſunt differentie eſſentiales noti
cie ſi accipiant̃ p̃mo modo. Qd̃ ꝓbat̃ dupplicit̃. Primo. nullus reſpect⁹
eſt de eſſentia alicuius abſoluti. ſed ratio practici ⁊ ſpeculatiui ſunt q̃dez
reſpectus aptitudinales. ſciẽtia vͦ eſt qualitas abſoluta. igit̃ ⁊c̃. ¶ Scd̃o
ꝓbat̃. nullũ poſterius eſt de eſſentia prioris. ſed practicũ ⁊ ſpeculatiuuz
ſunt poſteriora ſciẽtia cui ↄueniũt. ergo nõ ſunt differẽtie eſſentiales ip̃i⁹
¶ Scd̃m dictũ. ſummẽdo practicũ ⁊ ſpeculatiuũ ſecũdo modo tunc ſunt
differentie eſſentiales noticie in cõmuni. Et hoc modo videtur accepiſſe
practicũ ⁊ ſpeculatiuũ ariſtoteles ſexto methaphiſice cũ diuidit ſcientiaz
in practicã ⁊ ſpeculatiuã. Patet ſic. Omis diſtinctio extrinſeca ⁊ a poſteri

cũ reſolutiõe text' ad itẽtionẽ ſcoti

ori ꝑſupponit aliquã diſtinctionẽ intrinſecã. ſed practicũ ⁊ ſpeculatiuum diſtinguntur eſſentialiter ab obiectis. ⁊ hoc extrinſice. ergo diſtinguntur i ntrinſice a rationibus practici ⁊ ſpeculatiui tanq̃ eſſentialibus differentijs. Et ex hoc patet ꝙ ꝓcedendũ eſt ꝙ quicq̃d cadit ſub vno mẽbro iſti' diuiſiõis eſt ꝑfectius intrinſice oĩbus que cadũt ſub alio membro. licet poſſet eſſe imꝑfectius extrinſice ⁊ ab obiecto. ſicut noticia practica que habetur de deo ꝑfectior eſt quacũq; ſpeculatiua de creaturis. ¶ Ex quo etiã ſequitur ꝙ diuiſio ſcientie ꝑ practicũ ⁊ ſpeculatiuũ eſt diuiſio generis ꝑ paſſiones ſuaꝝ ſpecierũ accipiẽdo ip̃a ꝑ̃mo modo. ſicut eſt diuiſio numeri ꝑ par ⁊ impar. ⁊ diuiſio linee ꝑ rectũ ⁊ curuũ. ¶ Quantũ ad ſecũdam partem dubij dicitur ꝙ intellectus practicus ⁊ ſpeculatiu' non diſtinguuntur realit̃ tanq̃ due potentie. ſed ſunt vna potentia aĩe. cui' ſ̃m ariſtotelẽ tres ſunt gradus. Primus eſt quãdo ꝯſiderat ſpeculabilia. Secundus quãdo conſiderat agibilia. Terci' quãdo magis ſe extendendo dictat aliq̃d eſſe ꝓſequendum vel fugiendũ. Primo modo dicitur ſpeculatiuus Scd̃o modo dicitur practicus imꝑfecte. Tercio modo dicitur practicus ꝑfecte. Vnde practicũ ⁊ ſpeculatiuũ ſolũ ſunt differẽtie accidentales intellectus. Idẽ em̃ intellectus q̃ ab intelligẽdo ſcd̃m habitũ ſpeculatiuũ dicitur ſpeculatiuus. ab intelligẽdo ſcd̃m habitũ practicum dicitur practicus. ¶ Aſſignantur aũt ꝯmunit̃ quatuor differẽtie inter intellectuȝ practicũ ⁊ ſpeculatiuũ. Prima eſt. q̃a intellectus practicus habet finẽ ſuũ extra ſe. ſcilicet operari. Sed intellectus ſpeculatiuus habet finẽ ſuum intra ſe. ſcilicet ſpeculari. ¶ Scd̃a differentia. q̃a intellectus practic' accipit formã vt eſt ꝑ̃ncipiũ operãdi. Speculatiu' v̾o accipit formã vt eſt ꝑ̃ncipiũ intelligẽdi. ¶ Tercia differẽtia q̃a intellectus practicus vtitur inſtrumentis corꝑalibus ad ꝓducendũ formã ad extra. Speculatiu' v̾o non. ¶ Quarta differẽtia. q̃a intellect' practic' eſt cauſa ſui obiecti ⁊ facit ip̃m. non autem intellectus ſpeculatiuus.

Dubitat̃ ſcd̃o vtrũ ſciẽtia dicatur

practica ab obiecto vl' a fine Ad q̃d dubiũ reſpõdet heinric' de gandauo q̃ noĩatur doctor ſolẽnis ꝙ ſciẽtia dr̃ practica nõ ẽ ex obiecto. ꝫ ex fine. ita ꝙ ex ordie ad pratim vt ad finẽ dr̃ ſcĩa ꝑ ſe practica. ⁊ hoc ꝑ̃mo ꝓbat trib' auctoritatib'. Prima ẽ philoſophi t̃cio de aĩa dicẽtis ꝙ itellec t' extẽſioe ad opus fit practicus. ⁊ differt a ſpeculatiuo in fine. ſed ei eodẽ dicitur ſciẽtia practica ⁊ ſpeculatiua ex quo intellectus practicus ⁊ ſpeculatiuus. igitur. ¶ Scd̃a eſt. q̃a dicit philoſophus ſcd̃o methaphiſice ꝙ finis theorice. id eſt ſpeculatiue eſt veritas. Practice v̾o opus. ¶ Tercia eſt Ariſto-

telis in p̄mo methaphiſice dicentis ꝙ ſcientia practica eſt minus nobi-
lis q̄ꝫ ſpeculatiua. q̄a eſt gratia vſus. Hoc aūt argumentū nō teneret niſi
vſus eſſet per ſe finis habitus practici. ¶ Sc̄d̄o hoc etiam ꝓbat tribus
rationibus. Prima ratio. habitus dicitur practicus aut ab obiecto. aut
a fine. nō ab obiecto. q̄a intellectus extenſione ſit practicus. q̄d nō eſt ve-
rum. niſi de eodē intellectu prius ſpeculatiuo ⁊ poſtea practico ſiue extē-
ſo ad opus. ergo circa idem poteſt eſſe ꝯſideratio practica ⁊ ſpeculatiua
¶ Sc̄d̄o ſic. Medicina diuiditur in practicā ⁊ ſpeculatiuā. ⁊ tamē eſt de eo-
dem obiecto ſcilicet de corpore ſanabili. igitur ſcientia nō dicitur prarti-
ca ab obiecto. Tercio ſic. Actus dicitur practicus q̄ eſt bonus vel mal⁹
moraliter. Bonitas aūt ⁊ malicia ꝯpetunt alicubi ex circūſtantijs. inter
quas p̄cipua circūſtantia eſt finis. vt habetur tercio ethicoꝝ. igr̄ Sed q̄a
hec oppinio eſt falſa. ideo ꝯtra eā primo ſic arguitur. Ab eodē habet ha-
bitus eſſe practicū vel ſpeculatiuū a quo habet ſuā entitatem. ſed illā nō
habet a fine. ſed ab obiecto ⁊ intellectu. igitur. Maior patet. q̄a eſſe practi
cum ⁊ ſpeculatiuū nō ſunt niſi reſpectus aptitudinales cōſequētes prin
cipia intrinſeca habitus. Finis aūt nō eſt huiuſmodi principiū. eo ꝙ ipſe
nō eſt cauſa niſi inquantū amatus ⁊ deſideratus. ſed illa aptitudo ineſt
noticie ſiue ſcientie ſiue finis ſit amatus ſiue non. poteſt tamen in intelle-
ctu eſſe noticia practica. dato ꝙ volūtas nō eſſet cōiuncta intellectui. igit̄
iſta aptitudo nō ꝯuenit noticie a cauſa finali. Nihil em̄ eſt ab aliqua cau
ſa. illa cauſa nō cauſante. ¶ Sc̄d̄o ſic. aut finis vt ꝓductus extra facit habi
tum practicū. aut vt ꝯſideratus vel vt intentus nō vt ꝓductus extra. q̄a
ſic eſt poſterior ⁊ aliquo modo effectus. Effect⁹ aūt nō diſtinguit cauſaꝫ
Si aūt cognit⁹ ſic habet rationē obiecti. ergo obiectū diſtinguit q̄d eſt ꝓ
poſitū. Si vt intent⁹ hoc iā improbatū eſt. q̄a naturalit̄ anteq̄ꝫ intēdeba
tur eſt cognitio. ¶ Tercio ſic. ſi ſciētiā eſſe practicā ⁊ ordinare ad praxim
vt ad finē ꝯuertant̄ vt dicit dicta oppinio ſequeret̄ ꝙ ſciētia moralis non
eſt practica. q̄d eſt ꝯtra ph̄m ſc̄d̄o ethicoꝝ dicētē. Virtutes ſcrutamur nō
vt ſciam⁹. ſed vt boni efficiamur. Cōſequētia tenet. q̄a finis ei⁹ eſt felicitas
que ſ̄m ph̄m decimo ethicoꝝ ꝯſiſtit ī ſpeculatiōe ⁊ nō ī praxi. ¶ Alia ē opi
nio doctoris ſubtilis dicētis. ꝙ ſciētia dicit̄ practica ab obiecto ⁊ nō ex fi
ne. Q̄d ꝓbat̄ p̄mo auctoritate ph̄i ſexto meth. diſtinguētis ſciētias ſpecu
latiuas a practicis penes obiecta ⁊ nō penes fines. Et ſexto ethicoꝝ diſti
guit rationatiuū a ſciētifico penes obiectū ꝯtingēs ⁊ neceſſariū. Et t̄cio
de aīa aſſignat ſubiectū noticie practice bonum. non quodcūq̄ꝫ. ſed agi-
le ⁊ contingens. ergo ſcientia eſt practica per ſe ex obiecto.

## cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

Ratio ne ſic ꝓbaꝛ̄. Jl'ud a quo ſciētia habet reſpectū aptitudinalē priori
tatis ⁊ cōformitatis ab illo habet ꝙ ſit practica. ſed hoc habet ab obie-
cto. igiꝛ̄. Minor patet. q̄a q̄cq̄d eſt cauſa ſubiecti etiā eſt cauſa ꝓprie paſſi
onis. ſed tale eſt obiectū. igiꝛ̄ ſciētia diciꝛ̄ practica ab obiecto ⁊ nō ex fine.
Pro ſolutione tamē argumentoꝝ alterius oppinionis ſupponiꝛ̄ ꝑ̇mo.
ꝙ quādo in idē cōcurrit ratio obiecti ⁊ finis tūc ꝑ̇ncipia ſummunꝛ̄ a fine
nō inquantū finis. ſed inquātū obiectū. Ex ſanitate em̄ vt intellecta a me
dico inquātū cognita ſummunꝛ̄ ꝑ̇ncipia ad efficiendū eā vt finē. ¶ Secū
do ſupponiꝛ̄. ꝙ oīs bonitas moralis ex circūſtantia ꝑ̄ſupponit in actu
⁊ habitu bonitatē ex genere quā habet tam actus q̄ȝ habitus ex eo ꝙ trā
ſit ſupra debitū obiectū. q̄a nulla circūſtātia faceret actū bonū vel habitū
qui eſſet de obiecto indebito. ¶ Tercio ſupponiꝛ̄ ꝙ oīs bonitas ex circū
ſtantia ꝯtineꝛ̄ virtualiꝛ̄ in obiecto. ⁊ ꝑ ꝯſequens in bonitate ex genere que
trahiꝛ̄ ex obiecto. Nam illa eſt prima bonitas. ¶ His ſuppoſitis reſpō
dendū eſt argumētis alterius oppiniōis Et ꝑ̇mo dicēdū eſt ad ꝑ̇mam
auctoritatē ꝙ philoſophus ibi loquiꝛ̄ de fine vt cognito modo finis. vt
cognitus habet rationē obiecti. ¶ Ad ſcdam auctoritatē ſcdi methaphi-
ſice dicēdū ꝙ finis theorice eſt veritas ⁊ practice opus loquendo de fini
bus intra genus cognitiōis. ⁊ illi fines diſtinguunꝛ̄ ꝑ obiecta vel ſaltem
prior diſtinctio eſt ex obiectis. ¶ Ad terciā auctoritatē dicēdū ꝙ verū eſt
ꝙ ſciētia practica eſt gratia vſus. ⁊ ꝙ vſus eſt finis ꝯſideratiōis practice.
nō tamē ſequiꝛ̄ ꝙ diſtinctio ꝑ̇maria ſcientiaꝝ ſit ex parte finis. ſed ex par-
te obiectoꝝ que virtualiter cōtinēt finē ⁊ oēs circūſtātias operationum
que ſunt ad finē. ¶ Ad ꝑ̇mū argumētū illius oppinionis diciꝛ̄ ꝙ licet in
tellectus extenſiōe fiet practicus habitus. tamē ſpeculatiuus nunq̄ȝ po-
teſt fieri practicus. eo ꝙ practicū ⁊ ſpeculatiuū eſſentialiꝛ̄ inſunt habitui
accidētaliter ꝟo intellectui. ¶ Ad ſcōm argumētum diciꝛ̄ ꝙ medicina ſim
pliciꝛ̄ eſt practica. diciꝛ̄ tamē ſpeculatiua eo ꝙ vna pars eiꝰ recedit a pra-
xi. ſicut medicina que habetur de vniuerſalibꝰ ꝑ̇ncipijs medicine ab aui-
cenna diciꝛ̄ ſpeculatiua q̄a recedit a medicina que eſt de particularibꝰ. ⁊ ꝑ
cōſequēs accedit ad ſpeculatiuā. non tamen eſt ſpeculatiua. ſed practica.
¶ Ad terciū argumētū diciꝛ̄ ꝙ licet aliq̄s actus dicatur bonꝰ vel malus
moraliꝛ̄ ex circūſtantia finis. hoc tamē nō eſt ꝑ̇mo ⁊ ꝑ̇ncipaliꝛ̄. ſed ab ob
iecto. ſicut patet ex ſcda ⁊ tercia ſuppoſitiōibus ſi em̄ actus trāſiret ſupra
obiectū indebitū ex nulla circūſtantia actus poſſet dici bonꝰ moraliter.

## Dubitaꝛ̄ tercio vtꝝ idem habitus

ſciẽtificus poſſit eſſe practicus ⁊ ſpeculatiuus. Ad qđ dubiũ reſpõdetur, ꝙ nõ. q̃a quãdo aliqua duo inſunt ꝑ ſe ſpecie diſtinctis. illa nõ poſſunt i eſſe eidẽ. ſed ſic eſt ꝙ practicũ ⁊ ſpeculatiuũ inſunt noticijs eſſentialiter diſtinctis. ſicut patet ſexto methaphiſice. ergo nõ poſſunt ineſſe eidẽ noticie. ⁊ ꝑ cõſequẽs eadẽ noticia vel habitus nõ poteſt eſſe practicus ⁊ ſpeculatiuus. ergo ⁊c̃. ¶ Sed ꝯtra hoc arguit̃ tripliciter. Primo. de futuris ꝯtingẽtibꝰ deus habet notitiã ſpeculatiuã. ⁊ tamẽ ſi reuelaret ea alicui homini haberet noticiã practicã. igit̃ ⁊c̃. ¶ Scđo ſic. De rebꝰ naturalibꝰ eſt ſciẽtia ſpeculatiua. ⁊ tamẽ alchimiſte habẽt de ipis ſciẽtiã practicã. q̃a factiuã. igit̃ ⁊c̃. ¶ Tercio ſic. Intelligẽtie habẽt noticiã de moralibus q̃ nõ eſt practica. ſed ſpeculatiua. eo ꝙ nihil regulat. ⁊ tamẽ nos habemus noticiã practicã de moralibus. igitur idẽ habitus ſcientificꝰ poteſt eſſe practicus ⁊ ſpeculatiuus. Sed q̃a iſte rationes nõ cõcludũt. ideo ad illas reſpondet̃. Et ṗmo ad ṗmã dicitur ꝙ iſte noticie nõ ſunt eiuſdẽ ratiõis eo ꝙ deus ex ſua volũtate determinãte ea ad eſſe cognouit illa. ⁊ homo cui fieret reuelatio cognoſceret ex reuelatiõe. ¶ Ad ſcđam dicitur ꝙ ſciẽtia alchimiſtaꝝ de rebꝰ naturalibꝰ eſt ſpeculatiua. tamẽ ars faciẽdi aliqua ſimilia naturalibꝰ eſt practica. ſicut ſi hoĩ daretur ars ꝓducẽdi roſaꝫ illa eſſet ars practica. ¶ Ad terciã dicitur ꝙ prudẽtia vbicũqꝫ reperitur eſt practica. ⁊ licet nõ regulet actualiter oꝑatiões. ſufficit tamẽ ꝙ regulet habitualiter. ¶ Sed quereres an logica ſit factiua ſui obiecti. qđ eſt ſcđa intẽtio Dicẽdũ eſt ꝙ nõ. qđ ꝓbatur quadrupliciter. Primo ſic ſcđm philoſophum ṗmo poſterioꝝ. de ſubiecto ſciẽtie debet p̄ſupponi ſi eſt. ergo nulla ſciẽtia facit ſuũ ſubiectũ. ¶ Scđo ſic. Si logica faceret ſuũ ſubiectum vel hoc eſſet inquãtũ logicꝰ vel inquãtũ nõ logicꝰ. Nõ inquãtũ nõ logicus. q̃a eſt repugnãtia in obiecto. Nec inquãtũ logicus. eo ꝙ ipe faceret vnũ ſubiectũ ⁊ ſupponeret aliud. ⁊ ꝑ cõſequẽs in logica eſſent duo obiecta. qđ eſt incõueniẽs. ¶ Tercio ſic Noticia dicitur cauſari de obiecto ⁊ a potentia. ergo nulla noticia eſt cauſatiua ſui obiecti. eo ꝙ tũc eſſet circulus in cauſando. ⁊ idẽ eſſet cauſa ⁊ cauſatũ reſpectu eiuſdẽ. quod eſt inconueniens. ¶ Quarto ſic. Mẽſuratũ ſemꝑ debet p̄ſupponere ſuã mẽſurã. ſed obiectũ eſt mẽſura ſciẽtie. ergo ſciẽtia nõ eſt cauſatiua ſui obiecti. Minoꝛ eſt ariſtotelis ṗmo methaphiſice. quare relinquitur ꝙ logica nõ eſt factiua ſui obiecti. Et hoc de ſecundo articulo.

## Quantũ ad terciũ articulũ ſit hec

cõcluſio reſpõſalis ad queſituꝫ. Logica eſt ſciẽtia ſimpliciter ſpeculatiua ⁊

cũ reſolutiõe text⁹ ad ĩtẽtionẽ ſcoti

nullo modo practica. Que cõcluſio ꝓbatur ſic. qa illa ſciẽtia eſt ſimpliciter ſpeculatiua que eſt naturaliter prior praxi. nec directiua praxis. ſed logica eſt huiuſmodi. igitur. Minor ꝓbatur. qa logica nõ eſt directiua niſi actuũ intellectus. q nõ ſunt praxes. vt viſum eſt in primo articulo. ¶ Diſtinguũt tamẽ aliq dupplicẽ ſciẽtiã practicã. Nã quedã eſt directiua que dictat aliqd eſſe faciẽdũ vel nõ faciẽdũ. ꝓſequẽdũ vel fugiẽdũ. ⁊ talis non eſt logica. Alia eſt oſtẽſiua. que nõ dictat aliqd eſſe faciẽdũ vel nõ faciẽdũ ſed tm̃ oſtẽdit quõ eſt faciẽdũ vel nõ faciẽdũ. ⁊ ex qbus ⁊ qualibus. vt ars domificatiua nõ dictat domũ eſſe faciẽdũ. ſed oſtẽdit quõ eſt faciẽda. ⁊ ex qbus ⁊ qualibus. ⁊ talis poteſt eſſe logica. nã logica nõ dictat ſylogiſmũ eſſe faciẽdũ. ſed oſtẽdit ex qbus ⁊ qualibus. ⁊ quõ ſit faciẽdus. Sed quia hec oppinio eſt falſa ⁊ contra prius determinata. ideo ꝓ nunc relinquenda.

## Ad rationes ante oppoſitum

Ad p̃mã dicit̃ ꝙ minor eſt vera de logica vtẽte. ſed nõ de logica docẽte. Aliter dicitur ꝙ aſſumptũ eſt impoſſibile. videlicet ꝙ aliqua ſciẽtia faciat ſuũ obiectũ. vt viſum eſt ĩ tercio dubio ſcdĩ articuli. Aliter dicitur ꝙ maior eſt falſa. qa illud nõ ſufficit ad ſciẽtiam practicam. ſed cum hoc requiritur ꝙ ſit directiua praxis.

Ad ſcdam dicit̃ negando minorẽ Et ad ꝓbationẽ dicitur ꝙ nõ om̃is operatio ſcdm electionẽ eſt praxis ꝓ ꝓpriiſſime dicta. ſed ſolũ illa que eſt alterius potentie ab intellectu. quare argumentationes non ſunt praxes. nec per cõſequens logica earuꝫ directiua erit practica. Sola em̃ illa ſcientia eſt practica que pro obiecto habet praxim propriiſſime dictam.

Ad terciam dicitur ꝙ ipſa eſt ad oppoſitum. Et hoc ſic. quia aſſumpta maiore. adde minorem. methaphiſica diuiditur in vtentem ⁊ docentem ergo methaphiſica eſt practica. ꝯcluſio eſt euidẽter falſa. g̃ maior. Minor em̃ cõceditur. quia om̃es alie ſcientie vtuntur methaphiſica quantum ad principia communia. que ſunt dignitates quas accipiunt omnes alie ſcientie a methaphiſica. vt patet per philoſophum quarto methaphiſice.

Ad q̄rtā dicit̃ ꝙ maior eſt vera ſi talis ſciētia eſt de operabilibus a nobis opatiõe practica. cuiuſmodi non eſt operatio qua fiũt intentiões ſecũde. diffinitiões. diuiſiões ⁊ argumentatiões. Et ſic neganda eſt minor.

Ad q̄ntā dicit̃ ꝙ maior eſt vera ſi ille habitus ſit directiuus in opatiõe que eſt praxis ⁊ alteriꝰ generis a ſpeculatiõe. ⁊ tũc minor eſt falſa ꝙ logica eſt huiuſmodi. non eñ dirigit niſi in actu ratiõis q̄ nõ eſt praxis. vt patet ex p̄mo articulo. Logica etiā non eſt prior praxi. nec ꝯformatiua praxis. quare non eſt ſciētia practica. ſed ſpeculatiua. ⁊ cetera.

Querit̃ tercio vtrũ logica que eſt pars philoſophie ſit de argumētatione tanq̃ʒ de ſubiecto p̄mo. Et arguitur p̄mo contra p̄mā partē. Tm̄ tres ſunt partes philoſophie. ſcilicet phiſica. methaphiſica ⁊ mathematica. ſed logica nõ eſt aliqua iſtarum partiũ. ergo logica nõ eſt pars ph̄ie. Maior patet ꝑ philoſophũ ſexto methaphiſice diuidētē philoſophiam tm̄ i illas tres partes p̄dictas. Minor eſt nota. igitur logica nõ eſt pars philoſophie.

Scđo arguit̃ ſic cõtra aliā partez Intentio ſcđa in cõmuni ſumpta eſt ſubiectũ logice. ergo nõ argumentatio. Tenet ꝯſequētia. q̄a vnius habitꝰ eſt tm̄ vnũ ſubiectũ. Cõſequēs patet ꝑ auicennā dicentē. Logica eſt de ſcđis intētiõnibꝰ adiũctis primis.

Tercio ſic. Sicut ſe habet methaphiſica ad ens reale. ita ſe habet logica ad ens ratiõis. ſed methaphiſica eſt de ente reali tanq̃ʒ de ſubiecto. ergo logica eſt de ente ratiõis tanq̃ʒ de ſubiecto. Et hoc ꝯfirmatur ꝑ philoſophũ q̄nto methaphiſice dicentem Circa idē laborat methaphiſicus. dyaleticus ⁊ ſophiſticus. ſed methaphiſicus reſpicit ens nature pro obiecto. igitur et logica ens rationis.

Quarto ſic. Oĩs ſcientia acq̄rit̃ ꝑ argumētationem. ergo ſi de argumētatiõe ſit ſciētia illa acq̄ritur ꝑ argu-

mentationē. Sed hoc eſt impoſſibile. igit᷑. Sed' impoſſibilitas ꝯſequētis patet. q̇a vel illa argumētatio eſſet nota vel ignota. Nō ignota, q̇a tūc ꝑ ip̄am nō acquireret᷑ ſcientia. Nec nota. q̇a aut hoc eſſet ꝑ ſe. qḋ nō eſt verū. vel ꝑ aliā. ⁊ ſic eſſet proceſſus in infinitū.

**Quinto ſic. Illud eſt ſubiectuꝫ in** aliqua ſcientia qḋ eſt ꝓ̇ncipaliſſimū inter oīa ꝯſiderata in illa ſcientia. et de quo demonſtrant᷑ paſſiones. ⁊ ad qḋ alia reducunt᷑. ſed ſylogiſmus eſt huiuſmodi. igit᷑ eſt ſubiectū attributionis logice ⁊ nō argumentatio.

**In oppoſituꝫ arguit᷑ ꝑ oēs expoſi**tores logice. q̇ ꝯmuniter oēs dicūt noticiā illā que logica dicit᷑ eſſe ſciētiā vnā rationalē ⁊ partē philoſophie. habentē ſylogiſmū vel argumētationē pro obiecto primo. ¶ In queſtione erunt tres articuli ſicut in ꝓ̄cidentibus. ¶ Quantū ad primū articulū.

**Sciēdū eſt ꝓ̇mo q̄ ꝓ declaratione** ꝓ̇me partis tituli queſtionis ponit᷑ hec diſtictio. Philoſophia accipit᷑ dupplicit᷑. Vno modo generalit᷑. ⁊ hoc modo ſic diffinit᷑. Philoſophia ē app̄hēſio veritatis cuiuſcūqꝫ entis ſiue a nobis ſiue a natura cauſati. ¶ Ab alberto vͦ ſic diffinit᷑ philoſophia. Eſt app̄hēſio cuiuſlibet admirabilis ꝑ ꝓ̇ncipia eius qḋ admirat᷑. Eſt aūt admiratio agonia mentis ſuſpenſioqꝫ cordis ex ſtupore magni ꝓdigij ꝓuenīēs in ſenſu apparentis cū deſiderio inueniēdi cauſam. ¶ Admirabile vͦ ſic ab eo diffinit᷑. Eſt cuius cauſa eſt occulta, inuētioqꝫ rara. ¶ Alio modo capit᷑ philoſophia ſpecialit᷑ ꝓ app̄henſione veritatis cuiuſcūqꝫ entis a natura cauſati. ⁊ illo modo capit᷑ philoſophia ꝓprie. ¶ Diuidit᷑ aūt philoſophia generalit᷑ dicta ī philoſophiā realē. moralē ⁊ rationalē. ſiue ſermotionalem. Sed philoſophia ſpecialit᷑ capta diuidit᷑ in philoſophiā que eſt de entibus naturalibus ⁊ mobilibus. ⁊ mathemathicā que eſt de ſeparatis a motu ⁊ materia ſenſibili tā ſ̄m rationē, ⁊ ī methaphiſicā q̄ ē de ſepatis a motu ⁊ materia ſenſibili tam ſcḋm eſſe qꝫ ſcḋm rationē. Philoſophia vͦ moralis diuidit᷑ in ethycā. pollitica. yconomicā ⁊ monaſticam. Ethyca tradit᷑ ab ariſtotele in decē libris ethycoꝝ. ⁊ ꝯſiderat modū viuendi in cōmuni. Hoc eſt ethyca eſt de his que ſunt ꝯmunia ad oēm modū viuendi. ſiue ſolitarie. ſiue domeſtice. ſiue ciuiliter vel pollitice. ¶ Pollitica vͦ ꝯſiderat de regimine pollicie vel ciuitatis ⁊ de modo viuendi ciuilit᷑. ⁊ illa tradit᷑ ab ariſtotele in pollliticis. Yconomica aūt tractat de regimine domus vel fami-

# Queſtiões veteris ac noue logice

lie. ⁊ de modo viuendi domeſtice. ⁊ illa tradit̃ ab ariſtotele in yconomicis Monaſtica v̊o ꝯſiderat de regimine vnius ho̅is. ſiue de modo viuēdi ſolitarie. ⁊ illa nō inuenit̃ tradita ab ariſtotele. ¶ Sed philoſophia ſermotionalis ſiue rationalis diuidit̃ in grāmaticā. logicā ⁊ rethoricā. ¶ Ex his dictis dicit̃ primo ꝙ logica docēs eſt pars philoſophie generalit̃ dicte. vt patet ex dictis. Scd̄o patet. q̄a ip̄a nō eſt pars philoſophie ſpecialiter dicte. vt. probat prima ratio ante oppoſitum.

Sciēdū eſt ſcd̄o ꝙ ꝓ declaratiōe ſcd̄e particule queſtiōis ponunt̃ quedā diſtinctiones. Prima eſt alberti magni. Triplex poteſt aſſignari ſubiectū in aliqua ſciētia. ſcilicet ꝯmune ſpeciale ⁊ ſpecialiſſimū. Subiectū cōmune eſt illud qd̄ eſt ꝯmunius inter oīa que cōſiderant̃ in ſcientia. ⁊ ſic ens ratiōis poteſt dici ſubiectū logice Sed ſubiectū ſpeciale eſt qd̄ eſt adequatū ſciētie. ⁊ in ea principaliter cōſideratur. Subiectū v̊o ſpecialiſſimū eſt principalior pars ſubiecti ſpecialis. Vnde ſcd̄m ip̄m argumentatio dicit̃ ſubiectū ſpeciale logice. Sylogiſmus aūt ſpecialiſſimū. ¶ Secūda diſtinctio. Subiectū ſcientie adhuc eſt duplex. ſcilicet formale ⁊ materiale. Subiectū formale eſt illa ratio formalis ſub qua aliqd̄ cōſideratur in ſcientia. ⁊ ad quā oīa cōſiderata in ſciētia habent attributionem. ⁊ tale ſe habet ad ſubiecū materiale vt abſtractuꝫ ⁊ cōcretū quādo ſibi eſt ꝓpriū nomen impoſitū. ⁊ vbi nō eſt ꝓpriū nomē impoſitū. ip̄m circūloquimur ꝑ ꝓpriā paſſionē ſubiecti. Sed ſubiectum materiale eſt illud cui primo ⁊ adequate conuenit illa ratio formalis ſeu ſubiectū formale. ¶ Vnde in logica ſubiectū formale eſt ratio deueniendi de noticia noti ad noticiam ignoti. Sed materiale ſubiectum eſt vel argumentatio vel ſylogiſmus. ¶ Tercia diſtinctio. Logica accipitur dupliciter. Vno modo vt eſt ab ariſtotele tradita in libris logice. Alio modo vt eſt complete tradita. ¶ Quarta diſtinctio. Argumentatio accipitur duppliciter. Vno modo prime intentionaliter ſiue pro denominato. et ſic eſt oratio compoſita ex antecedente ⁊ cōſequente ⁊ nota illatiōis. Alio modo accipitur formaliter. ⁊ ſic eſt quedā relatio rationis fundata in argumentatione prime intentionaliter capta. ¶ Diffinit̃ autē ſic argumentatio. Eſt ratiocinatio mentē arguens ⁊ conuincens ad procedendum de noticia noti ad noticiaꝫ ignoti. ¶ Ex his eliciuntur quedā dicta. Primū Argumentatio nō eſt ſubiectū adequatū logice complete. Patet. q̄a non conuenit ſibi primo ⁊ adequate ratio formalis ſubiecti vel logice. que eſt ratio deueniendi de noto ad ignotū. Illa eīm ratio non ſolum cōuenit ar-

gumentationi. ſed etiam diffinitioni ⁊ diuiſione. ¶ Secūdm dictū. Argumē-tatio nō eſt ſubiectum adequatum logice tradite ab ariſtotele vt poſtea probabitur. ¶ Terciū dictū. Modus ſciendi eſt ſubiectū adequatum lo-gicecomplete. Patet. qa ſibi adequate conuenit ratio formalis ſubiectiua logice complete. vt in ſequentibus videbitur.

# Sciēdū tercio ꝙ ſubiectū ꝓmū ſic

diffinitur a doctore ſubtili in opere anglicano. Eſt quod primo v̓tualiter continet oīes veritates illius habitus cuius eſt ſubiectū. Et debet intel ligi de veritatibus neceſſarijs. qa veritates contingentes nō continentur in aliquo primo ſubiecto v̓tualiter. ¶ Unde eſt aduertendū ꝙ continere virtualit̄ poteſt intelligi dupplicit̄. ſcilicet v̓tualit̄ actualiter. ⁊ v̓tualit̄ po-tentialiter. Uirtualiter actualiter continet ſubiectum proprias paſſiones que ab ipſo oriuntur. Uirtualiter potentialiter continet ſubiectū paſſio-nes ſuorum inferiorꝫ que inſunt ip̄is non per rationem ip̄ius ſuperioris ſed per ꝓprias rationes ip̄orꝫ. Primū igitur ſubiectum alicuius ſcientie vnius generis continet v̓tualiter actualiter vel potentialiter omnes veri tates que principaliter tractātur in iſta ſcientia cuius eſt ſubiectum. Ue ritates v̓o minus principaliter conſiderate ad ip̄m reducuntur ⁊ habent attributionem. ſicut philoſophus quarto methaphiſice reducit ad ſub-iectū eiꝰ qđ eſt ens inquantū ens generationē que eſt via ad eſſe ⁊ corru-ptionem que eſt via ad non eſſe. Et ſimiliter negationes ⁊ priuationes q̄ priuant ipſum eſſe. ⁊ cetera. que aliquo modo habent attributionem ad ſubiectum primū. Unde primū in propoſito eſt illud quod nō depēdet ab alio. ſed alia dependet ab ip̄o. Hoc eſt circumſcripto oīi alio a ratio-ne obiecti per poſſibile. vel impoſſibile manente intellectu ⁊ ratione for-mali adhuc contineret. ¶ His ſuppoſitis probatur predicta diffinitio Primo ſic. Oīs veritas ſcientialis neceſſaria eſt mediata vel immedia ta ſed ſubiecum primū continet tam veritatem mediatā ꝙꝫ immediatā. igitur. Minor patet primo de immediatis. qa in ip̄is ſubiectum conti-net virtualiter predicatuꝫ. quia ponitur in diffinitione. ſicut in diffinitio ne proprie paſſionis. Ueritas aūt totius ꝓpoſitionis virtualiter con-tinetur in predicato ⁊ ſubiecto. ⁊ per conſequens ſubiectum continet vir-tualiter veritatem cuiuſlibet propoſitionis immediate. ſed huiuſmodi ꝓ-poſitiones. cum ſint principia continent veritates mediatas omniū cō-cluſionum vt patet. ergo de primo ad vltimuꝫ ſubiectum primum conti net virtualiter veritatis totius habitus.

¶ Scđo ſic. Subiectū ſcientie ſe habet ad habituꝫ ſicut cauſa equiuoca ⁊ adequata. ſed cauſa equiuoca ꝯtinet virtualiť effectū ⁊ nō formaliter. ⁊ ſi ſit adequata ꝯtinet totū. igiť ſubiectū p̄mū ꝯtinet v̓tualiter totū habituꝫ adequatū. Sed ꝯtra hāc diffinitionē arguiť multipliciter. Primo ſic. Noticia ſubiecti nō ꝯtinet virtualiter noticiā paſſiōis. q̄a ſi ſic ſequereť ꝙ ſubiectū ⁊ ꝓpria paſſio diſtinguerentur realiter. q̄a talis ꝯtinētia ſcđm ponētes eā eſt cauſalis ⁊ effectiua. Multe aūt ſunt paſſiones que ſunt alie res a ſubiecto. ¶ Scđo ſic. Oīs noticia ꝯtinēs p̄mo v̓tualiter aliā. ꝯtinet etiam oēm noticiā ſine qua illa alia cauſaliter nō poteſt haberi. ſed noticia ſubiecti adequati ſcientie nō ſemꝑ ꝯtinet oēm noticiā ſine qua cauſaliter noticia paſſiōis nō poteſt haberi. igitur. Minor ꝓbatur de illis paſſionibus que ꝯnotant res diſtinctas a ſubiectis. vt beatificabile reſpectu creature intellectualis ⁊ informabile reſpectu materie. Informabile enim quottat formā. ⁊ que eſt alia res a materia. ¶ Tercio ſic. Si de ratiōe p̄mi ſubiecti eſſet ꝯtinere primo virtualiter oēs veritates. ſequeretur ꝙ eadem veritas numero eſſet ꝯtenta a diuerſis ſubiectis virtualirer p̄mo. Antecedens eſt impoſſibile. igitur. Cōſequētia patet. q̄a p̄ncipia ſciētie ſubalterne ſunt cōcluſiōes in ſciētia ſubalternāte. ſicut patet de muſica ⁊ arithmetrica. ergo ſunt ꝑ ſe de ꝯſideratiōe vtriuſqꝫ. ⁊ ꝑ ꝯſequēs ꝯtente v̓tualiter p̄mo in ſubiecto eoꝝ ſtante ſuppoſito impoſſibilitas ꝯſequētis. Patet. q̄a qđ ꝯtinetur virtualiter p̄mo in aliquo nulli ꝯuenit niſi ꝑ rationē ipius. ſi ergo duo ſubiecta ꝯtinerēt v̓tualiter p̄mo eandem veritatē numero qđlibet eoꝝ cōtineret ꝑ rationē alteri⁹. ⁊ ſic nullū ꝯtineret p̄mo v̓tualiter. q̄a qđlibet dependeret ab alio in ꝯtinendo. ¶ Quarto ſic. Qđ ꝯuenit per ſe ⁊ formaliter medio vt diſtinguitur a ſubiecto. nō eſt formalis ⁊ q̄ditatiua ratio ſubiecti ſed v̓tualis cōtinētia cōcluſiōis demōſtrate conuenit ex ſe ⁊ formaliter medio vt diſtinguitur a ſubieito. q̄a mediū habet rationeꝫ cauſe. ⁊ ꝓpter quid reſpectu cōcluſiōis. ¶ Propter iſtas ratiōes ⁊ alias cōcludit gregorius de arimino ꝙ p̄dicta ratio ſubiecti p̄mi eſt inſufficiens. ideo aliter dicit ꝙ ſubiectū primū alicuius ſciētie eſt qđ eſt p̄mū p̄mitiue attributionis. vel p̄mū p̄mitiue p̄dicatiōis. vel p̄mū tā p̄mitiue attributiōis qꝫ p̄dicatiōis. ſicut ſubiectū logice qđ eſt ſylogiſmus reſpectu aliquoꝝ cōſideratorum in logica. cuiuſmodi ſunt termini ⁊ ꝓpoſitiones eſt p̄mū p̄mitiue attributiōis. ⁊ reſpectu ſylogiſmi demonſtratiui. dyaletici ⁊ ſophiſtici eſt p̄mū primitiue p̄dicatiōis. Sed q̄a p̄dicte ratiōes nō cōcludunt. ideo reſpondendū eſt ad ipas. Ad primā ꝙ talis cōtinētia nō eſt ꝓprie cauſalis ꝓductiua in eſſe reali. ſed bene eſt ꝓductiua in eſſe cognito ⁊ obiectiuo ꝑ

# cũ reſolutõe text⁹ ad itẽtionẽ ſcoti

quanto mediũ ⁊ cauſa idẽ ſunt. vt dicit ariſtoteles ſcd̃o poſterioꝝ. Subiectũ aũt eſt mediũ ⁊ ratio cognoſcẽdi paſſionẽ. igitur ⁊ cauſa ſcilicet ĩ cognoſcendo. Ad ſcd̃am poteſt ꝯcedi maioꝛ de ꝯtinentia ꝑ ſe. licet nõ p̃mo ſicut triangulus p̃mo ꝯtinet equalitatẽ triũ anguloꝝ duobus rectis. ſed nõ p̃mo ⁊ adequate ꝯtinet om̃e illud ſine q̊ nõ poteſt cognoſci equalitas anguloꝝ. licet bene per ſe. Et ad minorem dicit̃ ꝙ q̇ diſtincte ⁊ ꝑfecte cognoſcit ſubiectũ ſcd̃m illã rationẽ ſcd̃m quã ſubijcitur alicubi paſſioni cognoſcit om̃e illud ſine quo talis paſſio cognoſci nõ poteſt. vt ſi quis ꝑfecte cognoſceret materiã ſcd̃m illam rationẽ ſcd̃m quã ſubijcit̃ informabilitati. eti.i cognoſceret formã inquãtũ ſufficeret ad cognitionẽ informabilitatis. Vel dicẽdũ ꝙ ſicut reſpectus aptitudinalis. cuiuſmodi eſt paſſio poteſt eſſe ſine termino. ita ꝙ cognoſci ſine ip̃o ꝑfecte cognito. licet reqratur aliqua cognitio. ſcilicet cõfuſa illius termini. ¶ Ad terciã dicit̃ negando ꝯſequẽtiã. qa licet eadẽ veritas poſſit eſſe incluſa virtualiter in diuerſis ſubiectis. nõ tamẽ p̃mo. ſicut paſſiões ſuperioꝝ ſubiecti poſſunt includi virtualiter in ſubiecto inferioꝝ. ſed nõ p̃mo. ſic autẽ eſt in ſcientijs ſubalt̃nantibus ⁊ ſubalternis. ¶ Ad vltimã dicit̃ ꝙ virtualis continentia medij nõ excludit virtualẽ ꝯtinentiã ſubiecti. qa mediũ in demõſtratione potiſſima eſt diffinitio ſubiecti. ⁊ ideo idem eſt dicere ꝙ mediũ cõtinet virtualit̃ primo. ⁊ ꝙ ſubiectũ ꝯtinet virtualiter primo. ⁊ cetera.

## Sciẽdũ q̊rto ꝙ adhuc aliter diffi-

nitur ſubiectũ p̃mũ ſiue attributiõis ſcd̃m ſcotũ in opere pariſiẽſi. Eſt qd̃ habet ꝯceptũ q̇ditatiuũ nõ incluſum virtualit̃ in aliquo priore ad ſcientiam ꝑtinẽtẽ p̃mo notũ ſcd̃m ꝓpriã eius cauſam formalẽ ⁊ abſolutã v̇tualiter ꝯtinẽs noticiã oĩm veritatũ illius ſcientie ⁊ adequatũ illi ſciẽtie cui⁹ eſt ſubiectũ. ¶ Ex qua diffinitiõe eliciunt̃ ſex ꝯditiões req̇ſite ad ſubiectum alicuius ſcientie. prima eſt ꝙ habeat ꝯceptũ q̇ditatiuũ. ⁊ ꝑ hoc excludũt̃ nõ entia. ¶ Scd̃a ꝙ nõ includat̃ virtualit̃ in aliquo priori ad ſcientiã pertinente. Et ratio. qa in eſſentialit̃ oꝛdinatis ſtandũ eſt ad aliqd̃ primum. ſed illa que pertinent ad eandẽ ſcientiã ſunt eſſentialit̃ oꝛdinata. nam concluſiões p̃ſupponũt p̃ncipia ſubiectũ ⁊ p̃dicatũ. ſubiectũ aũt p̃dicatum igit̃ ⁊ cetera. ¶ Tercia ꝯditio ꝙ ſit p̃mo notũ. Vnde philoſophus p̃mo poſterioꝝ. Opoꝛtet ſupponere de ſubiecto qd̃ eſt ⁊ quia eſt. ¶ Quarta ꝙ ſit notũ ſcd̃m ꝓpriã rationẽ formalẽ ⁊ abſolutã eius. Dicit̃ aũt ꝓpriã: qa ſi eſſet notũ ſcd̃m rationẽ alteri⁹ noticia ei⁹ ꝯtineret̃ v̇tualiter in alio. Dicitur etiã formalẽ. qa ſcd̃m rationẽ accidẽtalẽ nihil poteſt eſſe ſubiectum alicuius ſcientie. Dicit̃ etiã abſolutã. qa ſi eſſet notũ ſcd̃m rationẽ eius re-

ciũ

ſpectiuã noticia eius cõtineret̃ in alia. Et iſta particula inducit dubietatẽ
de ſubiecto logice cũ ſit ens reſpectiuũ. ¶ Quinta cõditio ꝙ v̇tualit̃ cõti-
neat oẽs veritates illius ſcientie cuius eſt ſubiectũ. ⁊ iſta particula ſatis
declarata eſt in notabili ꝓcedenti. ¶ Sexta ꝙ ſit adequatũ illi ſciẽtie cuius
eſt ſubiectũ. Cõmunit̃ tamẽ ſolũ aſſignant̃ tres cõditiões ſubiecti attribu
tionis in aliqua ſciãtia. Prima eſt ꝙ ſit notũ in illa ſcientia de ip̃o q̇d eſt
⁊ q̇a eſt. nam hec duo oportet ꝓſupponere de ſubiecto demõſtratiõis an
te demõſtrationẽ. vt patet p̈mo poſterioꝝ. ¶ Scd̃a eſt ꝙ oĩa determina-
ta in ſciẽtia cuius eſt ſubiectũ ad ip̃m reducant̃ ⁊ ꝓpter ip̃m conſiderent̃.
aliter em̃ ab eius vnitate nõ ſummeret̃ vnitas ſciẽtie. ¶ Tercia eſt ꝙ ꝑ eiꝰ
quid eſt demonſtrant̃ paſſiões de eo. Nam ſcd̃m ariſtotelẽ p̈mo de aĩa
ip̃m qd̊ q̇d eſt ſiue ratio formalis ſubiecti eſt p̈ncipiũ demõſtrationis. ⁊
hec de primo articulo

# Quãtũ ad ſcd̃m articulũ Dubitat̃

p̈mo vtrũ modus ſciendi ſit ſubiectũ logice cõplete. Pro huius dubij ſo
lutiõe ponunt̃ alique ſuppoſitiões. diſtinctões. diuiſiões ⁊ dicta. Prima
ſuppoſitio eſt ratio formalis ſubiectiua logice cõplete eſt ratio deuenien
di de noticia noti ad noticiã ignoti. Patet q̇a ad ip̃am habẽt attibutionẽ
quecũqꝫ in logica ꝯſiderant̃. ¶ Secũda ſuppoſitio. Logica ꝯpleta docet
oẽm modũ ſciendi vel notificandi ignotũ. ¶ Ex quo ſequit̃ ꝙ illud eſt ſub
iectũ logice cõplete cui tanq̃ꝫ inſtrumento p̈mo ⁊ adequato ꝯuenit ratio
formalis ſubiectiua logice complete que dicta eſt ⁊ ꝑ qd̊ quodlibet po-
teſt ignotũ notificari. ¶ Tercia ſuppoſitio. Triplex eſt modus ſciendi. ſci
licet diffinitio. diuiſio ⁊ argumentatio. Patet q̇a om̃e ignotũ vel eſt ꝯple-
xũ vel incõplexũ. Si ꝯplexũ ſic eius modus ſciendi eſt argumentatio acce
pta cõmunit̃. ꝑ eã em̃ qd̊libet ignotũ ꝯplexũ verũ vel falſum poteſt noti-
ficari. Et licet p̈ma p̈ncipia nõ poſſint notificari ꝑ argumẽtationẽ demõ-
ſtratiuã. tamẽ notificãt̃ ꝑ aliã argumẽtationẽ. vt ꝑ inductionẽ vel aliam.
Si v̇o ignotũ eſt incõplexũ. hoc eſt dupplicit̃. Vel q̇a eſt ignotũ quantũ
ad eſſentiã. ⁊ tunc eius modus ſciendi eſt diffinitio ꝯmunit̃ accepta. Aut
tale incõplexũ eſt ignotũ quo ad eius poteſtatẽ. ⁊ ſic eius modus ſciendi
eſt diuiſio. ¶ Prima diſtinctio. Diffinitio eſt quadrupler. ſcilicet deſcp̈ti
ua que indicat eſſentiã rei ꝑ accidẽtalia vt ꝑ genꝰ ⁊ ꝓpriũ. Alia eſt diffini
tio cauſalis. ⁊ eſt illa que dat̃ ꝑ cauſas extrinſecas diffiniti. que ſunt effici-
ens ⁊ finis. Alia eſt diffinitio q̇d nōis. ⁊ eſt oratio explicans q̇d ꝑ nomen
diffiniti ſignificat̃. ⁊ eſt tã ꝯplexoꝝ q̃ꝫ incõplexoꝝ. Alia eſt diffinitio q̇dita
tiua. que explicat eſſentiã rei ꝑ eſſentialia. Vnde albertus magnus ponit
aliquas regulas in om̃i diffinitiõe q̇ditatiua obſeruãdas. ⁊ aliqua vicia

**cū reſolutiōe textꝰ ad itētionē ſcoti**

ibi cauenda. Prima regula ꝙ oīa poſita in diffinitiōe qditatiua ſint eſſen-
tialia diffinito. ⁊ peccatū eſt ſi in ea ponaṫ aliqd accidētale. verꝫ tamen eſt
quādo aliquādo in diffinitiōe qditatiua ponunṫ accidētia ꝓpria vt circū-
loquanṫ differentiā eſſentialē diffiniti nobis ignotā. ¶ Scḋa regula ꝙ vl-
tima differentia in diffinitiōe poſita debet eſſe cōuertibilis cū diffinito. ⁊
peccatū huic regule oppoſitū eſt. ſi ipa nō eſſet ꝯuertibilis nec faceret to-
tā diffinitionē ꝯuertibilē. ¶ Tercia regula ꝙ in diffinitiōe genꝰ precedat
differentiā. ⁊ peccatū eſt ſi ecōtra fiat. ¶ Quarta regula ꝙ primū diffiniēs
debet eſſe notū in eſſentia. id eſt diffinitiue ⁊ poteſtate. id eſt diuiſiue apō
illum qui per ipm debet cognoſcere diffinitū. ⁊ peccatū eſt ſi pmū diffini-
ens nō eſſet ṗdicto modo notū. qḋ ꝯtingit quādo idē diffiniṫ p idem vel
ignotū per eque ignotū. vel ignotū per ignotius. ¶ Quinta regula ꝙ dif-
finitio explicet totā naturā diffiniti a pma potentia vſqꝫ ad vltimuꝫ actū.
id eſt differentiā tranſeūdo p oēs actus intermedios. ⁊ peccatū eſt ſi i ve
nādo diffinitionē aliqḋ eſſentiale diffinito obmitteret. vt habeṫ ab ariſto
tele ſcḋo poſterioꝝ. ¶ Scḋa diſtinctio. Diuiſio alia ē p ſe. alia ē p accidēs
¶ Vnde diuiſionis p ſe ſunt tres ſpecies. Vna eſt generis in ſpecies per
differentias. Alia eſt totius integralis in ſuas partes. vt domus diuidiṫ
in tectū. parietē ⁊ fundamentū. Alia eſt vocis in ſignificatiōes. vt huius
nōis canis in latrabile natiuū ⁊ celeſte. Similiṫ diuiſiōis p accidens ſunt
tres ſpecies. Nā alia eſt ſubiecti in accidētia. vt animaliū aliud ſanū. aliḋ
egrū. Alia eſt accidentis in ſubiecta. vt ſanoꝝ aliud homo. aliud brutum
Aliud eſt accidētis in accidētia. vt ſanoꝝ aliud albū aliud nigruꝫ ⁊ aliud
medio colore coloratū. ¶ Cōditiōes aūt reqſite ad diffinitioneꝫ ⁊ diuiſio-
nem que ⁊ quot ſint patet in ſimilis. ¶ Tercia diſtinctio. que etiaꝫ poſita
eſt in pmo articulo eſt iſta. Logica accipiṫ duppliciṫ. Vno mō vt eſt ab
ariſtotele tradita in libris ṗdicabiliū. ṗdicamētoꝝ. periarmenias. prioꝝ
poſterioꝝ. topicoꝝ ⁊ elencoꝝ Alio modo vt eſt cōpleta tradita. ¶ Ex his
inferunṫ quedā dicta. Primū. Logica nō eſt ſufficiēter tradita ab ariſto-
tele in ṗdictis libris. Patet. qa logica ꝯpleta docet oēm modū ſciēdi vel
notificādi ignotū. nec aliqua alia ſciētia docet hoc. ⁊ ideo eā vocat ariſto
teles modū ſciēdi. Sed in logica nobis tradita ab ariſtoteſte in libris ṗ-
dictis ſolū doceṫ modus ſciēdi ignotū ꝯpleꝝ. in nullo eñ ṗdictoꝝ libro
rū doceṫ modus diffiniēdi ⁊ diuidēdi. nec habemꝰ ab ariſtotele librū ſal-
tē ad nos tranſlatū vbi doceaṫ ars diffiniēdi ⁊ diuidendi. igitur ⁊ cetera.
¶ Scḋm dictū. Modus ſciendi in cōmuni nō eſt ſubiectū adequatū lo-
gice nobis tradite ab ariſtotile. licet bene ſit ſubiectū adequadum logice
complete. ¶ Prima pars huius dicti patebit in tercio articulo. Sed ſecū

# cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

da pars patet ex primo articulo.

## Dubitaꝛ ſecūdo vtrū logica ſit de

ſecūdis intentionibus. ⁊ qd ſit ſecūda intentio. Pro dubio eſt aduerten-
dum ꝙ de qditate ſecundarū intentionū diuerſe ſunt opiniones. Eſt em̄
vna opinio que dicit ꝙ prima intentio nihil aliud eſt q̄ȝ terminus imme
diate ſignificans rem ad extra. vel qui nō eſt ſignū alicuius vel aliquorū
terminoꝝ aut ſignoꝝ. ſed ſolū eſt ſignū rei ꝓprie accipiendo rem vt diſtin
guitur ꝯtra ſignū. ſed ſecūda intentio eſt terminus nō immediate ſignifi
cans rem ad extra ſed ſignificat terminū vel ſignū rei ad extra. vt nomē et
verbū. Prime vō intentiones ſunt. vt homo animal ⁊ ſimilia. ¶ Ex quo
patet qa ſecunde intentiōes non ſunt entia realia capiendo rem ꝓprie vt
diſtinguiꝛ ꝯtra ſignū. ſed ſunt entia realia capiendo ens reale vt eſt com
mune ad rem ⁊ ad ſignū rei. ¶ Scḋa opinio conſiſtit in quatuor diſtincti
onibus. Prima eſt in qualibet re duo ſunt. Primū eſt ipa eſſentia vel qui
ditas. Scḋm eſt modus eſſendi. ¶ Scḋa diſtinctio. duplex eſt conceptꝰ
Quidā em̄ eſt pmarius ⁊ eſſentialis quo ſcilicet intellectus intelligit rem
ſcḋm ſe ⁊ quantū ad eius ꝓpriā naturā vel qditatē. Alius eſt cōceptus ſe-
cūdariꝰ ⁊ accidētalis quo ſcilicet intellectꝰ intelligit [illegible] cōparationē ad
aliā. vel quo intelligit aliqd ſup additū eſſentie rei. Verbi gratia. in homie
primo ꝯſiderat intellectus quiditatē vel eſſentiā eius abſolute. cuiꝰ eſſen-
tie conceptus repſentatiuꝰ diciꝛ eſſentialis. Scḋo ꝯſiderat in hoie modū
eſſendi ſue quiditatis. vt ſunt nō eſſe in alio vt in ſubiecto eſſe in pluribus
ſuppoſit. ⁊ ſic ḋ alijs. Et taliū modoꝝ eſſendi ꝯceptꝰ repſentatiuꝰ dꝛ ſcḋa
rius ⁊ accidētalis. ¶ Tercia diſtinctio intentionū alia pma alia ſecunda.
¶ Quarta diſtīctio tam pma intētio q̄ȝ ſcḋa poſſunt dupliciꝛ deſignari.
Vno mō abſtractiue. Alio mō ꝯcretiue. Prima intētio in abſtracto deſi
gnata eſt pmariꝰ ꝯceptꝰ vel pma intētio quā habemꝰ de re intelligendo
ipaȝ abſolute ⁊ q̄ȝtū ad eiꝰ eſſentiā. ȝ pma itētio i ꝯcreto eſt res itellecta ta
li itellectōe pmaria. vt hō vel aīal. Scḋa vō itētio abſtractiue deſignata eſt
ſecūdariꝰ ꝯceptꝰ quē habemꝰ de re intelligēdo modū eſſendi qditatis ipiꝰ
rei. vt intellectio q̈ intellectꝰ intelligit naturā hūanam i ꝯpatiōe ad multa
numero differētia qbꝰ ipa eſt cōicabilis dꝛ ſcḋa itētio i abſtracto ⁊ vocaꝛ
ſenſualitas. Sȝ ſcḋa itētio i ꝯcreto eſt ipa res vel natura ſecūdario ꝯcepta
ſcilicȝ ꝑ ꝯpatiōnē ad aliḋ. vt ſpecies. Et hec intētio ſcḋa ꝯcretiue deſigna
ta denoīatiue ꝑdicaꝛ de prima etiā ꝯcretiue deſignata vt ibi. hō eſt ſpeci-
es. ſenſus em̄ eſt. natura hūana ē intellecta eſſe in pluribꝰ numero differē-
tibꝰ. illa tn̄ denoīatio nō eſt intrinſeca qa formaliꝛ denominans ſcilicet in-
tellectio nō eſt ſubiectiue in denominato quod eſt res intellecta.

Si vlterius queratur de ſubiecto ſecūdarū intentionū. Ad hoc breuiter reſpōdetur ꝙ ſecūda intētio in abſtracto eſt in intellectu ſubiectiue cū ſit actus intelligēdi. Sed ſecūdarū intētionū in cōcreto quedā in nullo ſb iecto ſunt vt ſubſtātia. Alie ſunt in aīa vt ī ſubiecto. alie v͛o extra aīam. om nes tamē ſunt in aīa obiectiue. q̄a nunꝙ̄ aliqua res dicitur intentio pre ter actū intellectus. ipe eīn actus intellectus dicitur intētio. q̄a ꝑ ipm̄ ten dit intellectus in obiectū. ⁊ ipm̄ obiectū dicitur intentio inquantū eſt il lud in qđ tendit intellectus. ⁊ ideo nec homo nec animal habēt cōpletaꝫ ratione vniuerſalitatis. puta generis vel ſpeciei vel alterius ſecūde inten tionis ꝑter actū intellectus. ¶ Ex dictis ſequitur ꝑ modum corrolarij ꝙ nec ſecūde intentiones in abſtracto nec in cōcreto ſunt entia rationis. li cet ſecūde intētiones in abſtracto dependeāt ab intellectu effectiue. ⁊ ſint in ipo ſubiectiue cū ſint act⁹ ītelligendi. q̄a ſunt entia realia reponibilia ī ꝑ̄ma ſpecie qualitatis. Ipe etiā ī ꝯcreto deſignate ſunt entia realia. quia ſunt modi eſſendi q̄ditatū rerū. Et ſi ex hoc inferat̄ ꝙ logica ꝯſiderans ſecūdas intentiōes nō erit ſciētia rationalis. Ad hoc reſpōdet̄ ꝙ ſecunde intentiōes poſſunt dupplicit̄ ꝯſiderari. Uno modo ꝯſiderant̄ ꝑ ꝯparati onē ad intellectū in quo realiter exiſtūt vt in ſubiecto. ⁊ ſic de ipis eſt ſcie tia realis. ſcilicet philoſophia naturalis. Alio modo ꝯſiderāt̄ ꝑ ꝯparatio nem ad ꝑ̄mas intentiones quas extrinſice denominant. ⁊ reſpectu quaꝝ habent quaſi eſſe diminutū. ⁊ ſic de ipis eſt ſciētia rationalis. ſcilicet logi ca. ¶ Tercia oppinio eſt ꝙ ꝑ̄ma intentio eſt q̄ditas in eſſe q̄ditatiuo. id eſt q̄ditas ꝑ̄ciſa ab oī eo qđ nō ꝯuenit ſibi in ꝑ̄mo modo dicendi ꝑ ſe. Secūda v͛o intentio eſt aptitudo vel modus eſſendi ꝯſequēs q̄ditatē in eſſe q̄ditatiuo. ⁊ ꝑ̄dicabilis de ea in ſecūdo modo dicēdi ꝑ ſe ſicut aptitu do cōmunicabilitatis plurib⁹ differētib⁹ ſpecie aduenīēs animali dat ſibi rationē generitatis. ¶ Ex quo ſequit̄ ꝑ̄mo ꝙ oīs intentio eſt reſpectus fundamentalis neceſſario ꝯſequēs ꝑ̄mā intētionē. ¶ Scđo ſequit̄ ꝙ ſecū de intentiones nec quātū ad eſſe nec quātū ad ꝯſeruari dependent ab in tellectu. ſed habent eſſe in re circūſcripta cū operatione intellectus. Ani malitas eīn ſecluſo oī actu intellect⁹ eſt nata eſſe in pluribus. cū ergo ra tio vniuerſalis ſit aptitudo ad eſſendū in pluribus. ⁊ illa ſit in re omni ſe cluſa operatiōe intellectus. ſequit̄ ꝙ hec ſecūda intentio vniuerſalit̄ non dependet ab intellectu. ¶ Tercio ſequit̄ ꝙ licet ſecūde intentiōes ſint en tia realia. tamē nō ſunt in aliquo ꝑ̄dicamento determinato. q̄a ſunt reſpe ctus aptitudinales idē realiter ſuis fundamentis. que nō ſunt in vno ꝑ̄di camento. ¶ Quarta opinio eſt ꝙ ſecūde intentiōes ſunt relatiōes ratiōis

Pro qua oppinione ponunt̃ due diſtinctiones ⁊ aliqua dicta. Prima di
ſtinctio. Obiectū cognitū habet duplex eſſe. ſcilicet intētionale ⁊ reale. Eſ-
ſe intentionale eſt quo cognitū formalit̃ eſt in cognoſcente. Eſſe vero reale
eſt quo formaliter res exiſtit extra intellectū. Primū eſſe cauſat̃ ꝑ actū aīe
intelligentis. Scđm aūt per actū realis generantis aut cauſe extra ſe pro
ducentis aliq̄d. ¶ Secūda diſtinctio. Quidā eſt actus intellectiuus ſim-
plex quo obiectū ſimpliciter ⁊ abſolute. ⁊ ſcđm ꝓpriā naturā cognoſcit̃.
Alius eſt actus comparatiuus quo obiectū cognitū ad aliud compara
tur. ¶ Ex his dicitur primo ꝙ prima intentio eſt obiectū cognitū vel co
gnoſcibile ſuꝑ quo nata eſt fundari ſecūda intentio. Sed ſecūda intentio
eſt relatio rationis effectiue cauſata ab actu cōparatiuo intellectus dere-
licta in obiecto cognito ⁊ ad aliud cōparato in tali obiecto ſubiectiue exi-
ſtens. vt cū intellectus apphendit animalitatē ſcđm ſuā ꝓpriā naturā. et
videt ꝙ eſt communicabilis. tunc per actum comparatiuum eius ipſam
comparat multis differētibus ſpecie. ⁊ ex illa cōparatiōe ꝯſurgit vna re-
latio rationis que vocat̃ genereitas. habēs ꝓ fundamento animalitatē.
ſcđm eius eſſe cognitū. pro termino aūt multa differentia ſpecie ⁊ ꝓ cau
ſa efficiente intellectū ⁊ eius actū cōparatiuū. Ex quo ſequit̃ ꝙ ſecūde in-
tentiones quātū ad eſſe ⁊ cōſeruari dependēt ab actu intellectus. ¶ Secū
do dicit̃ ꝙ q̄uis ſecunde intentiōes habeāt extrema realia ⁊ realiter diſti
cta. tamē nulla ſecūda intentio eſt relatio realis. q̄a quelibet effectiue de-
pendet ab intellectu ⁊ eſt reſpectus actualis fundatus ſuꝑ obiecto. non
ſcđm eſſe reale. ſed cognitū. ¶ Sed quereret aliquis an ſecūda intentio ha
beat eſſe ſubiectiue in p̄ma. vel habeat ſolū eſſe obiectiue in intellectu Ad
hoc reſpondent aliqui ꝙ habeat eſſe ſubiectiue in p̄ma. ⁊ probant illud
tripliciter. primo ſic. Materia ⁊ efficiens nō coincidunt. vt vult ariſtote-
les ſecūdo phiſicoꝝ. ſed intellectus eſt cauſa ſecūdarū intentionum. ergo
nō eſt materia eaꝝ ⁊ ꝑ cōſequens nec ſubiectū. q̄a accidētia nō habēt ma
teriam niſi in qua. que dicit̃ ſubiectū illoꝝ. ¶ Secūdo ſic. Primo de aīa
dicit cōmentator ꝙ intellectus facit vniuerſalitatem in rebus. ſed vniuer
ſalitas eſt ſecūda intentio. ergo ſecūda intentio eſt ſubiectiue in re. ¶ Ter
cio ſic. Omē denominās formalit̃ eſt ſubiectiue in denominato. ſed ſecun
de intentiones denominānt p̄mas. ergo ſunt ſubiectiue in primis. Alij di-
cunt ꝙ intentiones ſecūde habent ſolū eſſe obiectiue in intellectu ⁊ deno
minant primas ſolū per denominationē extrinſecā. ſicut viſio que eſt in
oculo denominat extrinſice ⁊ obiectiue viſum. id eſt rem viſam. Et ꝓbāt
illud p̄mo ſic. Si ſecūde intentiōes eſſent ſubiectiue in p̄mis cū cauſant̃

# cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

**His ſuppoſitis dicit̄ p̄mo ꝙ illud** qđ hic diffinitur ꝑ diffinitiões generis nõ eſt res ſubiecta intentiõi. ꝓbat̄ illis quatuor ratiõibus que poſite ſunt ſupra cõtra p̄mã oppinionē. Dicitur ſcđo ꝙ hic diffinitur intentio generis ꝯcretiue deſignata. Probat̄. qa illud qđ hic diffinit̄ cui ꝑ ſe ineſt diffinitio. ſed hoc eſt tm̄ ſecũda intentio. eo ꝙ in diffinitiõe ponũt̄ p̄dicata intentionalia. que ꝑ ſe p̄mo inſunt intentioni ⁊ rei ſubiecte ꝑ accidēs. igit̄ ⁊ cetera. Dicit̄ tercio ꝙ illud cui cõuenit actus exercitus correſpõdēs actui ſignificato ꝑ diffinitionē eſt res ſubiecta intentioni ⁊ nõ ſecũda intentio. Patet. qa intentio generis nõ p̄dicat̄ in qđ p̄dicatiõe exercita niſi de differentibus numero licet denominatiue poſſit p̄dicari de differentibus genere. vt dicẽdo animal eſt genꝰ color eſt genus. ⁊ cetera. ¶ Et ad ratiões alteriꝰ oppinionis reſpõdet̄. Ad p̄mã igr̄. ꝙ licet intentio generis nõ ſit qđ rei cũ ſit accidēs eius. tñ p̄dicatur p̄dicatione ſignificata in qđ de re. ¶ Ad ſcđam dicit̄ ꝙ licet intẽtio nõ p̄dicet̄ p̄dicatõe exercita in qđ niſi de differentibus numero. tamē p̄dicatione ſignificata bene p̄dicat̄ de differentibus ſpecie. ¶ Ad terciã dicit̄ negando antecedēs. Et ad ꝓbationē dicit̄ ꝙ licet in abſolutis vnuz diſparatũ nõ poteſt diffiniri ꝑ aliud. tamē in relatiuis. cuiuſmodi ſunt genus ⁊ ſpecies hoc fieri poteſt. ¶ Ad q̄rtã igit̄ dicit̄ ꝙ intẽtio generis eſt relatio rationis. relatiões aũt ſolent diffiniri ꝑ fundamentũ ⁊ terminũ. Inde eſt ꝙ ſpecie qđ importat terminũ relatiõis generis ſupponit ꝓ fundamẽto. Nec eſt incõueniēs in diffinitiõibus relatiuoꝝ poni aliqđ ꝙ ſit alteriꝰ rationis ad ip̄ãs. ¶ Ad cõfirmationē dicit̄ ꝙ ꝓceſſus purphirij dat̄ in manifeſtioribus nobis. ⁊ ita exemplificat ꝑ p̄mas intentiões. non qa de eis determinent diffinitiões. ſeu qa ꝑ eas cognoſcunt̄ ſcđe intentiões. Dicit̄ vltra ꝙ dedit cõuenientiã generis ſcđo modo dicti cum alijs. qa illud eſt fundamentũ intentionis generis quam per ſe conſiderat.

**Scđa difficultas Utrũ diffinitio** generis data in ratione p̄dicabilis ſit q̇dditatiua aut deſcriptiua. Pro cuius ſolutione ſupponit̄ p̄mo ꝙ p̄ma diffinitio generis in qua dicit̄. genꝰ eſt cui ſupponit̄ ſpecies eſt ſic intellegenda. Genus eſt natura cõmunis. ſiue vniuerſale cui directe imediate ⁊ formalit̄ ſupponit̄ ſpecies. Per hoc

# cũ reſolutõe text⁹ ad itẽtionẽ ſcoti

ꝙ dicit̃ immediate excludit̃ indiuiduũ. qd̃ licet ponat̃ ſub genere. hoc tamen nõ eſt immedate. Et ꝑ hoc ꝙ dicit̃ directe excludit̃ differentia que idirecte ponit̃ ſub genere. Sed ſcd̃a diffinitio que dat̃ de ea in ratione p̄dicabilis eſt ſic intelligẽda. Genus eſt vniuerſale qd̃ p̄dicat̃. id eſt aptum natũ eſt p̄dicari p̄dicatiõe ſignificata immediate ⁊ directe de plurib⁹ differentibus ſpecie in eo qd̃ qd̃. ⁊ oẽs iſte particule ſunt det̃minate in ſimilis. ¶ Scd̃o ſupponit̃ ꝙ duplex eſt diffinitio. ſcilicet diffinitio in qd̃ noĩs ⁊ diffinitio qd̃ rei. Diffinitio qd̃ noĩs eſt oratio explicãs qd̃ ꝑ nomẽ ſignificatur. cuiuſmodi eſt diffinitio chymere. ⁊ iſta cõuenit tam entib⁹ q̃ȝ nõ entibus. Diffinitio qd̃ rei eſt triplex. ſcilicet deſcriptiua. cauſalis ⁊ q̇ditatiua. Diffinitio deſcriptiua eſt qd̃ eſt eſſe rei ſignificans ꝑ accidentalia. vt ꝑ ꝓpriũ. ⁊ accidentia cõmunia. cuiuſmodi ſunt iſta. homo eſt aĩal riſibile. ⁊ homo eſt aĩal manſuetũ ſociale bipes. ¶ Diffinitio cauſalis eſt oratio qd̃ eſt eſſe rei per cauſas ip̃ius rei ſignificãs. cuiuſmodi eſt iſta. homo eſt ens cõpoſitũ ex corpore ⁊ aĩa rationali. ¶ Diffinitio quiditatiua eſt duplex. q̃dam eſt pure quiditatiua. cuius oẽs partes pertinent ad quiditatẽ diffiniti. cuiuſmodi eſt iſta. homo eſt animal rationale. Alia eſt quiditatiua data ꝑ additamẽta. cuiuſmodi eſt diffinitio cuiuſlibet relatiui. in qua cũ genere ⁊ differẽtia diffiniti additur aliquod extrinſecum diffinito. videlicȝ terminus ipſius relatiui. ¶ Diffinitio pure quiditatiua adhuc eſt duplex. Quedam eſt cuius omnes partes pertinent ad quiditatem diffiniti. ſed nõ vt genus ⁊ differentia. vt diffinitiones generũ generaliſſimorum que dantur per ens ⁊ modũ intrinſecũ contrahentẽ ens ad ip̃as. Alia eſt que dat̃ per genus ⁊ differentiã. Et de iſta communiter loquuntur autores Vnde bohertius dicens ꝙ ſola ſpecies diffinitur loquitur de iſta. ¶ Tercio ſupponitur ꝙ ſcd̃m ſcotũ quarto ſcripti ad hoc ꝙ aliquid proprie ſit diffinibile diffinitione quiditatiua quinqȝ conditiones requiruntur. Prima eſt ꝙ ſit ens poſitiuũ. Per hoc excluduntur entia priuatiua. Secũda eſt ꝙ ſit per ſe vnũ. ⁊ per hoc excluduntur entia per accidens. Et ratio huius eſt. quia diffinitio eſt ſermo explicans eſſentiam rei. Sed ens per accidens nullam habet eſſentiam igitur. Tercia eſt ꝙ ſit ens reale. ⁊ per hoc excluduntur entia rationis. Et intellige de entibus rationis que ſolũ habẽt eſſe ꝑ actũ intellect⁹ cuiuſmodi ſunt figmenta ⁊ intentiones ſecunde. Quarta ꝙ ſit vniuerſale. Et per hoc excluduntur ſingularia. Vnde ſingularium non eſt diffinitio. demonſtratio neqȝ ſcientia. vt habet̃ primo poſteriorum.

Quinta eſt ꝙ ſit cõpoſitũ. ⁊ per hoc excluduntur ſimplicia ſimpliciť. Dici
tur aũt cõpoſitũ qđ includit genus ⁊ differentiã. Ex ꝗbus patet ꝙ diffini
tio ꝓprie dicta eſt tm̃ entis poſitiui ꝑ ſe vniꝰ realis ⁊ vniuerſalis cõpoſiti
realiter ex materia ⁊ forma. vel quantũ ad cõceptus. cuiuſmodi ſunt ſpe-
cies accidentiũ. ¶ Quarto ſupponiť ꝙ dupplicia ſunt diffinibilia. quedã
ſunt abſoluta. vt homo ⁊ albedo. Et iſta diffiniunť per ea que ſunt omni
no de quiditate ſua. Alia ſunt relatiua vt pater ⁊ filius. ⁊ illa diffiniuntur
per aliqua que nõ ſunt de quiditate. tamẽ de neceſſitate requirunť in dif-
finitione ad habendũ ꝯceptũ cõpletũ ⁊ ꝑfectũ ipoꝝ diffinibiliũ relatiuoꝝ
Et ratio huius eſt. ꝗa ſicut ſe habet res ad entitatẽ. ita ſe habet ad cogno
ſcibilitatẽ. vt vult philoſophus ſecũdo methaphiſice. Sed ſic eſt ꝙ rela
tiuũ neceſſario in eſſendo aut in entitate dependet a ſuo termino. ergo eti
am in cognoſcendo dependebit ab eo. ⁊ ꝑ cõſequẽs neceſſario eſt ponen
da in diffinitiõe ipius relatiui.

**His ſuppoſitis diciť ꝑmo ſcđꝫ ali-**
quos ꝙ diffinitio generis data in ratione ꝑdicabilis nõ eſt ꝗditatiua. ſꝫ
deſcriptiua. ꝓbant ꝑma ratione ante oppoſitũ. ¶ Sed cõtra iſtud argui
tur. ꝗa illa diffinitio que datur ꝑ ꝓpriũ genus ⁊ ꝓpriã differentiã eſt ꝗdita
tiua. ſed diffinitio generis eſt huiuſmodi. igitur. Maior eſt nota ex ꝑdi-
ctis. Minor ꝓbať. ꝗa in ea ponitur hoc relatiuũ qđ. dans intelligere ſuũ
antecedens ſcilicet vniuerſale qđ eſt genus diffiniti vt ſupra ꝓbatum eſt
Ponitur etiã ꝑdicari de pluribꝰ differentibus ſpecie in eo ꝙ ꝗd. qđ eſt qđ
dam cõplexũ ex pluribus differẽtijs ꝯuertibilibꝰ cũ diffinito. ¶ Unde no
ta ꝙ vniuerſale diuiditur immediate ꝑ has differẽtias ꝑdicari in ꝗd ⁊ ꝑ-
dicari in quale. deinde ꝑdicari in ꝗd ſi cõſtituat aliqđ genus illđ nõ eſt no
bis nominatũ. ideo diuidimꝰ ipſa ꝑ ꝑdicari in ꝗd de differẽtibꝰ ſpecie. q̃
differentia cõſtituit genus. Et predicari in ꝗd de differentibus numero.
que differentia cõſtituit ſpeciẽ. Dicitur ergo aliter ꝙ illa diffinitio generis
eſt diffinitio quiditiua data ꝑ additamentũ. ⁊ hoc ſummendo diffinitio-
nẽ ꝗditatiuã cõmuniť ꝓut poteſt cõuenire tam ꝑmis intentionibus ꝗꝫ
ſecũdis. Prima pars patet ꝑ rationẽ immediate tactã. Secđa pars patet.
ꝗa illa diffinitio datur ꝑ additamentũ. cuius aliqua pars eſt extrinſeca
⁊ accidens diffinito. Sed diffinitio generis eſt huiuſmodi. ꝗa in ea poni
tur iſte terminus ſpecie q̇ ſupponit ꝓ fundamẽto correlatiui generis. Il
lud aũt fundamentũ nullo modo ꝑtinet ad rationẽ generis. Dicitur ter-
cio ꝙ illa diffinitio. nec etiam quecũꝗꝫ alia diffinitio logica eſt ꝗditatiua

ꝓprie. Probaꝉ. qa diffinitio qditatiua ꝓprie dicta eſt ſolius entis realis. ſed illa diffinitio nō eſt entis realis. ſed eſt entis intentionalis. igiꝉ. Maior patet ex ſuppoſitis. Poſſet etiā ꝓbari. qa diffinitio ꝓprie dicta eſt oratio qd eſt eſſe rei ſignificās. vt habeꝉ pmo topicoꝝ. Sed entia ratiōis nō habent qd. cū nō ſint res. niſi forte equocādo de iſto termino res. igiꝉ nō habēt diffinitōes ꝓprie dictas. ¶ Si quereres quomodo ergo de ipis eſt ſciētia. cū diffinitio ſit mediū ſciēdi. Dico ꝙ eo modo quo ſunt entia habent ſufficiētē diffinitionē ad habendam ſciētiā de ipis. que poſſet largo nomine dici quiditatiua.

## Tercia difficultas Utrū iſte ꝓpoſitiōes ſint concedende.

Genus eſt genus. Animal eſt genus. Homo ē ſpecies. rationale eſt differētia. Riſibile eſt ꝓpriū. Albū eſt accidēs. Pro ſolutione pme partis ſupponiꝉ pmo ꝙ genus poteſt accipi dupliciter Uno modo ꝓ eo qd̄ ꝑ ſe ſignificat. Alio modo ꝓ eo qd̄ denominat. Et ſi ꝓ eo qd̄ ſignificat accipiaꝉ hoc eſt adhuc dupliciter. qa vel accipiꝉ vt qd vel accipiꝉ vt modus. ¶ Scd̄o ſupponiꝉ ꝙ hec ꝓpoſitio genus eſt gen⁹ poteſt habere plures ſenſus. Prim⁹ eſt ſcd̄m ꝙ iſte termin⁹ genus teneꝉ vtrobiqꝫ ꝓ denoiato. Scd̄s ē ſm quē teneꝉ vtrobiqꝫ ꝓ ꝑ ſe ſignificato Et iſtis duob⁹ modis eſt pdicatio ydemptica. Tercius ſcd̄m quē iſte ꝉminus genus a parte ſubiecti teneꝉ ꝓ denomiato. ꝛ a parte pdicati ꝓ ꝑ ſe ſignificato. ꝛ vt modus. ꝛ talis pdicatio eſt denomiatiua. qa eſt cōſimilis iſti. Animal eſt genus. Quartus eſt ſcd̄m quē iſte termin⁹ genus a parte ſubiecti ſummiꝉ ꝓ ꝑ ſe ſignificato. ꝛ in pdicato ꝓ denomiato. ꝛ talis pdicatio eſt materialis ſimilis huic. Genus eſt aīal. Quintus eſt ſcd̄m quē iſte termin⁹ gen⁹ vtrobiqꝫ ſūmiꝉ ꝓ ꝑ ſe ſignificato. Sꝫ a parte ſubiecti ſūmiꝉ vt qd. ꝛ i pdicato ſūmiꝉ vt mod⁹. ꝛ talis pdicatio ē denoītiua ſilis huic Color eſt gen⁹. ita ꝙ ꝑ illā ꝓpoſitionē denotaꝉ ꝙ hec intentio gen⁹ eſt natura pdicabilis de pluribus ſpeciebus in qd. Sextus eſt ſcd̄m quem iſte terminus genus vtrobiqꝫ ſūmiꝉ ꝓ per ſe ſignificato. ſed in ſubiecto ſummiꝉ vt modus. ꝛ in predicato vt qd.

## His ſuppoſitis diciꝉ primo ꝙ hec

ꝓpoſitio genus eſt genus in quatuor pmis ſenſibus eſt cōcedēda. patet practicando oēs ſenſus. ¶ Diciꝉ ſecūdo ꝙ in duobus vltimis ſenſibus illa eſt neganda. Patet. qa gen⁹ eſt ſpecies ſpecialiſſima vniuerſalis. ergo genus nō eſt genus. ꝛ ꝑ cōſequens illa eſt neganda. genus eſt gen⁹. Pri

ma cõſequẽtia patet ꝑ diffinitionẽ ſpeciei ſpecialiſſime. Scđa patet. qa ſi
vnũ cõtradictoꝝ eſt verũ. alterũ cõtradictorũ eſt negãdũ. Si ergo iſta ſit
vera. Genus nõ eſt genus. iſta eſt negãda. Genus eſt genꝰ. que eſt ſua cõ
tradictoria. que ſunt due ſingulares eiuſdẽ ſubiecti ⁊ p̄dicati diuerſe qua-
litatis. eo ꝙ ſubiecta illaꝝ ſupponũt ſimpliciť. ⁊ ꝓpoſitões quaꝝ ſubiecta
ſupponũt ſimpliciť ſunt ſingulares. vt alias dictũ eſt in ſimilis. ¶ Pro ſo
lutione ſecũde partis dicẽdũ eſt ſcđm aliquos ꝙ oẽs ille ꝓpoſitiões de vir
tute ſermonis aut de rigore logice ſunt negãde. aut ſaltẽ nõ ſimpliciť ꝯce-
dende. Scđo ſunt diſtinguende ſcđm qđ ſubiecta eoꝝ poſſunt ſupponere
materialiť. ⁊ ſic ſunt cõcedẽde. Vel ꝑſonaliť. ⁊ ſic ſunt negande. Probant
ſic. qa nihil poſitũ a parte p̄dicati reſtringit quo ad ſignificationẽ ťminũ
poſitũ a parte ſubiecti. ergo illi termini genus. differẽtia. ⁊ ſic de alijs. qui
ſunt termini ſcđe intentiõis verificabiles tm̃ de ťminis nõ poſſunt reſtri
gere ſubiecta illaꝝ ꝓpoſitionũ ad ſupponẽdũ materialiť ꝓ ſeipis. tenet cõ
ſequẽtia. qa oĩs terminꝰ in rigore ſermonis ſemꝑ ſupponit ꝓ ſuo ſignifi
cato. niſi ſit aliqđ impediẽs. Et ſi dicať. ille ꝓpoſitiões ſimpliciť concedũť
ab autoribus. igiť nõ ſunt negande. aut diſtinguẽde. Reſpõdẽt iſti ꝙ ta
les ꝓpoſitiões cõmuniť cõceduntť cauſa breuitatis ꝓ iſtis. Iſte ťminus
animal eſt genus. iſte ťminus homo eſt ſpecies. iſte ťminꝰ rationale eſt
differentia. ⁊ ſic de alijs. Scđo ſic. Bene ſequiť. Animal eſt genꝰ. ergo iſtđ
animal eſt genus. vel illud animal eſt genus. ſed cõſequẽs eſt ſimpliciter
negandū. ergo ⁊ antecedens. Qꝛ aũt bene ſequiť patet. qa ab indefinita
ad ſingulares diſiunctiue ſumptas eſt bona cõſequẽtia. Et ꝙ illa ſit inde
finita patet p̄mo. qa in ea ſubiciť cõmunis ſine ſigno. Scđo qa ꝑ additio
nẽ ſigni vniuerſalis nullo alio addito vel remoto poteſt fieri vniuerſalis.
Tercio qa ip̄a eſt cõſimilis iſti. Animal eſt albũ. ſcđ illa eſt indefinita. igiť
¶ Alij dicũt ꝙ tales ꝓpoſitiões ſunt concedende ſcđm ꝙ ſubiecta earum
ſupponũt ſimpliciť ꝓ natura cõmuni. Vnde ponũt vnã regulã. ꝙ quãdo
cũqꝫ terminus cõmunis nõ impeditus ſubijciť reſpectu p̄dicati ſcđe in-
tentionis tũc ſupponit ſimpliciť. Diciť aũt ťminus cõmunis ad differen
tiã ťmini ſingularis. q ſemꝑ ſupponit diſcrete. Diciť ſcđo. nõ impeditus
qa cũ additť termino cõmuni ſignũ diſtributiuũ tũc habet ſuppoſitionẽ
parcialem. vt cũ diciť. nullũ animal eſt genus. Diciť vltra reſpectu p̄dica-
ti ſcđe intẽtiõis. qa reſpectu p̄dicati p̄me intẽtiõis habet ſuppoſitionem
parcialẽ. Et intellige hoc reſpectu p̄dicati ſcđe intentiõis ſignificantis in
tentionem fundatã in re. qa reſpectus termini ſecunde intentionis ſignifi-
cantis intentionẽ fundatã in termino terminus cõmunis habet ſuppoſi

## cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

tionem materialē. vt patet dicēdo homo eſt nomē. amo eſt verbū. Et ad
illud qđ aſſumebať pro alia oppinione ꝙ nihil poſitū a parte p̄dicati re
ſtringit ťminū poſitū a parte ſubiecti diciť vno modo ꝙ licet nō reſtrin-
gat quo ad ſignificationē. bene tamē reſtringit quo ad ſuppoſitionē. Et
ſic iſti termini genus. ſpecies ⁊ ſic de alijs poſſunt reſtringere iſtos ťmi-
nos homo animal. equus. aſinus. ⁊ ſic de alijs ad ſuppoſitionē ſimplicē
Aliter diciť ꝙ ibi nō eſt reſtrictio. vt patet ꝑ diffinitionē reſtrictiōis. ſed
eſt quedā denomiatio modi. accipiēdo terminū ꝓ eo qđ ſignificat de ſuo
primario ſignificato cui cōueniūt illa p̄dicata ⁊ nō ſignificatis ſecūdarijs
que ſunt ſuppoſita ſignificati primarij.

## Quarta difficultas. Utrū genus

poſſit ſaluari in vnica eius ſpecie. ¶ Pro cuius ſolutione supponiť p̄mo
ꝙ genus ſaluare in vna ſpecie poteſt dupliciť intelligi. Uno modo ſm
eius eſſentiam. Alio modo ſcđm eius poteſtatē. Eſt aūt eſſentia generis
q̄ditas aut natura ip̄ius generis. Sed poteſtas eſt cōmunicabilitas na
ture generis ſcđm quā ip̄a diciť formaliť cōmunicabilis plurib⁹ differēti-
bus ſpecie. ⁊ ſunt iſta duo vna res realiť. ſed termin⁹ diſtinguiť formaliť ſi
cut fundamentū ⁊ relatio aptibilis. ¶ Scđo ſupponiť ꝙ genus ſaluari in
vna ſpecie ſcđm ſuā poteſtatē poteſt intelligi dupliciť. Uno modo for-
maliter ⁊ ſubiectiue. Alio modo terminatiue ⁊ completiue.

## His ſuppoſitis diciť p̄mo ꝙ gen⁹

ſcđm ſuā eſſentiā poteſt ſaluari in vnica ſpecie. q̄a eſſentia generis eſt in-
diuiſibibilis. ergo vbicūq; repiť ibi tota reperiť. Si repiť in vna ſpecie. er
go ibi tota reperiť. Diciť ſcđo ꝙ genus poteſt ſaluari in vna ſpecie ſcđm
eius poteſtatē formaliter ⁊ ſubiectiue. ſicut in vna ſpecie reperitur forma
lis ratio ipſius poteſtatis que eſt cōmunicabilitas. Probatur. quia vbi-
cūq; reperitur fundamentū alicuius relationis aptitudinalis. ibi reperiť
ip̄a relatio. ſed in vna ſpecie reperitur eſſentia generis. que eſt cōmunica-
bilitatis fundamentū. ergo in vna ſpecie eſt cōmunicabilitas. ⁊ per conſe
quens poteſtas. Dicitur tercio ꝙ genus nō poteſt ſaluari ſcđm eius po-
teſtatem completiue ⁊ terminatiue in vna ſpecie. hoc eſt dictū ꝙ vna ſpe
cies nō terminat totam poteſtatem generis. Probať. quia poteſtas ge-
neris eſt relatio aptitudinalis habens pro fundamento eſſentiam. ⁊ pro
termino adequato ⁊ completo ſpecies completas oppoſitas. ergo non
poteſt ſaluari niſi in ſpeciebus oppoſitis.

# Questōes in p̄dicabilia purphirij

¶Ex his patet q̄ genus necessario reqrit plures species. etiā actu ꝛ non
solū potētia aut aptitudine. Patet p̄mo auctoritate bohecij in libro di-
uisionū dicentis. Jdcirco sub genere minus duabus speciebus esse non
possunt. Et quarto topicoꝝ. Si species p̄dicaꝛ de equalibus cū genere i-
terimiꝛ illud qd̄ poniꝛ pro genere. qa semp de paucioribus oportet speci
em p̄dicari q̄ȝ genus. ¶Scd̄o sic. qa habere plures species poniꝛ in diffi-
nitione generis. ꝛ genus ex sua ratione diuidiꝛ p̄ differētias oppositas. q̄
rū vtraqȝ adueniens generi cōstituit speciē. ergo sub genere non possunt
esse pauciores species duabus. ¶Sed circa ista adhuc restat dubiū vtrū
genus prediceꝛ de pluribus speciebus ratione sue essentie. vel ratiōe to-
tiꝰ potestatis. vel ratiōe partꝰ potestatꝰ. ¶Pro cuiꝰ solutiōe supponiꝛ q̄
genꝰ potest p̄dicari duppl' de suis speciebꝰ. Vno mō ratiōe essentie pre-
cise abstrahendo a ratione superioꝝ vel inferioꝝ. Alio modo ratione sue
potestatis. puta ratiōe differentiarū. p̄ quas cōtrahitur ad cōstitutionē
suarū specierū. Et hoc potest cōtingere dupplicit. Vno modo ratiōe to
tius potestatis. Alio modo ratiōe partis potestatis. vt puta ratiōe vniꝰ
differētie cōstitutiue vnius speciei. ¶Hoc supposito diciꝛ p̄mo q̄ genꝰ
p̄dicaꝛ de suis speciebus ratione totius essentie ꝛ etiā ratione potestatis
eius. Nam genus ratione sue essentie ꝛ potestatis habet q̄ sit genus. er-
go etiā ab ea habet q̄ prediceꝛ de pluribus speciebus. ¶Diciꝛ secūdo q̄
genus nō p̄dicaꝛ de pluribus speciebus ratiōe vnius potestatis. Patet
qa ista pars cōuertiꝛ cū illa specie quā cōstituit. ergo ratiōe eius nō p̄di-
catur de pluribus. Diciꝛ tercio q̄ ad ratiōnē generis non requiriꝛ q̄ actu
accipiantꝛ sue species p̄ speciē intelligibilē. vel qd̄ actu existāt in rerū natu
ra. sed sufficit q̄ sint apti nati cōcipi existere. vel apte nate existere. qa acci-
dit generi q̄ eius species cōcipianꝛ vel existant in rerū natura. igitur.

## Cōclusio. Diffinitiōes generis lo

gici sunt in textu sufficienꝛ assignate. Patet. qa eis cōueniūt ꝯditiōes bone
diffinitionis. que cōmuniter ponunꝛ tres vt visum est in similis.

## Ad ratiōes ante oppositū. Ad pri

mam diciꝛ negādo antecedens. Et ad p̄mā ꝓbationē diciꝛ q̄ purphiriꝰ
nō capit ibi discribere specialiꝛ vt distinguiꝛ ꝯtra diffinire q̄ditatiue. Ad
secūdā ꝓbationē diciꝛ negādo minorē. qa genus est species vniuersalis
Ad terciā ꝓbationē negādo maiorē. Et ad ꝓbationē diciꝛ q̄ illa aucto-
ritas debet intelligi de genere morū. ꝛ nō de genere p̄dicamentali vt po-

cū reſolutiōe text' ad itētionē ſcoti teſt patere in textu philoſophi in illo paſſu. Ad quartaꝫ ꝓbationē dicit̃ ꝙ illa cōſequētia eſt bona. ſed ſi inferat̃ ex illo cōſequēte. ergo genus nō eſt diffinit̃ e cōmittit̃ fallacia figure dictionis ꝓpter imitationē ſuppoſitiōis huius termini genus.

Ad ſecūdā dicit̃ ꝙ licet itētio ſpeciei nō ſupponat̃ intētioni generis. tamē res ſubiecta intētiōi ſpeciei ſupponitur rei ſubiecte intentioni generis.

Ad terciā dicitur negādo antecedēs. Et ad p̄mā ꝓbationē dicit̃ ꝙ ſpecies nō ſupponit̃ imediate enti. Ad ſecundā ꝓbationē ꝙ differētie nō ſupponunt̃ directe generi. Ad terciā ꝓbationē dicit̃ ꝙ licet ſpecies ſupponat̃ illi diffinitiōi tanq̄ cōtentū ſub diffinito. nō tamē tanq̄ inferius ſub ſuo vniuerſali. Ad quartā dr̃ ꝓbationē ꝙ hoc eſt verū de ſuppoſitione logicali. ſed nō de ſuppoſitione formali. ſcd̄m quam ſpecies ſupponitur generi.

Ad quartā patet q̄d ſit dicendū ex prima difficultate. Ad cōfirmationē. ꝙ homo nō cōtinet̃ ſub diffinito. licet contineatur ſub eo quod denominatur a diffinito.

## Species eſt quod predicatur de pluribus.

Iſtud eſt ſecūdū capitulū huius libri in quo purphiri' determinat de ſecundo vniuerſali ſcilicet de ſpecie. Et diuidit̃ in duas partes p̄ncipales. In p̄ma ponit multiplicitatē huius termini ſpecies. ¶ In ſecūdo eligit acceptionē de qua intendit in hoc loco. Dicit ergo p̄mo ꝙ ſpecies dicit̃ vno modo forma. id eſt pulchritudo vniuſcuiuſq̄ rei. Et iſto modo accipitur cū dicit̃ ꝙ ſpecies priami digna eſt imperio. Et nota ꝙ ſcd̄m iſtā acceptionē iſte terminus ſpecies eſt terminus p̄me intentiōis. Alio modo dicit̃ ſpecies ea que eſt ſub aſſignato genere. id diffinito vel diſtincto Et iſto mō accipit̃ cū dicim' hoīem ꝛ ſpeciē animalis ꝛ albū. id eſt albedinē eſſe ſpeciē coloris. ꝛ triangulū eſſe ſpeciē figure. Et nota ꝙ ſcd̄m iſtā acceptionē iſte t̃min' ſpecies eſt t̃min' ſcd̄e intētiōis. Multe alie ſunt acceptiōes hui' termini ſpecies. ſed ille obmittūt̃. eo ꝙ nō habēt ſimilitudinē cū ſpecie logica. ¶ Deinde purphiri' ꝓbat p̄dictā diffinitionē ſpeciei

nõ eſſe bonã. ⁊ hoc ſic. Jn diffinitione generis poſita eſt ſpecies· ergo in diffinitiõe ſpeciei nõ debet poni gnenus. tenet cõſequẽtia qa alias in illis diffinitiõibus fieret circulus. Ad hoc reſpõdet ꝙ genus ⁊ ſpecies ſunt relatiua. Nã genus dicit̃ alicuiꝰ genus. ⁊ ſpecies alicuius ſpecies. ideo neceſſe eſt ibi vtrorũqꝫ rationibus vtriſqꝫ vti. Jn ſc̄da parte que incipit ibi Aſſignant aũt. ꝓſequit̃ de ſpecie logica. Et diuidit̃ in tres particulas. Jn prima particula ponit tres diffinitiões ſpeciei. Prima eſt. Species eſt q̄ ponit̃ ſub aſſignato genere. Sc̄da eſt. Species eſt de qua genus in eo ꝙ qd p̄dicat̃. Tercia. Species eſt qđ de pluribus ⁊ differẽtibus ſolũ numero in eo ꝙ qd ſit p̄dicat̃. Et iſta diffinitio differt ab alijs duabꝰ. qa ipa ſoli cõuenit ſpeciei ſpecialiſſime. ſed alie due cõueniũt tam ſpeciei ſpecialiſſime q̄ꝫ ſubalterne. Jn ſc̄da particula declarat iſtas diffinitiões. ponendo vnã coordinationẽ p̄dicamẽtalẽ. Et intẽdit talẽ cõcluſionẽ. Jn vnoquoqꝫ p̄dicamento ſunt quedã generaliſſima. quedã ſpecialiſſima. ⁊ quedã intermedia. ¶ Pro cuius ꝓbatiõe ſupponit ꝙ generaliſſimuꝫ eſt ſupra qđ nõ eſt aliud ſupueniẽs genus. Et ſpecialiſſimũ eſt poſt qđ nõ eſt alia inferior ſpecies. Sed intermedia ſunt genera ⁊ ſpecies ad aliud ⁊ ad aliud ſũpta. id eſt cõparata. ¶ Hoc ſuppoſito ꝓbat cõcluſionẽ ſuã exẽplo dicẽs ꝙ in p̄dicamẽto ſubſtãtie ſubſtãtia p̄mo eſt genus ſub qua ponit̃ corpꝰ ⁊ ſub corpe corpꝰ animatũ. ſub quo aĩal. ſub animali ponit̃ aĩal rationale ſub quo homo. ſub hoĩe v̈o forma ⁊ plato. q̄ ſunt particulares hoĩes Et inter iſta eſt genus generaliſſimũ. qa eſt genus ſolũ. homo v̈o eſt ſpecialiſſimũ qa eſt ſpecies ſolũ. Jntermedia aũt ſunt genera ⁊ ſpecies. vt aĩal ẽ genus animalis rationalis ⁊ ſpecies corpis. ⁊ aĩal rationale eſt genꝰ hominis ⁊ ſpecies aĩalis. homo aũt eſt ſpecies aĩalis rationalis. ſed nõ eſt genus particulariũ hoĩm. Probat. qa illud qđ eſt ꝓximũ enti indiuiduo eſt ſolũ ſpecies ⁊ nõ genus. Ex quo patet ꝙ ſicut ſubſtãtia ẽ genus generaliſſimũ eo ꝙ nihil eſt ſupra eã. ſupple tanq̄ꝫ genus. qa bene habet ens qđ nõ eſt genus ad ipam. ſic homo eſt ſpecies ſpecialiſſima cũ nõ habeat poſt ſe ſpecies. ſed ſolũ indiuidua. ⁊ ea que ſunt in medio ſunt ſpecies eoꝝ que ſunt ſupra ipa. ¶ Ex quo infert ꝙ habẽt duas habitudines. vnã ad ſuperiora ſc̄dm quã dicũt̃ ſpecies eoꝝ. Et aliã ad inferiora ſ̄m quã dicunt̃ genera. ſed extrema ſcilicet generaliſſimũ ⁊ ſpecialiſſimũ nõ habẽt niſi vnã ſ̄m quã ſupple poſſunt dici vel genera vel ſpecies. Nã generaliſſimũ nõ habet niſi habitudinẽ ad inferiora. cũ ſit ſupmũ genꝰ. ⁊ p̄mũ p̄ncipiũ ſpecialiſſimũ ſolũ habet habitudinẽ ad ſupiora quoꝝ eſt ſpecies. ſed nõ habet aliã habitudinẽ ad inferiora. Et licet dicat̃ ſpecies indiuiduoꝝ. hoc tñ alit̃ q̄ꝫ ſpecies ſuperioꝝ. Quia dr̃ indiuiduoꝝ veluđ ea cõtinẽs. Et

# cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

ſpecies ſuperioꝝ. q̄a cōtinet̄ ab eis.. ¶ Ex p̄dictis infert duas diffinitiōes
generaſſimi. ⁊ tres ſpecialiſſimi. ⁊ vnā int̄medioꝝ. Prima diffinitio gene-
raſſimi eſt hec. Generaliſſimū eſt qḋ cū ſit genus nō eſt ſpecies. Secūda.
Generaliſſimū eſt ſupra qḋ nō eſt aliud ſupueniēs genus. ¶ Prima diffi-
nitio ſpecialiſſimi eſt hec Specialiſſimū eſt qḋ cū ſit ſpecies nō eſt genus
Scḋa. Specialiſſimū eſt qḋ cū ſit ſpecies nunq̄ꝫ diuidit̄ p ſpecies Tercia
Specialiſſimū eſt qḋ de pluribus ⁊ differētib⁹ numero in eo qḋ qd ſit p̄-
dicat̄. ¶ Diffinitio intermedioꝝ eſt hec. Int̄media ſunt genera ⁊ ſpecies
ad aliud ⁊ ad aliud ſumpta. ¶ Scḋo declarat p̄dictā cōcluſionē p coordi-
nationē ciuilē. q̄a in coordinatiōe ciuili ita aliq̄s eſt pat̄ q̄ nō eſt filius. ſi-
cut iupiter. Et aliq̄s ita eſt filius q̄ nō pater. ſicut agamenon. Alij ſunt pa-
tres ⁊ filij reſpectu diuerſoꝝ. ſicut atrides. pelopides ⁊ tantalides. Ergo a
ſimili in coordiatiōe p̄dicamentali aliqd ita erit genus q̄ nō erit ſpecies.
Et aliqd ita erit ſpecies q̄ nō erit genus. Et aliqua erunt genera ⁊ ſpecies
reſpectu diuerſoꝝ. ¶ Et ſubdit purphirius qḋ nō eſt omino ſimile ī iſtis
coordinationibus ciuili ⁊ p̄dicamētali. q̄a in familijs. id eſt in coordinati-
one familie plures familie reducunt̄ ad vnū p̄ncipiū. Verbigratia. Ad io-
uem. ſed in generibus ⁊ ſpeciebus. id eſt in coordinatiōibus p̄dicamen-
talibus plures nō reducunt̄ ad vnū p̄mū p̄ncipiū. Probat. q̄a reducerēt̄
ad aliqḋ p̄mū p̄ncipiū maxime eſſet ad ens. ſed hoc nō. igit̄. Minorē p̱-
bat. q̄a ens nō eſt vnū cōmune genus oīm. nec oīa ſunt eiuſdē generis
ſcḋm vnū ſup̄mū genus. ergo ad ens nō poſſunt reduci plures coordi-
nationes tanq̄ꝫ ad ſup̄mū genus. Antecedēs p̱bat̄ dupplicit̄er. Primo.
q̄a ariſtoteles in p̄dicamētis dicit q̄ decē p̄dicamēta. id eſt decē generaliſ-
ſima ſunt q̄ſi decē rerū p̄ncipia p̄ma. Scḋo. q̄a ſi ens eſſet gen⁹ ad oīa p̄-
dicamenta oīa dicerent̄ entia vniuoce. Cōſequēs eſt falſum. igit̄. Falſita-
tē cōſequētis p̱bat dupplicit̄. Primo. q̄a ſi q̄s oīa entia vocet equoce ī
qd nuncupabit ⁊ nō vniuoce. Scḋo. q̄a ens predicat̄ ſolū ſcḋm nomen
vnū. ⁊ nō ſcḋm diffinitionis rationē. que ſcḋm nomen eſt. ergo predicat̄
equiuoce ⁊ nō vniuoce. cōſequēter q̄a ip̄e fecit mentionem de numero ge-
nerum generaliſſimoꝝ. ideo etiam ip̄e incidentaliter determinat de nume-
ro ſpecialiſſimoꝝū ⁊ indiuiduoꝝ dicens. decem ſunt generaliſſima. Spe-
cialiſſima v̄o ſunt in numero quodam. ſed ita diffinito. id eſt determina-
ta. Indiuidua aūt que poſt ſpecialiſſima ſunt. infinita ſunt. ¶ Ex quo ſe-
quitur q̄ merito deſcendentē a generaliſſimis ad ſpecialiſſima iubet pla-
to quieſcerein ſpecialiſſimis. ita q̄ non ſit vlterius diuiſio per differenti-
as formales ⁊ ſpeciuocas.

Et ratio huius eſt duplex. Prima. q̄a deſcendentē a generaliſſimis ad ſpe
cialiſſima oportet diuidere ſpeciuocis differentijs. Sed vltra ſpecialiſſi-
ma nō ſunt differētie ſpeciuoce. ¶ Scd̄a ratio. q̄a ſicut plato dicit. Infini-
ta ſunt relinquētia ab arte. q̄a eoꝝ nō poteſt fieri diſciplina. Sed indiui-
dua ſunt infinita vt dictū eſt. igit̄. ¶ Scd̄o ſequit̄ ꝙ deſcēdētē a generaliſ-
ſimis ad ſpecialiſſima neceſſe eſt ꝑ multitudinē ire. id eſt diuidere vnum
in multa. ⁊ aſcēdētibus a ſpecialiſſimis ad generaliſſima neceſſe eſt colli-
gere multa in vnū. ¶ Scd̄am partē ꝓbat. q̄a aſcēdēdo a ſpecie ad genus
aſcendit̄ ad magis cōmune. ſed cōmune eſt ſemꝑ collectiuū ⁊ adiuuati-
uū. Diuiſiuū aūt eſt ſingulare igit̄ aſcendēdo a ſpecialiſſimis ad genera-
liſſima oportet ire ꝑ collectionē ⁊ colligere multa in vnū. Minorē ꝓbat
per participationē ſpeciei plures hoīes ſunt vnus homo. Primā partē
corrollarij ꝓbat. q̄a deſcēdēdo a generaliſſimis ad ſpecialiſſima fit deſcē-
ſus ad ſingularia que ſunt diuiſiua vt dictū eſt. vnde vnus homo cōmu-
nis fit plures in ſingularibus. ¶ In tercia particula recapitulat ea que di
cta ſunt. ⁊ determinat de modo p̄dicandi eoꝝ que in coordinatiōe p̄dica
mentali ponunt̄ dicēs. Determinatū eſt de genere ⁊ ſpecie q̄d ſit vtrūq̄ꝫ
⁊ ꝙ vnum genus habet plures ſpecies. Diuiſio enim generis ſemꝑ eſt
in plures ſpecies. Dictum etiam eſt ꝙ genus predicat̄ de ſpecie. Et gene
raliter om̄ia ſuperiora de inferioribus predicant̄. Species v̊o neq̄ꝫ de ge
nere ſibi proximo. neq̄ꝫ de ſuperioribus predicat̄. Et hoc eſt q̄a p̄dicatio
iſtaꝝ nō cōuertit̄. oportet em̄ equale de equis p̄dicari. vt riſibile de homi
ne. aut maiora de minoribus. vt animal de hoīe. Minora v̊o de maiori
bus nō predicant̄. Et nota ꝙ per equa intelligit cōuertibilia. per maiora
ſuperiora ⁊ per minora inferiora. Et cū dicit minora nō p̄dicari de maio
ribus. hoc debet intelligi p̄dicatiōe directa ⁊ formali. vel hoc debet intel
ligi vniuerſaliter. Nā iſta eſt falſa. Om̄e animal eſt homo. ¶ Ex his infert
purphirius tria corrollaria. Primū eſt. De quocūq̄ꝫ p̄dicat̄ ſpecies de il-
lo p̄dicat̄ genus illius ſpeciei. ⁊ genus illius generis incluſiue vſq̄ꝫ ad ge-
neraliſſimū. Patet. q̄a ſi ſocrates eſt homo. ⁊ homo eſt animal. ⁊ aīal eſt
ſubſtātia. ſocrates etiā eſt homo. animal ē ſubſtātia. ſemꝑ em̄ ſuperiora
de inferioribꝰ p̄dicant̄. ¶ Scd̄m corrollariū. Species p̄dicat̄ de indiuidu
is. genus aūt de ſpecie ⁊ indiuiduo. generaliſſima aūt de generibꝰ ſi ſint
plura ſubalt̄na de ſpecie ⁊ indiuiduo. Terciū corrollariū. Generaliſſimū
p̄dicat̄ de oībꝰ ſub eo poſitis. ſcilicet generibus. ſpeciebus ⁊ indiuiduis. ſed
genus q̄d eſt immediate ante ſpecialiſſimaꝫ. predicatur ſolū de ſpecialiſſi-
mis ⁊ indiuiduis. Species v̊o ſolum de indiuiduis.

cū reſolutōe text⁹ ad itētionē ſcoti

Et quia fecit mentionē de indiuiduo idō oſtendit qd ſit indiuiduū. pmo ſic. Indiuiduū eſt qd de vno ſolo particulari pdicat̄. vt ſortes. ⁊ hoc albū ⁊ hic veniens. ⁊ ſuffronice filius. ſi ſolus ſit ei fili⁹. Scdo ſic indiuidua dicunt̄ quoniā vnūqdqz eoꝝ ex ꝓprietatibus cōſiſtit. quarū collectio nūqz in alio erit eadē. Et ratio huius eſt. qa ꝓprietates ſocratis nunqz eſſent eedē in alio particulari. ſed ꝓprietates hoīs in cōmuni erūt eedē in pluribus particularibus hoībus in eo ꝙ homīes ſunt. ¶ Ex pdictis infert ꝙ indiuiduū cōtinet̄ ſub ſpecie. ⁊ ſpecies ſub genere. hoc declarat qa genus eſt qddā totū reſpectu ſpeciei. ⁊ indiuiduum eſt pars ſpeciei. ſpecies aūt eſt pars ⁊ totū. ſed different̄. qa eſt pars alterius ſcilicet gener̄. ſed eſt totū. nō alterius. ſed alijs. partibus em̄ totū eſt. ſcilicet indiuiduis. ¶ finaliter epilogat dicens. ſufficient̄ dictū eſt de genere ⁊ ſpecie. qd generum qd ſpecierū. ⁊ que ſunt indiuidua ⁊ quot dicens. Genus ⁊ ſpecies dicuntur. ⁊ cetera.

Circa hūc textū querit̄ Utrū diffinitio ſpeciei in qua dicit̄. Species eſt qd pdicat̄ de pluribus differentib⁹ numero in eo qd qd. ſit ſufficienter aſſignata.

Et arguit̄ pmo ꝙ nō: qa ſcdm purphiriū in textu genus ⁊ ſpecies ſunt correlatiua. ideo neceſſe eſt i vtrūqz diffinitionibus vtriſqz vti. Sed in hac diffinitiōe non ponit̄ genus. ergo iſta diffinitio eſt inſufficiens. ¶ Et cōfirmat̄. qa hec diffinitio cōuenit generi igit̄ nō eſt bene aſſignata. Antecedēs patet. qa genus pdicat̄ de differentibus ſpecie in qd. ergo pdicat̄ de differentib⁹ numero tenet ꝯſequentia. qa qcūqz differunt ſpecie etiā differunt numero. vt vult philoſophus quinto methaphiſice.

Scdo ſic Nulli⁹ eiuſdē rei poſſunt eſſe plures diffinitiones ex ſexto topicoꝝ. ſic nec poſſunt eſſe plures eſſentie. ſed ſpeciei eſt vna alia ſufficiens diffinitio. vt hec. Species eſt que ponitur ſub aſſignato genere. ergo iſta nō eſt ſufficienter aſſignata. Et cōfirmatur per hanc diffinitionē nō differt ſpecies a diffinitione. Naz aīal rationale qd eſt diffinitio hoīs pdicat̄ de differentibus numero in eo qd quid. igitur.

Tercio ſic. In iſta diffinitiōe ponitur negatio. ergo eſt inſufficiens. Antecedens patet. qa infer i⁹ addit̄ ſupe

rioꝛi ſcilicet differentibus huic termino pluribus. qui tunc valet ſicut multis. Nam oīs differētia includit multitudinē. ꝛ ꝑ cōſequēs cum dicit̄ de pluribus differentibus idē bis repetit̄. ꝛ ſic eſt nugatio. Et cōfirmatur q̄a aliqua ſpecies p̄dicat̄ de pluribus que tamē nō differūt numero. vt patet de hoīe q̄ p̄dicat̄ de iſto ſoꝛte ꝛ de iſto ſoꝛte. que tamē nō differunt numero. cū ſit eis idem nomē ſcilicet ſoꝛtes.

**Quarto arguit̄ ſic Species nō eſt** p̄dicatū ſcd̄m philoſophū p̄mo topicoꝝ. ergo nec eſt p̄dicabile. tenet cōſequentia q̄a p̄dicatū ꝛ p̄dicabile nō differūt niſi penes actū ꝛ aptitudinē.

**In oppoſitum arguit auctoꝛitate** purphirij ponentis illā diffinitionē. ¶ Pro declaratiōe textus p̄cedentis ꝛ ſolutione queſtionis mote mouent̄ aliq̄ difficultates.

**Prima difficultas. Utrū tres dif**finitiones ſpeciei cū eius diuiſione ꝛ declaratione illarū diffinitionū ſunt conuenieter poſite in textu. ¶ Pro cuius ſolutione ſupponitur primo q̄ iſte terminus ſpecies eſt equocus ad multa. vt patet in his verſib⁹. Maneries. foꝛma ſpecies dicatur poteſtas. Accidit ꝛ redolet quoq̄ꝫ p̄dicat ſpecies. Et ſolū hic eſt ſermo de vltima acceptione. ¶ Sc̄do ſupponit̄ q̄ pꝛima diffinitio ſpeciei que eſt hec. Species eſt que ponit̄ ſub aſſignato genere ſic eſt intelligēda. Species eſt relatio ſuppoſitiōis alicuius nature vel quiditatis dicit̄ foꝛmalit̄ ſuppoſitioni generum. ¶ Vel ſic. Species eſt natura aut quiditas que foꝛmalit̄ directe ꝛ immediate ſupponit̄ generi. Dicit̄ p̄mo foꝛmalit̄. ad excludēdū ea que ſupponūt localit̄. Dicit̄ ſecūdo directe. ad excludēdū differētias diuiſiuas generis. que licet ponātur ſub genere lateralit̄. ſicut diuidens ſub diuiſo. nō tamen directe. Dicit̄ tercio immediate. ad excludendū indiuidua. que licet ſupponant̄ generi foꝛmaliter ꝛ directe. q̄a p̄dicat̄ de eis in q̄d. tamē nō ſibi ſupponunt̄ immediate ſed mediate. ſcilꝫ mediante ſpecie. ¶ Sed cōtra illā particulā obijcit̄ q̄a ex ea ſequeret̄ q̄ homo nō eſſet ſpecies ſubſtantie aut coꝛpis animati. cū nō ponat̄ immediate ſub his. cōſequēs eſt falſum igit̄. Ad iſtud dicit̄ vno modo q̄ illi particule immediate adhuc ſubiūgēda eſt iſta particula reſpectu generis ꝓpinqui. ita q̄ ſit ſenſus. Species eſt natura aut q̄ditas que foꝛmalit̄ directe ꝛ immediate ponit̄ ſub genere ꝓpinquo aſſignato. id eſt diffinito aut determinato. ¶ Dicūt aūt aliq̄ q̄ hec diffinitio cū ſecūda

## cū reſolutiōe textꝰ ad itētionē ſcoti

nō faciūt niſi vnā diffinitionē. ⁊ tūc dicūt ꝙ ṗma particula diſtinguit ſpe
ciē a genere. ⁊ ſecūda diſtinguit eā a differentia. Ex quo patet ꝙ ſcḋm illuꝫ
modū dicēdi gloſando ṗmā diffinitionē que eſt ṗma particula huꝰ diffi
nitionis nō oportebit ponere ly directe. qa ſatis excludunť differentie per
ſcḋam particulā. qa genus nō p̄dicať de eis in qd. Sed iſtud dictū nō eſt
de intentione purphirij. Nam purphirius ponēs differentiaꝫ inter illas
diffinitiones dicit ꝙ tercia ꝯuenit ſoli ſpeciei ſpecialiſſime. ⁊ alie due cōue
niunt tam ſpeciei ſpecialiſſime ꝗꝫ ſubalterne. ¶ Tercio ſupponiť ꝙ ſcḋa
diffinitio ſpeciei eſt ſic intelligenda. Species eſt natura aut q̇ditas de qua
genus in eo ꝙ qd ſit p̄dicať. Et differt iſta a ṗma qa ṗma explicat tm̄ re
ſpectū ſuppoſitiōis ſpeciei ad genus preſcindendo a ſubicitate. Sed ſecū
da explicat reſpectū ſubicitatis eius ad genus tanꝗꝫ ad ſuum vniuerſale
¶ Tercia aūt diffinitio ſic eſt intelligēda. Species eſt vniuerſale incōplexū
qḋ p̄dicať. id eſt aptū natū eſt p̄dicari de pluribus. id eſt multis differēti
bus numero numeroſitate rei ⁊ non noīs tm̄ in eo qḋ quid. In qua diffi
nitione dicitur primo vniuerſale. qḋ poniť pro genere. Dicitur ſecundo
predicať. id eſt aptum natū eſt predicari ⁊ melius eſt ꝗꝫ poteſt predicari
quia ſunt alique ſpecies que ſunt apte nate p̄dicari de pluribus. ſed non
poſſunt. vt mundus. ſol ⁊ luna. Unde iſte ſpecies cum ſint quedam qui
ditates eis nō repugnat cōmunicabilitas pluribus. quia hoc eſt ꝓpriuꝫ
cuilibet quiditati. tamen nō poſſunt cōmunicari pluribus ſaltē naturaliť
Et hoc ē ꝓpter defectū materie vt dicit philoſophꝰ ṗmo celi ⁊ mūdi. Di
citur tercio incōplexū. per qḋ excludiť diffinitio. ⁊ etiā diſiūctū ex pluribꝰ
ſingularibus. cuiuſmodi eſt ſocrates ⁊ plato. Diciť quarto numero nu
meroſitate rei quia licet duo vocati hoc nomine ſocrates nō differūt nu
mero numeroſitate noīs. tamē differūt numero numeroſitate rei. Nec ca
pitur hic numerus pro quantitate diſcreta. Sed cōtra diffinitionē iſtam
obijciť. qa homo eſt ſpecies ſpecialiſſima. ⁊ tamē p̄dicať de differentibꝰ
ſpecie. aut ſaltē de aliq̄bus que nō ſunt eiuſdē ſpeciei. igiť. Antecedēs pa
tet ṗmo. qa p̄dicať de ſocrate ⁊ manu eius. qḋ patet qa cū q̄libet pars ſo
cratis ſit ꝯpoſita ex corpe ⁊ aīa rationali videť ꝙ ſit homo. ſed. ſocrates
⁊ manꝰ eiꝰ nō ſunt eiuſdē ſpeciei. Scḋo qa p̄dicať de ſocrate ⁊ deo. iſta em̄
cōcediť a catholicꝭ. deꝰ eſt homo. ꝫ ſocrates ⁊ deꝰ nō differūt ſolū numero
igiť. Ad iſtḋ reſpōdeť negādo antecedēs. ⁊ ad ṗmā ꝓbationē negať ante
cedēs. Et cū dř q̄libet pars ſocratꝭ. ⁊c̄. Dico ꝙ hoc non ſufficit ad hoc ꝙ
ſit homo. ꝫ requiriť ꝙ illud corpꝰ ſit adequatū ꝑfectibile aīe rationalis ꝑ
quod ⁊ ipa ⁊ alie anime precedentes poſſunt exercere ſuas operationes.

¶ Ad ſecūdā ꝓbationē dicit̄ ꝙ homo p̄dicat̄ de deo ꝑ p̄dicationem ſub
ſtantialē. ſed nō q̄ditatiuā. q̄a p̄dicatū nō eſt de q̄ditate ſubiecti. talis etiā
predicatio nō eſt ꝑ t̄minoꝝ vnionē naturalē. ſed ꝑ ſupnaturalē. ¶ Quarto
ſupponit̄ ꝙ ſpecies diuidit̄ in ſpeciē ſpecialiſſimā ⁊ ſpeciē ſubalternam.
Et ſimilit̄ genus diuidit̄ in genus generaliſſimū ⁊ genus ſubalternum.
Et nō ſunt iſte due diuiſiones generū in ſuas ſpecies ſummēdo diuiſa ⁊
diuidenda ꝓ per ſe ſignificatis. ¶ Species ſpecialiſſima eſt poſt quā nō
eſt alia inferior ſpecies. Aliter. Species ſpecialiſſima eſt que cū ſit ſpecies
nō poteſt eſſe genus. Cuiꝰ ratio eſt q̄a nō eſt diuiſibilis ꝑ differentias for
males. ¶ Ex his patet ꝙ ſunt tres diffinitiones ſpeciei ſpecialiſſime. ſcili
cet tercia ſuperius poſita ⁊ iſte due. ¶ Species ſubalterna eſt que cum ſit
ſpecies nō poteſt eſſe genus. Et dicit̄ ſubalterna quaſi alternatim ſub et
ſupra poſita. ¶ Genus generaliſſimū eſt qđ cum ſit genus nō poteſt eſſe
ſpecies. Vel ſic. Eſt ſupra qđ nō eſt aliud ſuperueniens genus. Et q̄a iſte
terminus generaliſſimū eſt ſuplatiui gradus. id eſt poteſt exponi dupli
citer. Vno modo affirmatiue ſic. Generaliſſimum. id eſt generale ⁊ omni
alio generalius. Et ſic exponēdo iſta nō eſſet cōcedēda. Decē ſunt genera
liſſima. Alio modo negatiue. ſic. Generaliſſimū id eſt generale quo nihil
eſt generalius. Et ſic exponēdo iſta eſt ꝯcedēda. Decē ſunt generaliſſima
Nam ſic exponit̄. Decē ſunt generaliſſima. ⁊ illis nihil eſt generalius. qđ
ſupple ꝑtineat ad earū coordinationē. Cū aūt dicit purphiriꝰ ꝙ in vno
quoqꝫ p̄dicamento ſunt generaliſſima quedā. hoc debet intelligi prout ly
vnoquoqꝫ tenet̄ collectiue ⁊ nō diſtributiue. vt ſit ſenſus in vno quoqꝫ
predicamento. id eſt in tota collectione p̄dicamentoꝝ ſunt generaliſſima
Vel ſi ſummat̄ diſtributiue. tunc plurale ſummit̄ pro ſingulari. vel ſingu
laria p̄dicati pluralis debent attribui diuiſim ſingularibus ſubiecti. vt ſit
ſenſus. In iſto p̄dicamēto eſt vnū genus generaliſſimū. ⁊ in illo eſt vnū
genus generaliſſimū. ⁊ ſic de alijs.

His ſuppoſitis dicit̄ p̄mo ꝙ diffini
tiones ſpeciei ⁊ declaratiões earūdē ſunt ſufficient̄ poſite in textu intelligē
do eas cū illis particulis additis in p̄dictis ſuppoſitiōibus. Dicit̄ ſecun
do ꝙ diuiſio ſpeciei quā purphirius nō ponit expreſſe in textu eſt etiā ſuf
ficiens aſſignata.

## Scđa difficultas. Utrū genera
liſſimū ⁊ ſpecialiſſimū que dicunt̄ extrema coordinatiōis p̄dicamētalis

habeant tm̄ vnã habitudinẽ. ⁊ intermedia habeant duas habitudines
Pro cuius ſolutione ſupponit̃ ꝑmo ꝗ in qualibet coordinatione ꝑ̄dica
mentali ſunt tria. ſcilicet generaliſſimũ. ſpecialiſſimum ⁊ intermedia. Et li
cet purphirius nõ det exemplũ niſi in ꝑ̄dicamẽto ſubſtantie. tamẽ in ali
is ꝑ̄dicamẽtis poſſet etiã dari exemplũ. licet nõ ita manifeſte. q̃a genera ⁊
ſpecies alioꝝ ꝑ̄dicamentoꝝ nõ ſunt nobis nomiata ſicut genera ⁊ ſpecies
ꝑ̄dicamẽti ſubſtãtie. ¶ Secũdo ſupponit̃ ꝗ intermedia dicuntur illa que
directe ponunt̃ inter genus generaliſſimũ ⁊ ſpecies ſpecialiſſimas. ¶ Ex
quo ſequit̃ ꝗ differentie nõ dicunt̃ intermedia.

His ſuppoſitis dicit̃ ꝑmo ꝗ gene-
raliſſimũ ⁊ ſpecialiſſimũ habent tm̄ vnã habitudinẽ. ⁊ hoc ſummendo il
lã ꝓpoſitionẽ prout eſt vna copulatiua. q̃a ſi eſſet de coplato extremo eſ-
ſet falſa. Probat̃. q̃a generaliſſimũ habet tm̄ habitudinẽ ad inferiora ſm̄
quã eſt genus. Et ſpecialiſſimũ habet tm̄ habitudinẽ ad ſuperiora ſcd̄m
quã eſt ſpecies. igit̃. Dicit̃ ꝗ intermedia habent duas habitudines. Pa-
tet. q̃a habent habitudinẽ ad ſuperiora ⁊ inferiora. Ex quo ſequit̃ ꝗ ſunt
genera ⁊ ſpecies. ¶ Sed cõtra primũ dictũ arguit̃ quadruplicit̃. Primo
ſic. Decẽ genera generaliſſima habent habitudinẽ ſuperioꝝ reſpectu trã-
ſcendentiũ. ergo male dicit̃ ꝗ habent tm̄ habitudinẽ ad inferiora. Scd̄o
ſic. Decẽ genera generaliſſima habẽt habitudinẽ ad genus generaliſſimũ
ſed genus generaliſſimũ eſt genus. ergo habent habitudinẽ ad aliqd̄ ge-
nus. Tercio ſic. Species ſpecialiſſima reſpicit indiuidua de quib⁹ ꝑ̄dica
tur. ergo vt inferiora i git̃ nõ habent habitudinẽ ſolũ ad ſuperiora. Quar
to ſic. Species ſpecialiſſima eſt ſpecies ſpecialiſſima ⁊ tamẽ habet habi-
tudinẽ ad inferiora que differunt ſpecie. vtputa ad hoĩem ⁊ aſinũ de qb⁹
ꝑ̄dicat̃. ⁊ ſimilit̃ argueret̃ de albo ⁊ nigro. ¶ Ad ꝑmũ illoꝝ dicit̃ multipli-
ter. Vno modo ꝗ nõ habent habitudinẽ ad ſuperiora. ſed tm̄ inferiorũ
ergo tranſcendẽtia nõ dicũt̃ de iſtis vniuoce. ſed de iſto an ſit bene dictũ
alias pertractabit̃. ¶ Aliter dicit̃ ꝗ illa habitudo nõ eſt ad ſuperiora ꝑ̄di-
cabilia ſicut hic accipiunt̃ ꝑ̄dicabilia. ¶ Ad ſecundũ dicit̃ ꝗ licet decẽ ge-
nera generaliſſima habẽt habitudinẽ ad gen⁹ generaliſſimũ ſicut ad ali-
quod ꝑ̄dicatũ denominatiuũ denominatiue dictũ de eis. nõ tamẽ ſicut
ad ꝑ̄dicatũ q̃ditatiue dictũ de eis. ¶ Dicit̃ vltra ꝗ genus generaliſſimũ
nõ eſt genus niſi ibi denotet̃ ꝑ̄dicatio ydemptica. aut ſuperioꝝ de inferio
ri. ¶ Ad terciũ dicit̃. ꝗ ſpecies nõ reſpicit indiuidua vt genus. ⁊ hoc vult
purphirius. tamẽ reſpicit ea vt ſpecies. q̃a reſpectu ipoꝝ nõ habet aliam

habitudinē ⁊ aliū modū nominatū ꝗ̄ respectu ſuperioꝝ. ¶ Ad quartū dicit̃ ꝙ ſpecies ſpecialiſſima. hoc eſt intentio ſpeciei ſpecialiſſime habet tm̄ habitudinē accidētalē reſpectu hoīs ⁊ equi. ideo nō poteſt dici genus reſpectu ipoꝝ. ¶ Cōtra ſcd̄m dictū arguit̃ ſic ſcd̄m philoſophū q̄nto metaphiſice. Impoſſibile eſt aliq̄d idem referri ad plura. ergo int̃media nō poſſunt habere habitudinē ad ſuperiora ⁊ inferiora. Tenet cōſequentia. q̄a habitudo nō eſt niſi quedā relatio. ¶ Scd̄o ſic Vel ille habitudines inſunt eis equalit̃. vel vna prius ⁊ alia poſterius. Nō equaliter. q̄a tunc ſequeretur ꝙ idem eſſet genus ⁊ nō genus. ſpecies nō ſpecies. q̄d eſt impoſſibile. Cōſequētia patet. q̄a bene ſequit̃. animal eſt ſpecies corpis animati ⁊ cū hoc eſt genus hoīs. ergo eſt ſpecies ⁊ nō ſpecies. genus ⁊ nō genꝰ Nam genus infert nō ſpecies. ⁊ nō ſpecies infert genus. Nec eſt dicēdū ſecundū. q̄a nō videt̃ que earū eſſet. ¶ Ad p̄mū iſtoꝝ dicit̃ ꝙ impoſſibile eſt idem formaliter per ſe. p̄mo referri ad plura. ſed poſſibile eſt idem fundamentaliter vel idē formaliter. ſed nō p̄mo ad plura referri. De p̄mo patet. q̄a idem homo refertur ad plures filios diuerſis paternitatibꝰ. ¶ De ſecundo patet. q̄a ſpecies formalit̃ ſumpta refert̃ ꝑ ſe p̄mo ad genus. ⁊ ſecūdo nō p̄mo ad indiuidua. ¶ Ad ſecūdū dicit̃ ꝙ nō inſunt equalit̃. q̄a eſt habitudo prius ad ſuperiora. Nā in habitudine ad ſuperiora cōſtituūt̃ ⁊ in ordine ad inferiora conſtituunt Vnumquodq̄ autem prius in eſſe conſtituitur. eo ꝙ conſtituere preſupponit eſſe. ¶ Ex quo patet ꝙ intermedia prius ſunt ſpecies ꝗ̄ ſint genera. Et ad illam conſequentiam que fit pro probatione prime partis dicitur ꝙ ex relatiuis inferre contradictoria eſt committere ignorantiam elenci. Vt ſi argueret̃ ſic Hoc eſt duplū ad hoc ⁊ eſt indiuiduū ad illud. ergo eſt duplū ⁊ nō duplū. ¶ Et nota ꝙ intermedia nō dicunt̃ media per participationē ſicut medij colores. tū q̄a medij colores ſunt poſteriores vtroq̄ termino. ſed hec media ſunt priora vno extremo ⁊ poſteriora alio. tum q̄a hec media ſunt in extremis eſſencialiter. Sed colores medij ſunt ſolū in extremis cauſaliter. dicūtur ergo media per participationē actiuā ſuperioꝝ. q̄a participant ſua ſuperiora. Et per participationē paſſiuā inferioꝝ. q̄a participant̃ ab eis.

## Tercia difficultas. Vtrū coordinatio predicamentalis ſit a purphirio ſufficient̃ aſſignata.

¶ Pro cuiꝰ ſolutione videndū eſt primo ſi in iſta coordinatione ⁊ conſimiliter in alijs diuiſio generis fiet ſemper per duas differentias tm̄. ¶ Ad quam dicitur Vno modo ſic probatur p̄mo per purphiriū qui nō facit aliquā diuiſionem generis niſi per duas differentias. Secūdo ſic. q̄a priuatiue oppoſi

ta ſunt ſemper immediata circa illa quibus nata ſunt ineſſe. Sed iſte di-
uiſiones ſunt per priuatiue oppoſita. igitur. ¶ Contra iſtud arguit̃. qa ſi
ſic cum in numeris ſint infinite ſpecies opporteret ibi eſſe infinitas ſubal
ternationes ſpecierum ⁊ ſubdiuiſionũ per duas differentias. quia tales
finite redderent ſemꝑ finitas ſpecies. ⁊ ic cum om̃es differentie ſemper
ſubalternatim poſite cocurrerent ad quiditatem ſpeciei ſpecialiſſime. ea-
dem quiditate multiplicarent̃ differentie in infinitũ ſubalternatim quod
eſt inconueniens. ¶ Secũdo ſic. Diuiſio coloris nõ fit tm̃ per duas diffe-
rẽtias. igit̃ nec diuiſiões aliqꝝ alioꝝ geneꝝ. Antecedens patet. quia ſi co-
lor diuidat̃ tm̃ per diſgregatiuũ viſus ⁊ congregatiuum viſus oportebit
medios colores cum extremo colore contineri ſub eadem differentia. qđ
eſt inconueniens. ¶ Aliter igitur poteſt dici ꝙ aliquod genus poteſt im
mediate diuidi per plures differentias duabus. ſicut immediate poteſt
diuidi per duas ſpecies. ¶ Iſto viſo ſupponitur primo ꝙ differentie hu
ius coordinationis ſunt dupplices. Quedam ſunt que ſignificantur per
terminos poſitiuos. ſicut ſunt differentie dextri lateris. Alie ſunt que ſigni
ficant̃ per terminos priuatiuos. ſicut ſunt differentie ſiniſtri lateris. Per
iſtos autem circũloquuntur differentie poſitiue quibus nõ eſt nomẽ im
poſitum. ¶ Ex quo patet ꝙ differentie ſiniſtri lateris nõ ſunt pure priua
tiones. Patet. quia nullum priuatiuũ poteſt conſtituere aliquod poſiti-
uum. ſed ille differentie conſtituunt ſpecies. vt patet de incorporeo. que
conſtituit ſpeciem. ⁊ irrationale que conſtituit brutum. quod forte im-
mediate diuiditur per differentias ſpeciuocas brutorum. igitur. ¶ Secũ
do ſupponitur ꝙ iſte differentie ſiue ſint dextri lateris ſiue ſiniſtri lateris
nõ ponuntur directe in hac coordinatione predicamentali. tamẽ qa ni-
hil ponitur directe in ea niſi ſit genus. aut ſpecies. aut includens quidita
tiue genus aut ſpeciem. Sed differentie nõ ſunt huiuſmodi. Dicitur aũt
includens genus aut ſpeciem propter indiuidua. que licet videantur po
ni lateraliter in hac coordinatione. vt patet in deſcriptione figure. tum qa
de facto ponunt̃ directe. tum quia differentie exeunt a poteſtate generis.
ſicut rami a trunco. ⁊ ſic ſunt extra naturam ⁊ eſſentiam generis. ⁊ per cõ
ſequens non continentur directe ſub eo. ¶ Tercio ſupponitur ꝙ inter
has differentias eſt differentia. Quia differentie ſuperiores ſiniſtri lateris
non predicantur de inferioribus. vt incorporeum non predicatur de in-
animato. quia inanimatũ de inſenſibili. Sed differentie ſuperiores dextri
lateris predicantur de inferioribus. ſaltem denominatiue. vt corporeuꝫ
de animato. ⁊ animatum de ſenſibili.

Et ratio iſtoꝝ eſt.qa differẽtie inferiores ſiniſtri lateris nõ diuidũt genera cõſtituta p differentias ei ſuperiores.qđ faciũt differentie inferiores dextri lateris. ¶ Quarto ſupponit̃ ꝙ ſenſibile poteſt accipi dupplicit̃ Vno modo actiue vt importat aptitudinẽ ad actionẽ p quã circũloquit̃ differentia animalis.qa ꝓprie nõ eſt differentia.ꝛ iſto modo accipit̃ in iſta coordinatione.Aliomodo accipit̃ paſſiue.ꝓut dicit aptitudinẽ ad paſſionẽ videlicet ꝓut idem eſt qđ aptũ natũ ſentiri.ꝛ iſto modo nõ accipitur hic quia cõuenit alijs ab animali.Similit̃ corpus animatũ poteſt accipi dupliciter.Vno modo ꝓ cõplexo diffinitiuo.ꝛ iſto modo nõ accipitur hic Alio modo pro cõplexo vocali ſignificante qditatẽ genericam cui nõ eſt nomẽ impoſitũ.ꝛ iſto modo accipit̃ hic. ¶ Quinto ſupponit̃ ꝙ vltima differentia formalis huius coordinatiõis eſt illa qua diuidit̃ animal per rationale ꝛ irrationale. ¶ Ex quo ſequit̃ ꝙ animal rationale nõ eſt vlteriꝰ diuiſibile p alias differentias.Patet.qa rationale eſt vltima differẽtia hominis.igit̃.Et ſi dicat̃.In iſta arbore purphirij ponit̃ mortale ſicut vltima differentia hoĩs.ꝛ nõ rationale.Dicit̃ ꝙ in hoc errauit purphiriꝰ.nõ ſolũ ſcđm fidẽ.ſed etiã ſcđm ratiõẽ naturalẽ.tum qa mortale ſe habet in plus ꝙ̃ animal.cũ oĩe animal ſit mortale.ꝛ multa moriant̃ que nõ ſunt animalia.tum qa oĩe corpus animatũ eſt mortale. Nulla eñ differẽtia vltima ſpeciei ſpecialiſſime poteſt eſſe cõuertibilis cũ genere ſubalterno.

His ſuppoſitis dicit̃ ꝙ ꝑdicta coordinatio eſt ſufficient̃ aſſignata.excepto ꝙ ibi nõ bene ponit̃ animal rationale pro genere hoĩs.eo ꝙ animal rationale cõuertit̃ cũ hoĩe.

Quarta difficultas. Utrũ hec propoſitio ſit cõcedẽda.Participatiõe ſpeciei plures hoĩes ſunt vnꝰ homo. Et ſimilit̃ iſta.Vnus homo cõmunis ſit plures in ſingularibus. ¶ Pro cuius ſolutiõe ſupponit̃ ꝑmo ꝙ oĩs ꝓpoſitio in qua predicat̃ terminus ſingularis numeri de ſeipſo ſimplicit̃ ſumpto ſine additione aut ſine det̃minatione in rigore ſermonis eſt falſa.patet.qa p talẽ ꝓpoſitionẽ ſemper denotat̃ ꝙ plures res ſunt vna res. ¶ Ex quo ſequit̃ ꝙ iſte ſunt falſe. Homines ſunt homo. Aſini ſunt aſinus.Et ſi obijciat̃.qa de genere ꝛ differẽtia demonſtratis verum eſt dicere. hec entia ſunt ens ſcilicet ſpecies Ad hoc dicit̃ ꝙ illa ꝓpoſitio ſic abſolute eſt falſa.Et ſi inueniat̃ cõceſſa ab aliquibus hoc eſt ſcđm qđ ꝑdicatuꝫ eius cõſtringit̃ p hoc complexũ qđ eſt ſpecies.ſic dicẽdo.Entia ſunt ens qđ eſt ſpecies.Et ſimilit̃ dr̃ de iſta. Ho

mines ſunt homo. qđ eſt falſum. niſi intelligat̄ cū aliqua determinatione ¶ Ideo pro intellectu huius ſcđo ſupponit̄ ꝗ vnus poteſt accipi dupliciter. Vnomodo ſinkathegreumatice vt dicit modū intelligendi ṫminū cōmunē pro ſuo ſuppoſito determinato. indeterminate tamē. ⁊ iſto modo vnus habet ſe ad ſubiectū alicuius ꝓpoſitiōis ſic ut hoc ſignū quedā Alio modo accipit̄ kathegreumatice vt dicit paſſionē entis. ⁊ iſto modo. philoſophus accipit quinto methaphiſice cū diuidit ipm in vnū numero ⁊ vnū ſpecie. vnū genere ⁊ vnū ꝓpoſitione. ⁊ addūt ſcotiſte vnū traſcēdenti. ¶ Tercio ſupponit̄ ꝗ de diuiſione vnius in illa quatuor membra eſt cōtrouerſia. Nam aliq̄ dicunt vnū dici tm̄ analogice de illis quatuor membris. Et ꝓbant ꝗ ꝑ prius dicit̄ de vno numero q̄ʒ de vno ſpecie. de vno ſpecie q̄ʒ de alijs. igit̄. Alij dicūt ꝗ dicit̄ vniuoce. Et ꝓbant. qa bene ſequit̄. hec entia ſunt vnū numero. ergo ſunt vnū ſpecie. ſed hoc nō eſſet niſi vnū diceret̄ de his vniuoce. qa in equocis nō eſt cōuenientia. igit̄ nec obſtat ꝗ dicat̄ analogice. qa cū analogia bene ſtat vniuocatio. Eſt em̄ duplex analogia. ſcilicet vniuocationis ⁊ equiuocationis.

## ACcidēs eſt quod adeſt vel abeſt. ⁊ cetera.

Iſtud eſt q̄ntū capitulū ⁊ vltimū huius tractatus. In quo purphirius determinat de q̄nto p̄dicabili ſcilicet de accidēte. qđ p̄dicat̄ in quale accidentale p accidēs de ſuis ſimplicibus. Et diuidit̄ in duas partes. In prima ponit vnā diffinitionē accidentis cū diuiſione eiuſdē. Diffinitio autē

# cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

eſt hec. Accidens eſt qđ adeſt vel abeſt p̄ter ſubiecti corruptionē. ¶ Diui
ſio eſt hec. Accidentiū aliud eſt ſeparabile aliud inſeparabile. Exemplum
de ſeparabilibus vt dormire. Exemplū de inſeparabilibus vt nigrum re
ſpectu corui ⁊ ethyopis. Sed cōtra iſtā diuiſionē obijcit̄ q̄a repugnat p̄
dicte diuiſioni. nā ſcđm p̄dictā diuiſionē om̄e accidēs eſt ſeparabile. Ad
iſtud reſpōdet purphirius ꝙ licet nigredo nō poſſet ſeparari a coruo ⁊
ethyope ſeparatiōe reali. bene tamē poteſt ſeparari ſeparatiōe intelligibi
li. qđ patet. q̄a coruus poteſt ſubintelligi albus. ⁊ ethyops nitens cando
re ſcilicet albedine vel candore p̄ter ſubiecti corruptionē. Jn ſcđa particu
la ponit purphirius duas diffinitiōes quas ponit philoſophus p̄mo
topicoꝝ. Quaꝝ p̄ma eſt hec. Accidēs ē qđ cōtingit eidē ineſſe ⁊ nō ineſſe
Scđa eſt. Accidēs eſt qđ nec eſt genus neqꝫ ſpecies. nec differentia neqꝫ
ꝓpriū. ſemꝑ aūt eſt in ſubiecto exiſtens. ¶ Cōſequēter epilogat ꝯtinuan
da dicta dicendis dicēs. Om̄ibus igit̄ determinatis que p̄oſita ſunt. ſci
licet genere ſpecie. differentia ⁊ ꝓprio ⁊ accidēte. dicendū eſt que ſunt cō
munia eis. ⁊ que ꝓpria. id eſt que ſunt ꝓprietates ⁊ cōmunitates ipſorum
predicabilium.

## Circa hunc textū querit̄ vtrū pro

priū ⁊ accidēs ſint p̄dicabilia diſtincta ab inuicē ⁊ ſufficient̄ a purphirio
aſſignata. Et arguit̄ ꝙ nō. Primo cōtra p̄mā partē. q̄a ꝓpriū vel accidens
nō ſunt p̄dicabilia. Prima pars antecedētis ꝓbat̄ dupplicit̄. Primo. q̄a
om̄e p̄dicabile debet immediate p̄dicari. ſed ꝓpriū nō p̄dicat̄ immediate
de pluribus. ſed de vno. ſcilicet de ſpecie. igit̄. Scđo. q̄a om̄e p̄dicabile eſt
cōmune. ꝓpriū aūt nō eſt cōmune. Scđa pars antecedēt̄ ꝓbat̄ dupplicit̄
Primo. q̄a om̄e p̄dicabile eſt limitatū. accidēs aūt eſt tranſcēdēs. cū diui
datur in nouē p̄dicamēta accidētiū. Scđo. q̄a hoc albū ⁊ hoc nigrū ſunt
accidentia ⁊ tamē nō ſunt p̄dicabilia cū nō poſſunt p̄dicari de pluribus
igitur.

## Scđo arguit̄. Om̄e ꝓpriū eſt acci

dēs. ergo ꝓpriū et accidēs nō diſtinguunt̄ ab inuicē. Antecedēs ꝓbatur
quadruplicit̄. Primo. q̄a om̄e ꝓpriū eſt in ſecūda ſpecie qualitatis. Om̄s
aūt qualitas eſt accidēs. Scđo. q̄a ꝓpriū eſt ſubſtātia vel accidēs. ſed nō
eſt ſubſtantia cū habeat eſſe in ſubiecto. ergo eſt accidens. Tercio ſic. q̄a
in diffinitiōe ꝓprij ponit̄ accidēs. Dicit̄ em̄ ꝓpriū eſt qđ accidit. ⁊ cetera.
Quarto. q̄a ꝓprij ⁊ accidentis ſunt eadē ſubijcibilia. vt patet de albo cuꝫ

p̄dicat̄ de particularibus hoībus. particulares em̄ hoīes ſunt ſubijcibilia albi. ⁊ ſunt etiā ſubijcibilia riſibilis qđ eſt ꝓpriū. igit̄. Et p̄ iſtud poſſet etiā probari qđ nō diſtinguat̄ a differentia.

Tercio arguit̄. Diffinitio ꝓprij cōuenit alijs a diffinito ⁊ nō cōuenit om̄i cōtento ſub diffinito. igit̄ nō ē ſufficiens. Prima pars antecedentis patet. q̄a cōuenit colori ſeu colorato reſpectu corporis. Nā om̄e corpus eſt coloratū. ⁊ ſolū corpus eſt coloratū. ⁊ ſemꝑ quādo eſt. eſt intelligēdo de colorato cōmunit̄ accepto ꝑut cōtinet ſub ſe lucidū. Scđa pars antecedētis patet. q̄a paſſiōes cōuertibiles cū ente. ⁊ etiā paſſiones cōuertibiles cū generibꝰ ſunt ꝓpria. ⁊ tamen nō accidunt ſoli ſpeciei. ſed pluribus ſpeciebus. igitur.

Quarto arguit̄ cōtra p̄mā diffinitionē accidentis. q̄a nō cōuenit om̄i accidenti nec ſoli accidenti. igit̄ non eſt cōueniēs. Prima pars antecedētis ꝓbat̄. q̄a nō cōuenit cōbuſtioni ⁊ morti que ſunt accidentia nō poſſunt adeſſe ⁊ abeſſe p̄ter ſubiecti corruptionē. Et ſimilit̄ ꝓbaret̄ de vita. Scđa pars antecedētis ꝓbat̄. q̄a cōuenit forme ſubſtātiali. vt patet. q̄a forma ſubſtātialis poteſt adeſſe ⁊ abeſſe preter corruptionē ſui ſubiecti qđ eſt materia. ſimilit̄ cōuenit partibus integralibus minus p̄ncipalibus alicuius totius integralis.

Quinto arguit̄. Per nullā diffinitionē accidentis accidēs diffinit̄ in ratiōe p̄dicabilis. nec vniuerſaliter ꝓpriū p̄ ſuā diffinitionē igit̄ ſunt inſufficient̄ poſite. Antecedēs patet. quia in nulla earū ponit̄ aliqđ denotans pluralitatē. Et cōfirmat̄. q̄a ſecunda diffinitio accidentis dat̄ ꝑ cōtradictionē. ⁊ tercia ꝑ negationē. ergo accidens inſufficienter diffinitur per illas duas diffinitiones.

In oppoſituʒ arguit̄ auctoritate purphirij. Pro ſolutione huius queſtionis ⁊ declaratiōe textus p̄cedentis ponunt aliqui difficultates.

Prima difficultas. Utrū ꝓpriū ⁊ accidēs ſunt p̄dicabilia abinuicē diſtincta. ¶ Pro cuius ſolutiōe ſupponitur p̄mo q̄ diffinitio ꝓprij quarto modo ſumpti in qua dicit̄. propriuʒ eſt qđ accidit om̄i ſoli ⁊ ſemꝑ eſt eſſentialis ⁊ q̄ditatiua. ⁊ dat̄ de proprio

# cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

in ratione p̄dicabilis. Prima pars patet. qa daꝛ p genus ⁊ differētiā. Nā ſicut in diffinitionib⁹ alioꝝ vniuerſaliū ſubintelligiꝛ vniuerſale loco generis. ita vt illa diffinitiōe ꝓprij etiā ſubintelligiꝛ. ⁊ p illā particulaꝫ accidit denotaꝛ ꝙ ꝓprius modus p̄dicādi ꝓprij eſt q̄ eſt p̄dicari in quale accidētale. ⁊ p illas particulas om̄i ſoli ⁊ ſemp denotaꝛ modus p̄dicādi cōuertibiliter. hoc totū aūt p̄dicari in quale accidētale cōuertibiliꝛ eſt ꝓpria differentia cōtrahēs vniuerſale ad ꝓpriū. ⁊ diſtinguēs eſſentialiꝛ ab alijs vniuerſalibus. Ex quo ſequiꝛ ꝙ diffinitio ꝓprij quarto modo ſumpti ſic eſt itelligenda. Propriū eſt vniuerſale qd̄ accidit om̄i ſoli ⁊ ſemp. id eſt p̄dicatur in quale accidētale cōuertibiliꝛ. Sc̄do ſequiꝛ ꝙ illa diffinitio daꝛ de ꝓprio in ratiōe p̄dicabilis. Patet. qa in ea poniꝛ aliqd ꝑtinēs ad p̄dicabilitatē. ¶ Sc̄do ſupponiꝛ ꝙ ꝓpriū poteſt accipi dupplicicꝛ. Uno mō p̄ me intentionaliꝛ. ⁊ iſto mō ꝓpriū eſt qdd̄ā cōcretū cuius abſtractū eſt ꝓprietas. Et iſto modo ꝓpriū dr̄ cōuenire tam trāſcēdētib⁹ q̄ȝ indiuiduis q̄ȝ etiā generibus ſubalternis ⁊ generaliſſimis. Et iſto mō nō eſt hic ſermo de ꝓprio. qa in cōcreto p̄dicaꝛ de ꝓprijs concretiue deſignatis. Et in abſtracto p̄dicaꝛ de abſtractis. vt patet dicēdo. Riſibile eſt ꝓpriū. ⁊ riſibilitas eſt ꝓprietas. Alio modo accipiꝛ ſcd̄e intētionaliꝛ. Et tunc adhuc poteſt capi dupplicicꝛ. Uno modo ꝓ eo qd̄ p ſe ſignificat. ſcilicet ꝓ quadaꝫ intentiōe ſcd̄a cōcretiue deſignata. cuius abſtractū circūloquiꝛ p hoc totū intentio ꝓprij. ⁊ iſto modo hic accipiꝛ ꝓpriū ⁊ diffinitur a purphirio. Alio modo ꝓpriū pro eo accipiꝛ ſcilicet qd̄ denominat ꝓ eo qd̄ fluit a ꝓprijs p̄ncipijs ſpeciei. ⁊ iſto modo riſibile diciꝛ eſſe ꝓpriū. ⁊ ſimiliꝛ hynnibile. ¶ Tercio ſupponiꝛ ꝙ accidēs poteſt accipi dupplicicꝛ. Uno modo prime intentionaliꝛ. Et hoc modo accipit philoſoph⁹ q̄nto methaphiſice quādo diuidit ens in ſubſtātiā ⁊ accidēs. Et poſtea diuidit accidens in nouē p̄dicamēta accidētiū. Alio modo accipiꝛ ſcd̄e intentionaliꝛ. ⁊ hoc dupplicicꝛ. Uno modo accipiꝛ ꝓut idē eſt qd̄ p̄dicatū nō eſſentiale ⁊ ideꝫ eſt qd̄ eſſe in ſcd̄m qd̄ eſſe in diſtinguiꝛ ꝯtra eſſe de. Nā dici de eſt p̄dicari eſſentialiꝛ. ⁊ eſſe in eſt p̄dicari accidentaliꝛ. Alio modo accipiꝛ ꝓ intentione ſecūda fundata in q̄ditate accidētali p̄dicabili de plurib⁹ particularibus ſubſtātijs p accidēs. ⁊ iſto mō accipiꝛ hic accidēs. ¶ Quarto ſupponiꝛ ꝙ ad hoc ꝙ aliqd̄ accidēs p̄dicabile poſſit dici accidēs tres ꝯditiōes req̄rūꝛ. Prima ē ꝙ ſit accidēs cōe id ē cōiter inherēs. ⁊ p hoc excluduꝛ accidētia ꝓpria. Sc̄da eſt ꝙ ſit accidēs vniuerſale. ⁊ p hoc excluduꝛ indiuidua accidētiū. vt hoc albū. hoc nigrū. ⁊ ſic de alijs. Tercia eſt ꝙ deſigneꝛ in concreto ꝯcretiōe ad ſubiectū. ⁊ p hoc excluduꝛ accidētia deſignata abſtractiue. vt albedo. nigredo.

¶ Ex quo ſequiẗ q̄ licet albedo. nigredo ⁊ ſimilia ſint accidētia p̄dicamē
talia. tamē nō ſunt p̄dicabilia. Patet. q̄a nō poſſunt p̄dicari de pluribus
particularibus ſubſtātijs in quale accidentale p̄ accidēs. ¶ Quinto ſup
poniẗ q̄ diſtinctio p̄dicabiliū ſummiẗ ex diſtinctione modoꝝ p̄dicandi.
Ex quo patet quō diſtinguanẗ p̄dicabilia a p̄dicatis. Diſtinctio em̄ p̄di
catorū ſummiẗ penes modos inherendi vt patebit p̄mo topicoꝝ.

**His ſuppoſitis diciẗ p̄mo q̄ ꝓpriū**
⁊ accidens ſunt p̄dicabilia. ꝓpriū ſummēdo ſecūdo modo. ⁊ accidens vl
timo modo. Probaẗ. q̄a om̄e aptū natū dici de multis eſt p̄dicabile. ſed
ꝓpriū ⁊ accidens ſunt apta nata dici de multis. etiā vniuoce. igiẗ ſunt p̄di
cabilia. Minor patet. q̄a riſibile qđ eſt ꝓpriū diciẗ de particularibus hoī
bus. ⁊ albū qđ eſt accidēs diciẗ de particularibꝰ ſubſtātijs albis. ¶ Sed
cōtra illud obijciẗ dupplicẗ. Primo. q̄a ꝓpriū diciẗ de ſola ſpecie cuiꝰ eſt
ꝓpriū. ergo nō diciẗ de multis. Antecedēs ꝓbaẗ. q̄a diciẗ ſolū de eo cū q̄
cōuertitur. ſed illud eſt ſpecies. igiẗ. Secūdo ſic. Si accidens dicaẗ de mul
tis vel illa multa differunt numero tm̄. vel ſpecie. vel genere. Nō numero
tm̄. q̄a albū diciẗ de ſocrate ⁊ pariete. que differūt plus q̄ꝫ numero. nec ſpe
cie. nec genere. vt patet per idem. ¶ Ad p̄mū diciẗ q̄ ꝓpriū poteſt cōſide
rari dupplicẗ. Vno modo p̄ reſpectū ad ſpeciē p̄ciſe ⁊ abſolute cōſidera
tam. Et iſto modo ꝓpriū nō eſt p̄dicabile reſpectu ſpeciei. ſed predicatū.
Eſt em̄ regula alberti q̄ nihil eſt predicabile reſpectu illius cū quo cōuer
titur. Alio modo poteſt cōſiderari in ordine ad ſpeciē multiplicatā per in
diuidua. Et iſto modo ꝓpriū eſt predicabile reſpectu eius. q̄a ſpecies vt
ſic nō eſt q̄ vnū. ſed multa. ¶ Aliter poteſt dici q̄ licet ꝓpriū dicatur im
mediate de ſua ſpecie cuius ꝓpriū eſt. tamen mediate diciẗ de indiuiduis
illius ſpeciei. que ſunt multa. ⁊ ratione illoꝝ habet rationē predicabilis.
Nec ad hoc q̄ aliq̄d ſit p̄dicabile requiriẗ q̄ prediceẗ immediate de plu
ribus. ſed ſufficit q̄ mediate vel immediate. Ad ſecundū diciẗ q̄ accidēs
ſemp̄ p̄dicatur de multis differentibus numero. ⁊ hoc eſt ſibi eſſentiale.
Quādoq̄ꝫ uūt p̄dicaẗ de differentibus ſpecie aut genere. ⁊ hoc eſt ſibi ac
cidentale. Diciẗ ſecūdo q̄ ꝓpriū ⁊ accidens ſunt p̄dicabilia ab inuicem di
ſtincta. Probaẗ q̄a habent diuerſos modos p̄dicandi de diuerſis ſubij
cibilibus. Nā ꝓpriū p̄dicaẗ de ſuis ſubijcibilibus in quale accidentale. p̄
ſe accidens v̄o p̄dicaẗ de ſuis ſubijcibilibus in quale accidentale per ac
cidens. Et ſi q̄raẗ. quō differunt ſubijcibilia proprij a ſubijcibilibus ac
cidentis. Diciẗ tercio q̄ interdū ſubijciblia proprij ſunt ſubijcibilia acci

dentis. ſed differunt. qa ſunt ſubijcibilia proprij inquãtũ habẽt particu-lares ꝓprietates. ⁊ ſunt ſubijcibilia accidẽtis inquãtũ habẽt particularia accidentia. vt ſocrates ⁊ plato inquãtũ habẽt particulares riſibilitates, ſunt ſubijcibilia riſibilis. Et inquãtũ habent particulares albedines ſunt ſubijcibilia albi. Et ſimilr̃ inquãtũ habẽt particulares hũanitates ſunt ſubijcibilia hoĩs. Et ꝓut habẽt particulares rationalitates ſunt ſubijci-bilia rationalis. ¶ Ex qbus elicit̃ ꝙ idem materialr̃ poteſt eſſe ſubijcibi-le diuerſoꝝ p̄dicabiliũ. Dicit̃ ſcđo ꝙ aliqua ſunt ſubijcibilia proprij. que nec ſunt aut poſſunt eſſe ſubijcibilia accidentis. Patet. qa particulares al-bedines ſunt ſubijcibilia hui⁹ ꝓprij diſgregatiuum viſus. ⁊ tamẽ nõ ſunt ſubicibicibilia alicuius accidentis. qa eis nõ poteſt ineſſe aliqđ accidens Niſi forte dicat̃ ꝙ ſunt ſubijcibilia ſimilis aut alicuius alteri⁹ relatiui. Sꝫ iſtud nõ poteſt ſtare. qa vna albedo nõ dicit̃ ſimilis alteri albedini. ſꝫ ſub-iecta habẽtia albedines dicunt̃ ſimilia. ¶ Ex p̄dictis patet quõ ꝓpriũ re-perit̃ tam in ſubſtãtijs qꝫ in accidẽtib⁹. ⁊ habet ſubijcibilia tam in ſubſtã-tijs qꝫ in accidẽtib⁹. ſed accidẽs habet ſolũ ſubijcibilia in ſubſtantijs.

## Scđa difficultas qualiter ſint in-

telligende diffinitiões accidentis. Pro intellectu p̄me ſupponit̃ ꝙ adeſſe ⁊ abeſſe poſſunt accipi dupplicit̃. Vno modo p̄me intentionalr̃ vt adeſ-ſe idem eſt ꝙ alteri realr̃ inherere. Alio modo accipiunt̃ ſcđe intentiona-liter. ⁊ tunc adeſſe idem eſt qđ p̄dicari accidentaliter ⁊ affirmatiue de aliq ⁊ abeſſe idem eſt qđ p̄dicari accidẽtalr̃ ⁊ negatiue. Et hoc modo poſſũt accipi dupplr̃. Vno modo vt dicũt actũ. Alio modo vt dicũt aptitudi-nẽ. ¶ Hoc ſuppoſito dicit̃ ꝙ p̄ma diffinitio accidẽtis dupplicit̃ poteſt exponi. Accidẽs eſt natura cõmunis que nata eſt ineſſe. ideſt realr̃ inhe-rere ſubiecto. Et abeſſe. id eſt nõ inherere eidẽ ſubiecto p̄ter ipſius ſubiecti corruptionẽ. Sed qa hec diffinitio ſic expoſita videt̃ cõuenire accidẽtib⁹ in abſtracto deſignatis que nõ faciũt p̄dicabile accidentis. Ideo alr̃ ſic exponit̃. Accidẽs eſt vniuerſale qđ poteſt adeſſe. id eſt affirmatiue p̄dicari ⁊ abeſſe. ideſt negatiue p̄dicari de ſubiecto p̄ter ſubiecti corruptionẽ. id eſt p̄ter hoc qđ ſubiectũ deſinat ſupponere ꝓ aliquo. Hec aũt particula p̄ter ſubiecti corruptionẽ debet det̃minare illud v̓bũ abeſſe. ⁊ nõ illđ v̓bũ adeſſe. Et ꝑ hoc ſoluit̃ argumẽtũ qđ fit de morte ⁊ cõbuſtione. licet enim mors ⁊ ꝯbuſtio nõ poſſint adeſſe p̄ter ſubiecti corruptionẽ. tamẽ poſſũt abeſſe. ¶ Scđo ſupponit̃ ꝙ ineſſe ⁊ nõ ineſſe poſſunt etiã accipi dupplr̃ ſicut adeſſe ⁊ abeſſe. Ex quo patet ꝙ ſcđa di[ff]initio poteſt exponi dupplr̃

cõformit̄ p̄me. Differũt aũt ſecũda ⁊ p̄ma. qa p̄ma dat̄ de accidẽte in habitudine ad ſubiectũ. que dicit̄ inherẽtia. Sed ſecũda dat̄ de accidente per cõparationẽ ad cauſam illius habitudinis a qua cauſa habet ꝙ poſſit eidem ineſſe ⁊ nõ ineſſe. Et eo aũt ꝙ cõtingent̄ cauſat̄ in ſubiecto. ⁊ nõ fluit a ꝓprijs p̄ncipijs eſſentialibus eius poteſt ſibi ineſſe. ¶ Tercio ſupponitur ꝙ tercia diffinitio accidẽtis dat̄ de accidẽte in ordine ad alia p̄dicabilia. ⁊ debet ſic intelligi. Accidẽs eſt vniuerſale qd̄ neq̨ ē gen⁹ neq̨ ſpecies nec differẽtia nec ꝓpriũ reſpectu ſubijcibiliũ quoꝝ eſt accidẽs. ip̄m autẽ naturalit̄ exiſtẽs. id eſt ſubſiſtẽs ſemꝑ eſt in ſubiecto. Vel ſic. ſemꝑ eſt in ſubiecto. id eſt aptũ natũ eſt eſſe. Dictũ eſt aũt notant̄ reſpectu ſubijcibilium quoꝝ eſt accidẽs. qa reſpectu ſuaꝝ partiũ ſubiectiuaꝝ poteſt eſſe ſpecies aut genus. aut differẽtia aut ꝓpriũ. vt albũ reſpectu huius albi ⁊ illi⁹ eſt ſpecies. ⁊ reſpectu ſocratis ⁊ platonis eſt accidẽs. Vnde nõ eſt inconueniens in eodem fundamento in ordine ad diuerſos terminos fundari diuerſas intentiones predicabilium.

## Tercia difficultas. Vtrũ ꝓprium

ſit res diſtincta a ſuo ſubiecto. ¶ Pro cui⁹ ſolutiõe ſupponit̄ p̄mo ꝙ duplex eſt ꝓpriũ. qd̄dã extrĩſecũ qd̄ inſeparabilit̄ ineſt ſuo ſubiecto. ꝫ nõ ꝑ ſe. Et hoc modo ſcd̄m multos philoſophos qualitates elemẽtoꝝ ſunt eis ꝓpria. Aliud eſt ꝓpriũ intrinſecũ qd̄ inſeꝑabilit̄ ⁊ ꝑ ſe ineſt ſuo ſubiecto. ⁊ de iſto eſt hic ſermo. ¶ Scd̄o ſupponit̄ ꝙ ꝓpriũ intrinſecũ adhuc eſt duplex. qd̄dã eſt ſpecinocũ qd̄ inſequit̄ ꝓpria p̄ncipia ſpeciei. ⁊ cõuertit̄ cum ip̄a ſpecie. ⁊ de iſto ſolũ loquit̄ purphiri⁹ in textu p̄dicati. ⁊ in cõmunitatibus cũ dicit ꝓpriũ p̄dicari de vna ſola ſpecie cuius eſt ꝓpriũ. ⁊ de ſpecieꝝ indiuiduis. Aliud eſt ꝓpriũ nõ ſpeciuocũ. ⁊ iſtud eſt triplex. qd̄dã eſt tranſcendens qd̄ cõuertit̄ cũ ente. ſicut ſunt vnũ. bonũ. aliqd̄ ⁊ verũ. Aliud eſt limitatũ qd̄ cõuertit̄ cũ genere generaliſſimo. ſicut ſuſceptibile cõtrarioꝝ reſpectu ſubſtãtie. Aliud eſt cõuertibile cũ genere ſubalt̄no. Et iſtd̄ ē multiplex. ſcd̄m ꝙ ſunt multa genera ſubalt̄na. ⁊ de oibus iſtis non loquitur purphirius qa in ip̄is nõ fundat̄ intẽtio ꝓprij ſpecialit̄ capti. nec faciũt p̄dicabile proprij de quo intendit purphirius.

His ſuppoſitis dicit̄ p̄mo ꝙ ꝓpriũ extrinſecũ eſt res realit̄ diſtincta a ſuo ſubiecto ⁊ p̄dicamentaliter. Prima pars patet. qa poteſt ꝑ aliquã potẽtiã realit̄ ſeparari a ſuo ſubiecto. ergo realit̄ diſtinguit̄ ab eo. Cõſequẽtia eſt nota. Antecedẽs patet. qa ꝑ potentiã dei abſolutã poteſt ſubſtãtia ſeparari ab om̄i accidente ſibi inherente

Scōa pars patet.qa ſubiectū eius eſt in p̄dicamēto ſubſtātie.⁊ ip̄m eſt i
p̄dicamēto qualitatis aut quātitatis.ſicut quātitas que eſt ꝓpria coꝛpi.
Dicit̄ ſecūdo ꝙ om̄e ꝓpriū intrinſecū eſt eadē res realit̄ cū ſuo ſubiecto.
Probat̄ quadꝛuplicit̄ Primo.qa aliqͦd ꝓpriū eſt idē realit̄ cū ſuo ſubiecto
ergo om̄e ꝓpriū eſt idē realit̄ ſuo ſubiecto.tenet cōſequētia. qa eadē cauſa
videt̄ eſſe in vno ſicut in alio.Antecedēs patet.qa vnū qͦd eſt ꝓpriū entis
vt vult philoſophus quarto metaphiſice eſt idē realit̄ enti.Dicit em̄ phi
loſophus ibidē ꝙ vnū ⁊ ens eādē naturā ſignificāt.Et ibi cōmētatoꝛ cō-
mento tercio cōtra auicennā ꝓbat vnū nō dicere aliquā rem p̄t͛ ens.Se
cūdo ſic.Quecūqꝫ eadē generatiōe generāt̄.⁊ eadē coꝛruptiōe coꝛrūpunt̄
ſunt vna res.ſed ſubiectū ⁊ ꝓpria paſſio ſunt huiuſmodi.igit̄ Hāc ratio
nē ponit philoſoph⁹ quarto methaphſice.vbi ꝓbat ens ⁊ vnū ſignifica
re vnā ⁊ eandērem. Tercio.id qͦd ſcit̄ neceſſario ineſſe alicui ſubiecto.ita
ꝙ oppoſitū eius ineſſe eidē ſubiecto includit cōtradictionē eſt idem rea-
liter illi ſubiecto.ſed qͦlibet ꝓpriū ſcit̄ neceſſario ineſſe ſuo ſubiecto ſic ꝙ
implicat oppoſitū eius ineſſe eidē.ergo qͦlibet ꝓpriū eſt idē realiter ſuo
ſubiecto.Minoꝛ ꝓbat̄.qa ſi aliqͦd ꝓpriū ſciret̄ ineſſe nō neceſſario ſuo ſub
iecto ſequeret̄ ꝙ cōcluſio demōſtratiōis poſſet eſſe falſa. Cōſequēs eſt in
cōueniēs.igit̄ cōſequētia.Patet.qa ꝓpoſitio qua ſcit̄ ꝓpriū ineſſe ſuo ſub
iecto eſt cōcluſio demōſtratiōis.ſi ergo ſciat̄ ineſſe nō neceſſario poterit
nō ineſſe.⁊ ſi poteſt nō ineſſe ponat̄ ꝙ non inſit tūc ꝓpoſitio enuncians
ip̄m ineſſe erit falſa.Quarto ſic.Quicqͦd ineſt alicui circūſcripto om̄i alio
qͦd nō eſt ip̄m eſt idē realiter illi.ſed ꝓpriū intrinſecū ineſt ſuo ſubiecto cir
cūſcripto om̄i eo qͦd nō eſt ip̄m ſubiectū.ergo eſt idem realit̄ ſibi.Minoꝛ
patet.qa circūſcripto ab hoīe om̄i eo qͦd nō eſt homo adhuc homo eſt ri
ſibilis.ergo riſibile eſt idē realit̄ hoī.Dicit̄ tercio ꝙ ꝓpriū intrinſecū eſt in
eodē p̄dicamēto in quo eſt ſuū ſubiectū. Ex quo ſequit̄ ꝙ ꝓprie paſſiōes
nō ſunt in ſecūda ſpecie qualitatis reponibiles.niſi foꝛte paſſiōes ſcōarū
ſpecierū qualitates.Oēs aūt alie cōueniētes reb⁹ alioꝝ p̄dicamētoꝝ ſunt
in eiſdē p̄dicamētis cū ſuis ſubiectis reductiue.ſed nō ꝑ ſe ⁊ directe. Se-
cūdo ſequit̄ ꝙ diuiſio accidētis que ſolet cōmunit̄ fieri in accidēs cōmu-
ne ⁊ ꝓpriū eſt diuiſio vocis in ſuas ſignificatōes.patet.qa nō dicit̄ vniuo
ce diuiſum de diuidētib⁹.¶Cōtra ſcōm dictū arguit̄ quadꝛuplicit̄. Pri-
mo ſic.Om̄e qͦd ſcit̄ ineſſe alicui ꝑ aliqͦd medium realit̄ diſtinguit̄ ab eo de
quo ſcitur.ſed pꝛopꝛium ſcitur ineſſe ſuo ſubiecto per medium] ſcilicet ꝑ
diffinitionem ſubiecti.igitur.Maioꝛ patet.quia alias idem ſciretur de ſe
ipſo.

Scđo ſic. Om̄is cauſa realit̄ diſtinguit̄ a ſuo effectu. ſed ſubiectū eſt cauſa ſuarū paſſionū. igit̄. Maior patet ꝑ philoſophū ſcđo de aīa dicentē ꝙ nihil cauſat ſeipm̄. Et auguſtinū p̄mo de trinitate dicentē. Nihil gignit ſeipſum. Minor patet. q̄a diffinitio ſubiecti eſt mediū ad demōſtrandum paſſiōes. ſed mediū ⁊ cauſa idem ſunt ſcđo poſterioꝝ. igit̄. Tercio ſic. qđ eſt in aliq̄ inſtanti in q̄ nō eſt aliud eſt diſtinctū realit̄ ab illo alio. Sed ſubiectū eſt in aliquo priori inſtanti nature in quo nō eſt ſuū ꝓpriū. ergo ſūt abinuicē res diſticte. Quarto ſic. q̄cq̄d a nobis poteſt intelligi a deo poteſt ꝓduci. ſed ſubiectū ſine paſſione a nobis poteſt intelligi. ergo ſubiectū ſine paſſiōe a deo poteſt produci ⁊ ꝑ cōſequēs diſtinguūt̄ realit̄. Maior patet. q̄a dei potētia ꝓductiua excedit noſtrā potentiā intellectiuam. Ad p̄mū dicit̄ negando maiorē. Et ad ꝓbationē dicit̄ ꝙ nō eſt incōueniens idem realit̄ diſtinctū tamē formalit̄ ſciri de ipſo. Ad ſcđm dicūt aliqui argumētū cōcludere. ⁊ ſic cōcedūt ꝙ oīs ſciētia eſt de obiecto habēte paſſiōes realiter diſtinctas ab eo. Et iſtud tenēt aliq̄ ſcotiſantes ſicut laudolphus. Aliter tamē dicit̄ ꝙ duplex eſt cauſa. Quedā eſt cauſa in notificādo ⁊ cognoſcēdo. ⁊ hoc modo diffinitio ſubiecti aut ipm̄ ſubiectū eſt cauſa ſuarū paſſionū. ⁊ ſic cepit philoſophus cauſam p̄mo poſterioꝝ. vbi dicit demonſtrationem ex cauſis concluſionis. Et ſcđo poſteriorum vbi dicit mediū ⁊ cauſam eſſe eadē. Alia eſt cauſa in ꝓducendo que realit̄ ꝓducit ſuū effectū. ⁊ iſto mō ſubiectū nō eſt cauſa ſuaꝝ paſſionū. Ad terciū dicit̄ negando minorē. Licet em̄ ſubiectū ſit prius natura ſua paſſione. tamen ex hoc nō ſequit̄ ſubiectū eſſe in aliquo inſtanti. in quo nō eſt ꝓpria paſſio. Nā prioritas nature nō eſt prioritas eſſendi. ſed eſt prioritas intellectōis. Ad quartā dicit̄ ꝙ maior forte eſt falſa. q̄a intellectus noſter poteſt intelligere in potētia qua deus nō poteſt ꝓducere. Et ad ꝓbationem dicit̄ ꝙ dei potētia ꝓductiua nec excedit potētiā noſtrā intellectiuā. nec exceditur ab ea. q̄a nō ſunt comparabiles.

## Quarta difficultas. Utrū diuiſio

accidētis in accidens ſeparabile ⁊ accidēs inſeparabile poſſit ſtare cū duabus p̄mis diffinitionibus accidentis. Et videt̄ ꝙ nō. q̄a ex illis diffinitionibus habet̄ ꝙ om̄e accidēs poteſt abeſſe aut nō ineſſe ſuo ſubiecto. ergo nullū eſt accidēs inſeparabile. ¶ pro ſolutione huius ſupponit̄ p̄mo ꝙ hec diuiſio nō eſt diuiſio generꝭ in ſpecies. ſed ē diuiſio totiꝰ in mō i ſuas partes. patet. q̄a idem in ſpecie continet̄ ſub vtroq; membro diuiſionis. patet de calore q̄ reſpectu aque dicit̄ accidens ſeparabile. ⁊ reſpectu ignis eſt accidens inſeparabile. ¶ Secūdo ſupponit̄ ꝙ dupliciter aliqđ

cū reſolutōe text⁹ ad itētionē ſcoti

accidens poteſt dici inſeparabile a ſubiecto. Uno modo ſcd͠m intellectū quia ſubiectū eius nō poteſt intelligi intellectiōe ſimplici ſine eo. nec intellectione cōpoſita ſub oppoſito eius. nec intellectione diuiſa poteſt negari de ſuo ſubiecto ſine implicatione contradictionis. ⁊ iſto modo nullus eſt accidens inſeparabile. Probatur. quia ſubiectū cuiuſlibet accidentis poteſt intelligi ſine eo ⁊ ſub oppoſito eius. ⁊ etiam de eo poteſt negari accidens. igit̄. Et licet ꝓpoſitio negans accidēs de ſubiecto quādoq̧ ſit falſa. tamē nō eſt impoſſibilis. tum q̄a ſubiecto nō exiſtente ip̄a eſt vera. vt patet de iſta coruus nō eſt niger. tum q̄a extremoꝝ nō eſt neceſſaria vnio ergo eoꝝ eſt poſſibilis diuiſio. Et om̄ia iſta innuit purphirius in textu cū dicit̄ ꝙ coruus poteſt intelligi albus. ⁊ ethyops nitens candore. Alio modo accidens dicit̄ inſeparabile realiter. ⁊ hoc dupplicit̄. Uno modo quia nō poteſt per quācūq̧ potentiaꝝ a ſuo ſubiecto ſeparari. ⁊ iſto modo poteſt dici ꝙ reſpectu potentie dei nullum eſt accidens inſeparabile. Alio modo. q̄a nō poteſt per potentiā naturalem a ſuo ſubiecto ſeparari Et hoc adhuc dupplicit̄er. Uno modo ſimpliciter ſicut caliditas reſpectu ignis. Alio modo cum difficultate. ſicut nigredo reſpectu corui. aut reſpectu ethyopis. Unde narrat albertus ꝙ ſi mutarent̄ ꝑncipia cōplexionalia corui. vtputa eius caliditas. que eſt mater nigredinis mutaret̄ eius nigredo. Unde ſi oua corui vngerent̄ aliquo ſagimine frigido. cuiuſmodi eſt ſagimen catti aut auſeris ⁊ ponerent̄ ſub gallina i loco frigido. ſic naſcerent̄ corui albi. ſimilit̄ ſi ethyopes ab vberibus educarent̄ in regiōib⁹ frigidis. cuiuſmodi ſunt ſeptentrionales poſſent effici albi. Sed iſtud exēplū nō videt̄ multū ad ꝓpoſitū. q̄a ibi nō eſt ſeparatio accidentis qd̓ ineſt. ſed eſt impedimentū accidentis qd̓ ineſſet ne inſit. Unde ille q̄ vngit oua corui nō ſeparat a coruo nigredinē. ſed impedit ne coruo inſit nigredo. Iſtud tamē ſufficit ad oſtendendū qd̓ illud accidens non ineſt ſic ſuo ſubiecto ſicut ꝓpria paſſio ſuo ſubiecto. q̄a nulla potentia poſſit impedire quādo ꝓpria paſſio inſit ſuo ſubiecto. Eſſet igitur dubiū de coruo exiſtente nigro vtrum ab eo poſſit ſeparari nigredo. ſic ꝙ penne eius q̄ ſunt nigre fierent albe. hoc aūt naturaliter eſt impoſſibile.

His ſuppoſitis dicit̄ primo ꝙ diuiſio accidentis bene ſtat cū duabus primis diffinitionibus eiuſdē. patet q̄a licet aliqd̓ accidens dicat̄ inſeparabile realiter. q̄a per potentiā naturalem nō poteſt ſeparari. tamen om̄e accidēs eſt ſeparabile ꝑ intellectū. ⁊ ꝑ cōſequēs om̄e accidens abeſt aut cōtingit nō ineſſe ſuo ſubiecto. Ex quo

patet differētia int̃ ꝓpriũ ⁊ accidēs. quãuis em̃ ſubiectũ ꝓprij poſſit intel-
ligi ſine eo. nõ tamē poteſt intelligi ſub oppoſito eiꝰ. nec de eo poteſt ne-
gari ꝓpriũ ſine repugnãtia cõceptuũ aut implicatiõe cõtradictiõis. Dici-
tur ſcḋo ꝙ in p̄ma diffinitiõe ly abeſt dicit aptitudinē ꝓpoſitiõis negati-
ue nõ implicantis cõtradictionē. ita vt ſit ſenſus. Accidens eſt vniuerſale
qḋ adeſt. id eſt aptũ natũ eſt p̄dicari affirmatiue. ⁊ abeſt. id eſt aptũ natũ
eſt p̄dicari negatiue ſine cõtradictiõis implicatiõe p̄ter ſubiecti corrupti-
onē. Et ſiľr debet exponi illa particula nõ ineſſe q̄ ponit̃ i ſcḋa diffinitione

## Quita difficultas Utrũ ineſſe ſeu

inherētia accidēti ſit de eſſentia ipiꝰ. ¶ Pro cuiꝰ ſolutiõe ſupponit̃ p̄mo ꝙ
accidēs poteſt accipi dupplicit̃. Vno modo ꝓ eo qḋ ꝑ ſe ſignificat. ſcili-
cet ꝓ intētiõe fundata in re que nata eſt ineſſe alij tranſmutat̃ ſcḋm q̄ntũ
modũ eſſendi in. Alio modo accipit̃ pro eo qḋ denomiat ſcilicet ꝓ illa re
habēte eſſe in alio. ¶ Scḋo ſupponit̃ ꝙ dupplex eſt ineſſe accidētis. qḋdã
eſt ineſſe actuale quo actualit̃ vnit̃ ſuo ſubiecto. Aliud eſt ineſſe aptitudi-
nale quo accidēs aptitudinalit̃ vnit̃ ſuo ſubiecto. ¶ Tercio ſupponit̃ ꝙ
aliud eſt eſſe de eſſentia alicuius ⁊ eſſe idē eſſentialit̃ alicui. Patet. q̄a ſoluȝ
illud eſt de eſſentia qḋ p̄dicat̃ de eo in p̄mo modo dicēdi ꝑ ſe. ſed illud eſt
idem alicui eſſentialit̃ qḋ p̄dicat̃ ſcḋo modo dicēdi ꝑ ſe. Ex quo ſequitur
ꝙ hec cõſequētia nõ valet. paſſio eſt eſſentialit̃ ſuo ſubiecto eadē. ergo eſt
de eſſentia ſubiecti. q̄a fit fallatia cõſequētis. hec ecõtra bene valet.

## His ſuppoſitis dicit̃ primo ꝙ eſſe

ſeu inherētia eſt de eſſentia accidētis p̄mo modo ſumpti. Et hoc expone-
do ſicut exponebat̃ in diffinitiõibꝰ. q̄a ponit̃ in diffinitiõe q̄litatiua eius
Dicit̃ ſcḋo ꝙ nec ineſſe actidētale nec apcitudinale eſt de eſſentia acciden-
tis ſcḋo modo ſumpti. licet ineſſe aptitudinale ſit eſſencialit̃ idem ipi. Pri-
ma pars patet. q̄a nullus reſpectus eſt de eſſentia ſui fundati. ſed vtrũq̧
ineſſe ſiue actuale ſiue aptitudinale eſt reſpectus in accidēte ſcḋo mõ ſum-
pto fundatus. igit̃ ⁊c̃. ¶ Scḋa pars patet. q̄a oīs paſſio eſt eadē eſſectiali-
ter ſuo ſubiecto. ſed ineſſe aptitudinale eſt paſſio accidentis. igit̃ ⁊ cetera.
Dicit̃ tercio ꝙ ineſſe actuale nõ eſt idē realit̃ accidēti abſoluto. licet ſit idē
accidēti reſpectiuo. Prima pars patet. q̄a accidēs abſolutũ poteſt eſſe ⁊
nõ inherere actualit̃. ergo eſt realit̃ diſtinctum a ſuo accidēte. Antecedēs
patet in ſacramēto altaris. Scḋa pars patet. q̄a impoſſibile eſt accidens
reſpectiuũ eſſe ⁊ nõ ineſſe actualit̃. ergo ineſſe actuale eſt idē realit̃ acciden-
ti reſpectiuo. tenet cõſequētia. q̄a illud eſt idē realit̃ alicui ſine quo aliud eſ

cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti ſe implicat cōtradictionē. Antecedēs patet qa ineſſe actuale eſt qdā reſpectus. reſpectus aūt eſt realis habitudo īnt duo extrema. ſed remoto tmino ad quē ipius reſpectus remouet reſpectus. ergo etiā remoto ſubiecto aut fundamēto deſtruitur ratio reſpectus.

Cōcluſio reſpōſalis Propriū ⁊ accidēs ſunt pdicabilia ab inuicē diſtincta. ⁊ a purphirio ſufficiēter diffinita. Hec cōcluſio relinquit pbata ex predictis.

Ad ratōes ante oppoſitū. Ad primā. Negat antecedēs pro vtraqʒ parte. Ad pmā pbationē patet ſolutio ex dictis. Ad ſcdam pbationē dicit q pprium eſt pprium reſpectu ſpeciei cū qua cōuertit. ⁊ eſt cōmune reſpectu ſuoꝝ ſubiicibiliū. Ad pbatiōes ſecunde partis patuit quid ſit dicendum.

Ad ſcdam Negat antecedēs. Ad pmā pbationē dr negādo maiorē. Ad ſcdam pbationē dr q formalit nō eſt ſubſtātia nec accidēs. tamē realit aliqd eſt ſubſtātia ⁊ aliqd eſt accidēs. Ad terciā pbationē dr q in diffinitiōe pprij ſummit accidere cōmuniter put idē ē qd nō pdicari i qd qditatiue. Ad qrtā pbationē dr negando cōſequētiā. qa pdicabilia nō diſtinguūt penes diuerſa ſubiicibilia. ſʒ penes diuerſos modos pdicandi de eiſdē aut diuerſis ſubiicibilibus.

Ad terciā negatur antecedēs pro vtraqʒ ſui parte. Et ad pmā pbationē dicit q hoc non ſufficit. ſʒ cū hoc oporteret q cōueniret ſibi quādo nō eſt ad hoc qd eſſet pprium. Ad ſcdam pbationē dr pmo q ſicut ens nō facit aliqd pdicabile. ſic nec ei⁹ paſſiōes faciūt aliqd pdicabile. qa oē pdicabile eſt natura limitata. ideo negat q ſint ppria put hic accipit pprium. Dicit ſcdo q licet paſſiones cōuertibiles cū generib⁹ ſint ppria tn̄ purphiri⁹ nō diffinit niſi pprium qd cōuertit cum ſpecie. ¶ Ad qrtā dicit negādo antecedēs. Ad pmā pbationē patet ſolutio ex ſcda difficultate. Ad ſcdam pbationē dr negādo antecedēs cum ſua pbatiōe. formalit eīm nō adeſt ſummēdo adeſſe ſcdē intētionalit. Vel alit dr q in diffinitiōe accidēt ſubiectū debet accipi p ente cōpleto ⁊ pfecto ex materia ⁊ forma. materia aūt nō ē ens cōpletū ⁊ pfectū. ideo non dr eſſe ſubiectū forme. Et ad illd qd ſubiūgit de partib⁹ integralib⁹ reſpōdet phus in pdicamēt q ptes integrales nō ſunt i ſuo toto ſicut in ſubiecto

Ad qntā dicit negādo antecedēs

# Queſtiões in p̄dicabilia purphirij

intelligendo ea ſicut dictũ eſt. Ad cõfirmationẽ dr̄ negãdo antecedens ꝓ p̄ma parte. licet em̄ ineſſe ⁊ nõ ineſſe cõtradicãt. nõ tamẽ cõtingit ineſſe. et cõtingit nõ ineſſe. ſed ſubcõtrarianꝛ. Ad aliã partem dicitꝛ ꝙ illa diffinitio datꝛ ꝑ negationẽ. que negatio licet ſcd̄m ſe nõ declaret aliq̄d. tamẽ in ordi-ne ad affirmationem aliquid declarat.

## COmmune eſt oĩ-bus predicari. ⁊ cettra.

Iſte eſt ſecũdus tractatus huius libri. in quo purphiri⁹ determinat de cõ-uenientijs ⁊ differẽtijs p̄dicabiliũ. ⁊ continet duodecim breuia capitula. In p̄ma ponit vnã breuẽ cõcluſionẽ tãgẽtẽ cõueniẽtiã oĩm p̄dicabilium. que eſt hec. Cõmune eſt oĩbus p̄dicabilib⁹ p̄dicari de pluribus. id eſt de multis. Probat inductiue ⁊ exẽplaritꝛ. q̄a genus p̄dicatꝛ de ſpecieb⁹ ⁊ de in-diuiduis. ⁊ ſimilitꝛ differẽtia. ſpecies v̄o de indiuiduis. ⁊ ꝓprium de ſpecie cuius eſt ꝓpriũ. ⁊ de indiuiduis illius ſpeciei. ⁊ accidẽs de ſpecieb⁹ ⁊ indi-uiduis. Exẽplũ p̄mi. vt animal p̄dicatꝛ de equis ⁊ bobus ⁊ canibus. que ſunt eius ſpecies. ⁊ de hoc̄ equo. ⁊ de hoc boue que ſunt indiuidua. Exẽ-plũ ſecũdi. vt irrationale p̄dicatꝛ de equis ⁊ bobus ⁊ eoꝝ indiuiduis. Exẽ-plũ tercij. vt homo ſolũ p̄dicatꝛ de particularibus hoĩbus. Exẽplũ quarti vt riſibile p̄dicatꝛ de hoĩe ⁊ particularib⁹ hoĩb⁹. Exẽplũ q̄nti. vt nigrũ p̄-dicatur de ſpecie coruoꝝ ⁊ de particularibus coruis. Et ſimiliter moueri de hoĩe ⁊ de equo ⁊ eoꝝ particularibus. ſed differentꝛ. q̄a accidens ſepara-bile primo ⁊ principalitꝛ p̄dicatꝛ de indiuiduis. ⁊ ex cõſequẽti de ſpecieb⁹.

## COmmune quidẽ eſt generi. ⁊ cetera.

Iſtd ẽ ſcd̄m capl̄m hui⁹ tractat⁹ in quo purphiri⁹ ponit cõmunitates ⁊ ꝓ-prietates generꝛ ⁊ differẽtie. Et diuiditꝛ in duas ꝑtes. In p̄ma ponit tres cõitates. quaꝝ p̄ma eſt hec. Tã gen⁹ ꝙ̄ differentia ꝯtinet multas ſpecies tñ differẽtia nõ ꝯtinet tot q̄t ꝯtinet gen⁹. ꝓbat. q̄a rationale nõ ꝯtinet irra-tionale. licet ꝯtineat hoĩem ⁊ deũ. Scd̄a ꝯmunitas ẽ Quecũq̄ p̄dicãtꝛ de genere vt gen⁹ ẽ p̄dicãtꝛ de oĩb⁹ ſub eo ꝯtẽtꝛ ſic etiã q̄cũq̄ p̄dicantꝛ de diffe-rentia vt differẽtia ẽ p̄dicãtꝛ de oĩb⁹ ꝯtẽtꝛ ſub ea. nã ſubſtãtia ⁊ aĩatũ nõ p̄-dicãtꝛ ſolũ de aĩali ꝫ etiã de oĩb⁹ ſpecieb⁹ aĩalis ⁊ de idiuiduis. ⁊ ſitr rationale

cū reſolutiōe text' ad itētionē ſcoti

Tercia cōmunitas. ſicut deſtructo genere deſtruunt̄ om̄ia eius inferiora ſic deſtructa differentia deſtruunt̄ om̄ia cōtēta ſub ea. Patet. q̄a ſicut bene ſequit̄. Nullū animal eſt. ergo nullus homo eſt. vel. nullus equus eſt Sic etiā bene ſequit̄. Nullū rationale eſt. ergo nullū aial qd̄ vtat̄ ratione eſt. ¶ In ſecūda parte ponit ſex ꝓprietates generis ⁊ differētie p̄ quas differunt ab inuicē. Prima eſt. Genus p̄dicat̄ de pluribus q̄ȝ ſua differētia diuiſiua. Patet. q̄a animal p̄dicat̄ de homīe. aue. ſerpente. ſed quadrupes qd̄ eſt differentia eius ſolū p̄dicat̄ de habentibus quattuor pedes. Secūda. Genus cōtinet poteſtatiue ſuas differentias diuiſiuas. ſed differentie nō cōtinent ip̄m. Tercia. Genera ſunt priora ſuis differētijs diuiſiuis. ꝓbat. q̄a deſtructo genere deſtruunt̄ ſue differētie. ſed nō econtra. Sublato em̄ animali aufert̄ rationale ⁊ irrationale. ſed differentie non auferunt genus. q̄a ſi om̄es differentie animalis deficerent. adhuc poteſt intelligi ſubſtātia animata ſenſibilis que eſt animal. Quarta. Genus p̄dicatur in quid. ⁊ differentia p̄dicat̄ in quale. Quinta. Speciei eſt vnū genus tm̄. vt hois animal. ſed eiuſdem ſpeciei poſſunt eſſe plures differentie. vt hois ſunt iſte differentie. rationale. mortale ⁊ diſcipline pceptibile. Sexta. Genus habet modū materie. differentia v̄o habet modū forme. Ex quo ſequit̄ q̄ nō ſunt vera materia ⁊ vera forma. Et ſubdiuidit purphirius q̄ p̄ter iſtas ꝓprietates ⁊ cōmunitates generis ⁊ differētie poſſunt adhuc alique aſſignari. ſed iſte ſufficiant.

# Genus autē et ſpecies commune quidem.

Iſtud eſt terciū capitulū in quo purphirius ponit tres cōmunitates et ſex ꝓprietates generis ⁊ ſpeciei. Prima cōmunitas ē. Gen⁹ ⁊ ſpecies p̄dicantur de pluribus in qd. Sc̄da eſt. Genus ⁊ ſpecies p̄cedūt natura ea de quibus p̄dicantur in qd. Tercia. Genus ⁊ ſpecies ſunt quedā tota reſpectu eoꝝ de quibus predicant̄. ¶ Prima ꝓprietas ſiue differentia eſt. Gen⁹ cōtinet ſpecies. ſed ſpecies nō cōtinet genus. primā partē ꝓbat dupliciter. q̄a genus eſt in plus q̄ ſpecies. ergo cōtinet ſpeciē. Sc̄do q̄a genera preiacere oportet ⁊ deinde diuidi ſpecificis differentijs ⁊ pficere ſpecies ergo cōtinet ſpecies. qd̄ debet intelligi de cōtinentia potentiali ⁊ nō de cōtinentia actuali. ¶ Sc̄da ꝓprietas. genus eſt prius natura ſpecie q̄a interempto genere interimit̄ ſpecies. ⁊ nō ecōuerſo. ¶ Tercia. poſita ſpecie po

nitur genus ⁊ nō ecōuerſo. Quarta. Genera p̄dicant̄ vniuoce de ſpecie. ſꝫ nō ecōuerſo. Quinta. Genus abundat a ſpecie in cōtinentia ſpecierū. ſpecies v̄o abūdat a genere ꝓprijs differētijs. id ē p cōtinētiā actualē ꝓprie differentie ꝯſtitutiue ipi⁹ ſpeciei. Sexta. Gen⁹ poteſt eſſe generaliſſimū ⁊ nunq̄ꝫ ſpecialiſſimū. ⁊ ſpecies poteſt eſſe ſpecialiſſimū ⁊ nunq̄ꝫ generaliſſimū

## Generis aūt ⁊ proprij comune. ⁊ cetera.

Iſtud eſt quartū capitulū huius tractatus in quo purphiri⁹ deт̄minat de cōmunitatibus ⁊ ꝓprietatibus generis ⁊ ꝓprij. Et p̄mo ponit tres cōmunitates. Quaꝝ p̄ma eſt iſta. Genus ⁊ ꝓpriū ſemp cōſequūt̄ ad ſpecieꝫ Probat. q̄a ſi homo eſt. animal eſt. ⁊ ſi homo eſt. riſibile eſt. Scd̄a. Gen⁹ ⁊ ꝓpriū equalit̄ p̄dicant̄ de ſuis ſubijcibilibus. Probat. q̄a homo ⁊ bos ſunt equaliter animal. Et catho ⁊ cicero ſunt equaliter riſibiles. Tercia. Genus ⁊ ꝓpriū vniuoce p̄dicant̄ de ſuis ſubijcibilibus Et nota ꝙ purphirius hic accipit p̄dicari vniuoce ꝓut idē eſt qđ p̄dicari. vno nomie ⁊ vna ratiōe. ſiue illa ratio ſit eſſentialis ⁊ q̄ditatiua ſubijcibilibus. ſiu e non q̄a ſi caperet p̄dicari vniuoce pro p̄dicari quiditatiue dictū ſuū de ꝓprio nō eſſet verū. Scd̄o ponit quaſdā ꝓprietates ſeu differētias. Prima. Genus eſt prius ꝓpoſitiōe. ꝓbat. q̄a oportet prius eſſe animal. deinde diuidi differētijs ⁊ ꝓprijs. Scd̄a. Genus p̄dicat̄ de pluribus ſpeciebus. ſed ꝓpriū p̄dicat̄ ſolū de vna ſpecie cuius eſt ꝓpriū. Et ex iſto paſſu ſatis patet ꝙ de intentiōe purphirij fuit qđ nō eſſet aliqđ ꝓpriū generis. Tercia. Propriū p̄dicat̄ cōuertibilit̄ de eo cui⁹ eſt ꝓpriū ſed genus de nullo p̄dicatur cōuertibilit̄. Probat p̄mo ſcd̄am partē. q̄a ſi homo eſt animal. non tamē ſequit̄ cōuerſio. ſi animal eſt. homo eſt. Scd̄o ꝓbat p̄mā partē. q̄a ſi homo eſt. riſibile eſt. ⁊ ſi riſibile eſt. homo eſt. ¶ Quarta ꝓprietas. Propriū ineſt omi ſpeciei cuius eſt ꝓpriū. ⁊ ſoli ⁊ ſemp. ſed gen⁹ nō ineſt omi ſpeciei cuius eſt genus ⁊ ſemp. ſed ſolū ſoli. Quinta. Int̄empta ſpecie nō interimit̄ genus. ſed ip̄a interempta intermit̄ ꝓpriū. ⁊ econtra.

## Generis v̄o ⁊ accidentis. ⁊ cetera.

Iſtud eſt q̄ntū capitulū in quo purphirius ponit vnā q̄litatē generis

# cũ reſolutiõe text⁹ ad itẽtionẽ ſcoti

⁊ accidentis. ⁊ quattuor differentias. Cõmunitas eſt hec. Tam gen⁹ ꝙ̃ ſpecies accidẽs ꝑdicant̃ de plurib⁹ ſicut dictũ eſt in ꝑncipio tractatus. ⁊ hoc etiã ſiue illud accidẽs ſit ſeparabile vt moueri. ſiue inſeparabile. vt nigrũ. qḋ ꝑdicat̃ de coruis ⁊ ethyopibus ⁊ aliqb⁹ inanimatis. ꝑrima differentia. Genus eſt prius accidente. ⁊ accidens eſt poſterius. patet. quia genus eſt ante ſpeciẽ. ſed accidẽtia ſunt poſteriora ſpecieb⁹. Nã ſi ſummatur accidẽs inſeparabile poſterius eſt illo cui accidit. ſcilicet ſpecies ꝙ̃ ſit ipm̃ accidẽs. igit̃ genus eſt prius accidente. ¶ Scd̃a genera participantur equalit̃ ea q̃ participãt. accidẽtia v̊o nõ eqnalit̃. probat. qa intẽtionẽ ⁊ remiſſionẽ ſuſcipit accidẽtiũ participatio. generũ v̊o minime. Et nota ꝙ hec differentia ſic debet intelligi. Genera nõ ꝑdicant̃ de ſuis ſubijcibilibus cũ his aduerbijs magis ⁊ minus. accidẽtia v̊o ꝑdicant̃ de ſuis ſubijcibilibus cũ his aduerbijs magis ⁊ minus. Unde cũ dicit. genera participãt. ſummit̃ ibi actiuũ ꝓ paſſiõe. Tercia. Accidẽtia ꝑdicamẽtalit̃ ſubſiſtũt ⁊ habẽt eſſe in indiuiduis. ideo ſunt ipis poſteriora. Sed genera ⁊ ſpecies ſunt naturalit̃ priora indiuiduis ſubſtãtie. Quarta differẽtia. Genera ꝑdicant̃ in eo qḋ qd de eis que ſunt ſub ipis. Accidẽtia v̊o ꝑdicãtur in eo qḋ quale vel quõ ſe habet vnũqḋq꜠. Scd̃m ꝓbat. qa aliqs interrogatus qualis eſt ethyops. reſpõdet qḋ eſt niger. et quõ ſe habeat. reſpõdet ꝙ ſedet vel ambulat.

# Ontigit aũt vnũquodq꜠ aliorum. ⁊ cetera.

Situd eſt ſextũ capitulũ in quo purphirius enumerat differentias oĩm ꝑdicabiliũ. Et ꝑmo remouet quedã errorẽ vel obiectiones que poſſet fieri circa ꝑdicta. qa cũ ipe fecerit cõparatiões generis ad alia quatuor ꝑdicabilia. videt̃ etiã ꝙ qḋlibet aliorꝫ debeat habere quattuor cõparatiões. Et ſic cũ ſint q̃nq꜠ ꝑdicabilia erũt viginti cõparatiões. Ad hoc reſpõdet purphirius ꝙ gen⁹ habet quattuor ꝯpatiões ⁊ differẽtia tres. ſpecies duas. ꝓpriũ vnã. ⁊ ſic ſunt tm̃ decẽ. Declarat iſtḋ. qa gen⁹ differt a differẽtia. ꝓprio ⁊ accidẽte ideo habet q̃ttuor differẽtias. Sed differentia habet tres differẽtias a poſteriori. ſcilicet ꝓpriũ ſpeciẽ ⁊ accidens. Eã v̊o quã habet ad gen⁹ pri⁹ enumerat qñ ꝯpat̃ gen⁹ ad ipaꝫ. Species aũt habet duas. ſcilicet ꝓpriũ ⁊ accidẽs. ⁊ due ſunt enumerate qñ ꝯpabat̃ ad gen⁹ ⁊ ad differẽtiã. Propriũ aũt habet tm̃ vnã ſcilicet ad accidẽs. Alie tres ſunt enumerate quando comparabantur alia predicabilia ad ipſum.

¶ Ex quibus cõcludit numerũ differentiarũ p̄dicabiliũ dicens ꝙ ſumptꝭ quattuor differentijs generis ad alia. differentie tribus. ſpeciei duabus ⁊ vnã ꝓprij ⁊ accidentis erũt tm̄ decẽ differẽtie p̄dicabiliũ. quaꝝ quattuor que ſunt generis ad alia p̄licabilia ſuperius demõſtrauim⁹. ideo reliquorum oportet alias demonſtrare.

# Commune igitur differentie ⁊ ſpeciei ⁊cetera

Iſtud eſt ſeptimũ capitulũ. in quo purphirius ponit cõmunitates ⁊ differentias differentie ⁊ ſpecici. Et p̄mo ponit duas cõmunitates. Quarũ prima eſt hec. Cõmune eſt differentie ⁊ ſpeciei equalit̄ participari a ſuis ſubijcibilibus. Probat. q̄a particulares hoĩes equalit̄ participãt hoĩem ⁊ rationale. ¶ Scđa. Cõmune eſt differẽtie ⁊ ſpeciei ſemp̱ adeſſe his que participãt hoꝝ. ꝓbat. ſocrates ſemper ẽ rationalis ⁊ homo. ¶ Scđo ponit quattuor differentias. Prima. Species p̄dicat̄ in eo ꝙ qđ. Differentia v̊o p̄dicat̄ in eo qđ quale. Deinde mouet obiectionem dicens ꝙ ſi homo accipiat̄ vel vt qualitas eo ꝙ eſt cõmunis. nõ tamẽ eſt ſimplicit̄ qualitas. nec etiã rationale eſt qualitas. ſed pro tanto dicit̄ rationale ſiue differentia qualitas. q̄a adueniens generi cõtrahit genus cõſtituẽdo ſpeciẽ ¶ Scđa. Differentia p̄dicat̄ de pluribus ſpeciebus. vt quadrupes. ſed ſpecies ſolũ p̄dicat̄ de pluribus indiuiduis. Tercia. Differẽtia eſt prior ſua ſpecie. Probat. q̄a ablato rationali auferẗ homo. ſed ablato hoĩe non aufertur rationale. cũ adhuc ſit deus. ¶ Quarta. Vna differentia ꝯiungitur cũ alia ad conſtituendũ ſpeciẽ. ſicut rationale ⁊ mortale cõiungunt̄ ad cõponendũ hoĩem. ſed vna ſpecies cõponit̄. id eſt cõiungitur alteri ſpecie. vt generet aliquã ſpeciẽ. ⁊ licet quedã equa p̱miſceat̄ cuidã aſino ad generationem cuiuſdã muli. eque v̊o ſimiliter. id eſt ſcđm ſpeciem coniuncto aſino in cõmuni nunq̃ꝫ perficiet mulum.

# Differẽtia v̊o ⁊ proprium commune quidem.

Iſtud eſt octauũ capitulũ huius tractatus. in quo purphirius ponit cõmunitates ⁊ differentias differentie ⁊ ꝓprij. Et p̄mo ponit duas cõmuni

tates. Quarũ pᷓma eſt hec. Cõmune eſt ꝓprio ⁊ differẽtie equalit̃ participari a ſuis ſubijcibilibus. Probat. qa particulares hoĩes equalit̃ ſunt rationales ⁊ equalit̃ ſunt riſibiles. Scd̃a cõmunitas Differẽtia ⁊ ꝓprium ſemp cõueniũt ſuis ſubijcibilibus ⁊ oĩbus. probat. de differẽtia. Primo qa licet curtet̃ bipes. id eſt abſcindat̃ alicuivnus pes ita ꝙ ſit nõ bipes actu aliter. tamẽ ſemp eſt aptus natus eſſe bipes. ⁊ ſic bipes qḋ eſt differentia hoĩs ſemp adeſt hoĩ. Probat ſcḋo de ꝓprio. qa riſibile. qḋ eſt aptitudo ad ridendũ ſemp ineſt hoĩ licet actus ridendi nõ ſemp inſit Scḋo ponit duas differẽtias. Prima eſt. Differẽtia ſemp pᷓdicat̃ de pluribus ſpeciebꝰ vt rationale pᷓdicat̃ de hoĩe ⁊ de deo. ſed ꝓpriũ pᷓdicat̃ de vna ſola ſpecie ſcilicet de illa cuius eſt ꝓpriũ. Scd̃a differẽtia. Differẽtia ſequit̃ ſpecies ꝗꝝ eſt differẽtia. ⁊ nõ ecõtra. Propriũ vͦo ſequit̃ ad ſpeciẽ cuius eſt ꝓprium ⁊ econtra. qḋ patet qa bene ſequit̃ homo eſt. ergo riſibile eſt. ⁊ riſibile eſt. ergo homo eſt.

# Differentie autẽ ⁊ accidẽti cõmune. ⁊ cetera.

Iſtud eſt nonũ capitulũ in quo purphirius ponit cõmunitates ⁊ ꝓprietates differentie ⁊ accidentis. Et pᷓmo ponit vnã cõmunitatẽ que eſt. Cõmune eſt differẽtie ⁊ accidẽti inſeparabili adeſſe ſemp ⁊ oĩbus. ꝓbat. qa bipes ſemp ineſt coruis. ⁊ ſimilit̃ nigredo qḋ eſt accidẽs inſeparabile ſemp adeſt oĩbus coruis. ⁊ hoc ſummẽdo bipes aptitudinalit̃. ¶ Secundo ponit ꝓprietates. Quaꝝ prima eſt. Differẽtia cõtinet ſpeciẽ ⁊ non cõtinet̃ ab ea. vt rationabilitas cõtinet hoĩem: ſed licet accidẽtia quoddã modo cõtineãt. eo ꝙ in pluribus ſunt. tamẽ pᷓncipalius continent̃. eo ꝙ ſubiectũ nõ eſt ſolũ ſuſceptibile vnius accidentis. ſ; d plurimoꝝ. Secunda differẽtia eſt. Differentia nõ eſt intenſibilis ⁊ remiſſibilis. id eſt nõ ſuſcipit magis ⁊ minus. Tercia differentia eſt. Differentie contrarie de genere ſubſtantie nõ pᷓmiſcent̃ in aliquo tercio. ſed accidẽtia cõtraria bene pᷓmiſcent̃. ſicut caliditas ⁊ frigiditas in tepido. ¶ Cõſequenter recapitulat dicens ꝙ iſte ſunt cõuenientie ⁊ ꝓprietates differentie ab alijs pᷓdicabilibꝰ ⁊ etiã ſpeciei ad genus vel differentiã inquantũ dictũ de differentia generis ⁊ differentie ad ſpeciem. ideo nõ reſtat niſi dicere de differentia ſpeciei ad proprium ⁊ accidens.

# Speciei autem et propꝛij. ⁊ cetera.

Illud eſt decimū capitulū in quo purphirius ponit cōmunitates ⁊ proprietates ſpeciei ⁊ ꝓpꝛij. Et p̄mo ponit duas ꝓpꝛietates. Quaꝝ p̄ma eſt hec. Cōmune eſt ꝓpꝛio ⁊ ſpeciei de ſe inuicē ꝯuertibilit̄ p̄dicari. Probat. q̄a ſi homo eſt. riſibile eſt. ⁊ ſi riſibile eſt homo eſt. Scḋa cōmunitas eſt. Species ⁊ ꝓpꝛiū equalit̄ participant̄ a ſuis ſubiicibilibus. ¶ Prima proprietas eſt. Species poteſt eſſe genus aliaꝝ ſpecierū. ſed ꝓpꝛiū vnius ſpeciei nō poteſt eſſe ꝓpꝛiū aliaꝝ ſpecieꝝ. Scḋa ꝓpꝛictas. Species eſt pꝛioꝛ ꝓpꝛio. Probat. q̄a opoꝛtet eſſe hominē vt ſit riſibile. Tercia. Species ſemper adeſt actu ſuis ſubiicibilibns. propꝛtū v̄o non ſemp̄ adeſt actu ſuis ſubiicibilibus. ſed poteſtate tm̄. Probat. q̄a ſocrates ſemp̄ eſt actu homo. ſed nō ſemper ridet. licet ſit naturalit̄ ſemp̄ riſibilis. Quarto. Proprietates diffinitiōis ſpeciei ⁊ ꝓpꝛij differūt. ergo ꝓpꝛiū ⁊ ſpecies differūt. tenet cōſequētia. q̄a quoꝝ termini id eſt diffinitiōes ſunt differētes. ip̄a ſūt differētia. Antecedēs ꝓbat. q̄a diffinitio ſpeciei eſt eſſe ſub genere. ⁊ de pluribus numero differentibus in q̄d p̄dicari. Sed diffinitio ꝓpꝛij eſt vni ſoli ⁊ ſemper adeſſe.

# Speciei v̄o ⁊ accidentis. ⁊ cetera.

Iſtud eſt vndecimū capitulū in quo purphirius ponit cōmunitates et ꝓpꝛietates ſpeciei ⁊ accidētis. Et p̄mo ponit vnā cōmunitatē que eſt hec. Cōmune eſt ſpeciei ⁊ accidēti p̄dicari de pluribus. Et ſubdit q̄ rare. id ē pauce ſunt alie cōmunitates eo q̄ accidēs. ⁊ illud cui accidit ſcilicet ſpecies plurimū diſtāt. id eſt differūt. Scḋo ponit quatuoꝛ ꝓpꝛietates. quaꝝ p̄ma eſt hec. Species p̄dicat̄ de ſuis inferioꝛibus in q̄d. Accidēs v̄o p̄dicatur in quale vel quodā alio modo. ſcilicet in quātū aut in quottū de ſuis ſubiectis. Scḋa ꝓpꝛietas. Vni⁹ indiuidui eſt tm̄ vnica ſpecies. ſed eius poſſunt eſſe plura accidētia tā ſep̄abilia q̄ inſep̄abilia. Tercia ꝓpꝛietas. Species ē pꝛioꝛ accidēte. Probat. q̄a opoꝛtet ſubiectū eſſe vt illi a̓liq̄d accidat. ſꝫ accidētia ſunt poſterioꝛa ⁊ aduenticiis nature. Quarta ꝓpꝛietas. Species participat ⁊ equalit̄. id eſt ſine ſuſceptōe magis ⁊ min⁹ a ſuis in

## cũ reſolutiõe text' ad itẽtionẽ ſcoti

diuiduis. ſʒ accidẽs tã ſep abile q̃ʒ inſepabile ſuſcipit magis ⁊ min'. Probat. qa ethyops habet colorẽ ſcilicet nigredinẽ inteſiorẽ ⁊ remiſſiorẽ alio ethyope. Et ſubiũgit q̄ reſtat igiť dicere de ꝓprio ⁊ accidẽte. qa dictuʒ eſt quõ ꝓpriũ differt a ſpecie. differentia a genere.

## Commune autem ꝓprij ⁊ accidẽtis. ⁊ cetera

Illud eſt vltimũ caplm. in quo purphiri' ponit cõitates ⁊ ꝓprietates ꝓprij ⁊ accidẽtis. Et pmo ponit duas cõitates. Quaꝝ pma eſt hec. Cõmune eſt ꝓprio ⁊ accidẽti inſepabili. qa ſubiecta eoꝝ nõ ſubſiſtãt. id eſt nõ exiſtunt ſine eis. qa ſicut homo non ſubſiſtit ſine rationale. ita ethyops nõ ſubſiſtit ſine nigredine. Scda. Cõmune eſt ꝓprio ⁊ accidenti inſeparabili adeſſe ſemp in ſubiecto ⁊ vnico omĩ ꝓtẽto ſub ſubiecto. Scdo ponit tres ꝓprietates. Quaꝝ pma eſt. Propriũ ineſt ſoli ſpeciei. ſed accidens inſeparabile ineſt pluribus. patet qa nigrũ ineſt ethyopi. coruo. carboni ⁊ hebeno. id eſt illi lapidi. Scda. Propriũ ꝯuerſim p̄dicať. accidẽs aũt nõ. Tercia. Propriũ equaliť p̄dicať. ſed accidẽtia ſuſcipiũt magis ⁊ minus. ¶ Cõſequenť ſe excuſat de ampliori enumeratione cõitatũ ⁊ ꝓprietatũ iſtorum qnq̃ʒ p̄dicabiliũ dicens q̄ quãuis poſſent reperiri alie cõmunitates ⁊ ꝓprietates iſtoꝝ qnq̃ʒ p̄dicabiliũ. tamẽ hec que dicata ſunt ſufficiũt ad cognitionem ⁊ etiam diſtinctionem ipſorum.

## Circa hunc textũ queriť. Utrum

cõuenientie ⁊ differentie qnq̃ʒ predicabiliũ ſint a purphirio in textu ſufficienter aſſignate.

## Et arguitur primo q̄ nõ. ⁊ hoc cõ

tra p̄mã partẽ differentiã generis ⁊ differentie. qa genus nõ p̄dicať de pluribus q̃ʒ differentia. ergo in hoc genus ⁊ differentia nõ differunt. Antecedens patet. qa ſenſibile quod eſt differentia p̄dicať de tot de quot predicatur animal quod eſt genus.

## Scdo arguiť cõtra p̄mã differẽtiã

generis ⁊ ſpeciei. qa genus eſt prius ſpecie de qua p̄dicať. ergo nõ ſequiť ad ſpeciẽ. ⁊ ꝯſequẽs gen' ⁊ ꝓpriũ nõ ꝯueniũt in hoc q̄ eſt ſeq ad ſpeciẽ

Arguit̄ tercio cõtra cõmunē cõuenientiã oĩm p̄dicabiliũ. qa genus differt ab alijs p̄dicabilib⁹ p hoc qḋ ē predicari de plurib⁹. ergo hoc nõ eſt cõmune omĩbus p̄dicabilibus. Et cõfirmat̄. qa aliqua ſunt p̄dicabilia que nõ ſolũ p̄dicant̄ de pluribus. vt ſol. luna ⁊ mundus. ergo p̄dicabilia cõueniũt in hoc quod eſt p̄dicari de pluribus.

Arguit̄ quarto. Propriũ nõ p̄dicatur vniuoce de ſuis ſubijcibilibus. ergo genus ⁊ ꝓprium nõ cõueniũt in hoc qḋ eſt p̄dicari vniuoce. Antecedens probat̄. Primo. qa ꝓpriũ p̄dicatur denominatiue. ergo nõ p̄dicat̄ vniuoce. tenet ꝯſequẽtia p locũ ab oppoſitis. Scḋo. qa p̄dicari vniuoce eſt p̄dicari vno noīe ⁊ vna ratiõe. ſ ꝓpriũ nõ p̄dicat̄ vna ratione. cũ nõ habeat rationez. qa ratio eſt diffinitio cõpoſita ex genere ⁊ differentia. ꝓpriũ aũt nõ habet genus ⁊ differentiaz igit̄. Tercio qa p̄dicari vniuoce ⁊ p̄dicari q̇ditatiue. ſed ꝓpriũ nõ p̄dicat̄ vniuoce. igitur.

Quito ſic. Predicta p̄dicabilia coincidũt in eodē. ğ male ponunt̄ differẽtie eorũ Antecedēs patet p̄mo. qa coloratũ eſt genus albi ⁊ qualitatis. ſpecies ⁊ accidens parietis. Secũdo qa rationale eſt differẽtia hoīs. ⁊ ſpecies huius rationalis ⁊ illius. Tercio mobile eſt genus augmẽtabilis ⁊ diminuibilis alterabilis ⁊ loci mutabilis ⁊ ꝓpriũ corporis naturalis. Quarto. qa omĩa p̄dicabilia ſunt ſpecies vniuerſalis. igitur.

In oppoſituz arguit̄ auctoritate purphirij ponẽtis illas cõueniẽtias ⁊ differentias. ¶ Pro ſolutione queſtionis ⁊ declaratione textus precedentis mouent̄ alique difficultates.

Prima difficultas. Utrũ q̄nq3 intentiones vniuerſaliũ poſſint in idem incidere. ¶ Pro cuius ſolutiõe ſupponit̄ p̄mo ꝙ intentiones vniuerſaliũ in idem coincidere poteſt dupliciter intelligi. Uno modo poteſt intelligi ꝙ coincidunt in idem denomiatiue ⁊ actualit̄. Et hoc dupplicit̄. Uno mpdo quãdo coincidũt in idē reſpectu eiuſdē. Alio modo quãdo coincidunt in idē reſpectu diuerſorum. ¶ Scḋo ſupponit̄ ꝙ plures ſecũde intentiões coincidere in idem adhuc

duplicit̄ poteſt intelligi. Uno modo ꝙ coincidēt in aliqui p̄dicato quidi
tatiue dicto de eis. cuiuſmodi eſt hoc p̄dicatum ſc̄da intentio vel vniuer
ſale reſpectu iſtoꝝ qnq̄ p̄dicabiliū. Alio modo ꝙ coincident in aliq̄ p̄di-
cato dicto denominatiue de eis ꝓ quanto habēt rationem obiecti ſuper
qđ natū eſt fundari illud p̄dicatum.

His ſuppoſitis dicit̄ p̄mo ꝙ nec q̄n
q̄ intētiōes vniuerſaliū nec aliq̄ eaꝝ coincidūt in idē q̇ditatiue ⁊ eſſentia-
liter. Patet. q̄a nō p̄dicant̄ q̇ditatiue de ſeinuicē. Dicit̄ ſc̄do ꝙ plures ſc̄de
intentiōes vniuerſaliū poſſunt coincidere in idem reſpectu diuerſoꝝ. ſed
nō reſpectu eiuſdē denomīatiue ⁊ accidētalit̄. Prima pars patet ꝙ iſte itē
tiones genus. ſpecies ⁊ accidēs coincidūt in colorato ſc̄dm qđ cōparat̄
ad albū ⁊ nigrū ad quale ⁊ ad parietē. Alia ſc̄dm p̄mā operationē dr̄ gen⁹
⁊ ſc̄dm ſc̄dam dr̄ ſpecies. ⁊ ſc̄dm terciā dr̄ accidēs. Dicit̄ tercio ꝙ oēs intē
tiōes vniuerſaliū conueniūt q̇ditatiue ⁊ eſſentialit̄ in hoc p̄dicato vniuerſa
le. vel in illo p̄dicato ſc̄da intētio. Dicit̄ q̄rto ꝙ oēs intētiōes vniuerſaliū
cōueniūt denomīatiue ⁊ accidētalit̄ in illo p̄dicato ſpecies. patet. q̄a q̄li-
bet intentio vniuerſaliū poteſt accipi ꝑ modū obiecti p̄dicabilis de pluri
bus differētib⁹ numero. ergo q̄libet intētio vniuerſaliū poteſt eſſe funda-
mentū huius intētionis ſpecies. Ex quo ſequit̄ ꝙ in hac ꝓpoſitione ſpe
cies eſt ſpecies poteſt eſſe p̄dicatio denomīatiua. ergo in illa genus eſt ge
nus eſt p̄dicatio denomīatiua. patet. q̄a in iſta gen⁹ eſt gen⁹ eſt p̄dicatio
denomīatiua. ergo in illa. ſpecies eſt ſpecies. tenet cōſequētia. q̄a ſicut per
p̄mā denotat̄ gen⁹ eſſe aliqđ dicibile de plurib⁹ differētib⁹ numero. ita etiā
per ſc̄dam denotat̄ ſpeciē eſſe aliqđ dicibile de plurib⁹ differētib⁹ numero
tio multiplicat trinitatē. Diciẛ ergo ꝙ ibi manēt duo predicamēta. id eſt
duo modi p̄dicamētales. ſcilicet reſpectiuus ⁊ abſolutus q dicunẛ ad ſe
⁊ ad aliud ab auguſtino qnto de trinitate Et illud patet per bohecīū ibi
dē ditentē. cū dicimus deū ſubſtātiā. ſed reuideamus ſcd̄m eā que ſit ſu-
pra ſubſtantiā ſic ſignificamus. Ad ſcd̄am auctoritatē diciẛ ꝙ auguſtinꝰ
loquiẛ ſcd̄m ſimilitudinē ⁊ trāſumptiue. Aliẛ poteſt dici ꝙ ꝓprie ponit
ꝓductionē cōtra illos q negabāt ꝓductionē realē in diuinis. ſed nō dicit
ꝙ illa ſit in genere vel genus. vnde in plus ſe habet ꝓductio vel actio in
generali qꝫ p̄dicamentū actiōis. Ad terciā auctoritatē diciẛ vno modo ꝙ
deus nō eſt menſura intrinſeca ſubſtātie ſed eſt menſura extrinſeca. Et li-
cet ſit menſura omniū generū. tamē immediacius diciẛ menſura ſubſtan-
tiarū qꝫ accidentiū. Aliter reſpōdet ſcotus negādo cōmentatorē dicens
ꝙ nō inſequiẛ ariſtotelē. qa ariſtoteles ibi nitiẛ oſtēdere cōtra platonē ꝙ
ydea vnius nō eſt menſura oīm. Ad p̄mā rationē diciẛ vno modo negan-
do maiorē. qa ad rationē cōtrābibilis plus requiriẛ qꝫ cōtractus cōmu-
nis vnicus cōtrahibilis ꝑ differentias. Nā reqriẛ ꝙ ille cōtractus habe-
at modū finitū ⁊ cōponibilitatē cū alio tercio. ſcilicet in ſpecie. modo ens
nō dicit cōceptū finitū. ſed dicit cōceptū preſcindentē a finito. Diciẛ vltra
per que diuidiẛ immediate ens. nō ſunt differentie ſpeciuoce. ſed ſunt mo-
di intrinſice. Ad ſcd̄am cōſimiliẛ diciẛ negādo maiorē. qa illud nō ſufficit
ad rationē generis. ſed cū hoe requiriẛ ꝙ illud ſit formaliẛ finitū. Vel aliẛ
diciẛ ꝙ ſi id ſit ratio generis. tamē oportet adhuc intelligere ex parte diffi-
niti ꝙ ſit qditas cōtrahibilis ꝑ differētias formales. ⁊ ſic id nō conuenit
enti reſpectu dei ⁊ creature. Ad ſcd̄am diciẛ ꝙ nihil eſt ꝯtentū directe ſub
generaliſſimo alicuius predicamenti quādo id ſit cōpoſitū ex pluribꝰ ex
natura rei diſtinctis. Et ſic ſimplicitas tollit aliqua eſſe in genere tñ deus
nō negaẛ eſſe in genere propter ſui ſimplicitatē. ſed ꝓpter ſui infinitatem
Poſſet tamē dici ꝙ qa nō eſt cōpoſitus ex genere ⁊ differentia. ſed eſt ſim-
plex ſimplicitate oppoſita illi cōpoſitione ideo nō poniẛ in genere. Ad q̄r-
tū diciẛ ꝙ de deo ⁊ de creatura poteſt formari vnus cōceptus cōmunis
vniuocus. ſed ille nō erit genericus. tū qa nō eſt finitus. tum qa nō eſt po-
tentionalis neqꝫ componibilis cū differentia cōtrahente. tum qa nō eſt
diuiſibilis ꝑ differētias formales. Et ad illud qd̄ diciẛ ꝙ ad rationē gene

m

ris ſufficit cōmunitas rationis. Dicit̄ ꝙ hoc eſt falſum vt alibi patebit. Ex dictis patet qualiter deus non eſt in aliquo p̄dicamēto. Ad hoc autē ꝙ aliq̄d ſit in p̄dicamento q̄nq; cōditiōes ſunt req̄ſite que poſite ſunt in ſumulis.

# Tercia difficultas Utrū aliq̄s homo ſit p̄ma ſubſtātia.

Pro cuius ſolutione ſupponit̄ p̄mo ꝙ ſubſtantia accipit̄ dupliciť. Uno modo ſcd̄e intētionaliter. ⁊ tūc ſubſtantia idē eſt ꝙ q̄ditas vel eſſentia. Et iſto modo accipit philoſophus q̄nto methaphi ſice ⁊ cōmētator quādo dicūt ꝙ ſubſtātia dicit̄ de illo qđ reſpōdet̄ ad interrogationē factā per quid in vnaquaq; rerū. ⁊ hec eſt ſubſtātia cuiuſlibet rei. ⁊ ſic ſubſtātia ſignificat ſcd̄am intentionē fundatā in q̄ditate rei. cuiuſ modi eſt humanitas vel albedinitas reſpectu ſuoꝝ īdiuiduoꝝ. Alio modo accipit̄ ſubſtātia p̄mo intētionaliť. Et hoc dupliciť. Uno modo accipitur formaliter pro actu ſubſiſtandi q̄ aliqua res dicit̄ formaliť ſubſtare alicui. vel ſicut ſ̄biectū accedēti. vel ſicut ſuppoſitū nature. Et iſto modo accipit philoſophus ſubſtātiā in textu quādo dicit ꝙ p̄ma ſubſtātia eſt magis ſubſtātia q̄ȝ ſecūda. ſenſus eni̅ eſt. p̄ma ſubſtātia eſt magis ſ̄bſtantia ꝙ ſecūda. id eſt pluribꝰ ſubſtat p̄ma q̄ȝ ſcd̄a. Alio mō accipit̄ fundamentaliť pro re cui cōuenit actus ſubſiſtādi. cuiuſmodi ſunt res de p̄dicamēto ſubſtātie. Et hoc modo accipit philoſophus ſubſtantiā cum dicit in p̄ma ꝓprietate cōmun e eſt om̄i ſubſtantie ⁊c̄. ¶ Scd̄o ſupponit̄ ꝙ ſubſtātia iſto vltimo modo capta diuidit̄ in p̄mā ſubſtātiā ⁊ ſcd̄am. de qua diuiſione eſt cōtrouerſia. Nam q̄dā dicūt ꝙ eſt ſubiecti in accidētia. Patet. q̄a ſenſus diuiſionis eſt. Subſtātiarū aliq̄ p̄mo ſubſtat accidentibus. aliq̄ ſecūdo ſubſtat. Sed p̄mo ſubſtare ⁊ ſecūdo ſubſtare accidūt ſubſtantie. igiť. Alij dicūt ꝙ eſt diuiſio annalogi in annalogata. eo ꝙ ſubſtantia dicit̄ prius de p̄ma ſubſtātia q̄ȝ ſecūda. Alij dicūt ꝙ eſt diuiſio vniꝰ ſecunde intentionis in alias ſecūdas intētiōes. q̄a ſcd̄m eos iſte terminus ſubſtātia ſignificat intētionē ſecūdā fundatā in entitate q̄ditatiua directe reponibili in p̄dicamēto ſubſtātie. Sed p̄ter iſtos modos dicit̄ ꝙ eſt diuiſio fundamenti in relatiōes ratiōis. Patet. q̄a ſubſtātia nō poteſt ſignificare ſcd̄am intentionē niſi ſcd̄m modū dictū in p̄ncipio difficultatis. q̄a pari ratiōe diceret̄ ꝙ iſti termini quātitas. qualitas. ⁊ ſic de alijs ſignificarent ſecūdas intentiōes. ymmo om̄is terminus p̄me intentionis. qđ videtur eſſe incōueniēs. ſic ergo ſignificat quiditatē p̄dicamēti ſubſtātie. Sed

tunc obijcit̄ ꝙ diuiſum cōtinet̄ ſub vno mēbro ⁊ iuidentiū. qa genus generaliſſimū ſubſtātie eſt ſcđa ſubſtātia. ergo male dicit̄ ꝙ hic diuidit̄. Ad hoc dicit̄ ꝙ diuiſio illa ſic eſt intelligenda. Eoꝝ que ſunt directe in p̄dicamento vel in coordinatiōe ſubſtātie quedā ſunt p̄me ſubſtātie. ⁊ alia ſunt ſecūde ſubſtātie. ¶ Tercio ſupponit̄ ꝙ triplicit̄ aliqua ſubſtātia poteſt dici p̄ma. Primo modo p̄mitate eſſendi. ita ꝙ eſſe ſibi conuenit ꝑ ſe. ⁊ alijs cōuenit ꝑ eā. ⁊ iſto modo deus dicit̄ p̄ma ſubſtātia de qua nō eſt hic ſermo. Secūdo modo dicit̄ p̄ma p̄mitate nature. ſicut ab eſſe vnius ad eſſe alterius nō valet cōſequentia. licet valeat ecōtra. Et iſto modo genus generaliſſimū ſubſtātie dicit̄ p̄ma ſubſtātia. Tercio aliqua ſubſtātia dicitur primitate ſubſtandi actualit̄. aut ſubſiſtendi ⁊ incōmunicabilit̄ exiſtendi Et iſto modo indiuiduū de genere ſubſtātie qđ eſt cōpletū ⁊ ꝑfectū in ſpecie dicit̄ p̄ma ſubſtātia. ¶ Duplicit̄ aūt accipit̄ p̄ma ſubſtātia. Vno modo ꝓ denomiāto. ⁊ ſic eſt res ſingularis de genere ſubſtantie. Alio modo pro formali ſignificato. ⁊ ſic eſt quedā intentio inferior ad intentionē ſingularis que nata eſt ſolū fundari in rebus ſingularibus cōpletis ⁊ perfectis in ſpecie de genere ſubſtātie. Et iſto modo accipit̄ hic. ⁊ diffinitur ſic Prima ſubſtātia eſt que ꝓprie ⁊ principalit̄ ⁊ maxime ſubſtare dicit̄. Vel ſic. Prima ſubſtantia eſt que neqꝫ eſt in ſubiecto neqꝫ de ſubiecto dicit̄. In q̇bus diffinitiōibus debet intelligi ſubſtātia. Naꝝ aūt diffinitionū declaratiōes poſite ſunt in ſumulis. ¶ Quarto ſupponit̄ ꝙ ſecūda ſubſtātia etiā accipit̄ duplicit̄. Vno modo ꝓ denominato. ⁊ ſic iſto modo genera ⁊ ſpecies de p̄dicamēto ſubſtātie dicunt̄ ſecunde ſubſtātie. Alio modo pro formali ſignificato. ⁊ ſic eſt quedā intētio ſcđa inferior ad intentionē vniuerſalis que nata eſt ſolū fundari in generibꝰ ⁊ ſpeciebꝰ de genere ſubſtantie. Et iſto mō accipit̄ hic. Et diffinit̄ ſic. In plurali numero ſcđe ſubſtātie dicunt̄ in q̇bus ſunt p̄me ſubſtātie ⁊ haꝝ ſpecieꝝ genera. ⁊ diffiniūt̄ in plurali numero. Ad denotādū diuerſitatē ſecūdaꝝ ſubſtātiaꝝ. nā aliq̄ ſunt ſpecies. ⁊ aliqua genera. Prima aūt ſubſtātia diffinita eſt in ſingulari numero. qa oēs p̄me ſubſtātie ſunt indiuidua de genere ſubſtātie. ¶ Quinto ſupponit̄ ꝙ rationē de aliquo p̄dicari poteſt intelligi dupplicit̄. Vno modo ꝙ p̄dicet̄ de eo vt ratio: ⁊ ſic ſolū de illo p̄dicat̄ cuius eſſentiā explicat. Et ſic accipit philoſophus cū dicit in textu aliqua p̄dicari ratiōe Alio modo poteſt p̄dicari de aliquo nō vt ratio eius. ſed eo modo quo nomē predicatur. ⁊ ſic ratio predicatur de quocunqꝫ nomen predicatur. ⁊ iſto modo impoſſibile ē nomē p̄dicari de aliq̄ qn ratio ſignificata ꝑ illud nomē p̄dicet̄ de eodem.

# Queſtões ĩ p̄dicamēta ariſtotelis

¶ His p̄miſſis dicit̃ p̄mo ab aliquibus ꝙ aliq̄s homo eſt p̄ma ſubſtantia. ꝓbant ꝑ philoſophũ q̄ exẽplificat de p̄ma ſubſtãtia. vt aliq̄s homo ⁊ aliq̄s equus. Et etiã ſic arguit̃. Animal p̄dicat̃ de hoīe. ergo p̄dicat̃ de aliquo hoīe. vel ergo ꝑ aliquẽ hoīem intelligit p̄mã ſubſtantiã vel ſcd̄am Nō ſcd̄am q̄a tunc ſua p̄dicatio nō eſſet ad ꝓpoſitũ. Naʒ ibi vult ꝓbare oīa alia a p̄mis ſubſtãtijs eſſe in eis aut dici de eis. ergo intelligit p̄mã Tenet cōſequẽtia. q̄a inter primã ſubſtãtiã ⁊ ſcd̄am nō eſt mediũ. Qꝫ etiã aliquis homo nō ſit ſecũda ſubſtãtia patet. q̄a ſi ſic maxime eſſet ſpecies Sed hoc nō. q̄a hec eſt vera. Nullus homo eſt ſpecies. ergo ſua cōtraria eſt falſa ſcilicet aliquis homo eſt ſpecies. ¶ Sed contra iſtud arguit̃ quadruplicit̃. Primo ſic. Illud nō eſt p̄ma ſubſtãtia qđ predicat̃ de pluribus vniuoce. Sed aliquis homo p̄dicat̃ de pluribus vniuoce igitur. Minor patet. q̄a oēs iſte ſunt vere. Socrates eſt aliq̄s homo. Plato eſt aliq̄s homo. ¶ Scd̄o ſic. Bene ſequit̃. Iſte homo currit. ergo aliquis homo currit. Sed nō ſequit̃ ecōuerſo. ergo aliq̄s homo eſt prius natura qꝫ iſte homo. ⁊ ꝑcōſequẽs nō eſt prima ſubſtãtia. ¶ Tercio ſic. Hec eſt vera. Oīs homo eſt aliquis homo. ergo aliq̄s homo nō eſt p̄ma ſubſtãtia. tenet cōſequẽtia. q̄a nulla p̄ma ſubſtãtia p̄dicat̃ de oī hoīe. Antecedens patet. tum q̄a ſua cōtradictoria eſt impoſſibilis. ſcilicet. Quidã homo nō eſt aliq̄s homo. tum q̄a quelibet ſingularis ē vera. igit̃. ¶ Quarto ſic. iſte cōtradicũt. Oīs homo currit. aliq̄s hō nō currit. ſed ſubiectũ iſti⁹. omnis homo currit nō eſt p̄ma ſubſtantia. ergo nō eſt ſubiectũ illius. aliq̄s homo nō currit. tenet cōſequẽtia. q̄a in cōtradictorijs debet eſſe idẽ ſubiectũ. Dicit̃ ſcd̄o ꝙ aliq̄s homo nō eſt prima ſubſtãtia ad hunc ſenſum. q̄a hoc cōplexũ nō ſignificat de ſignificato totale p̄mã ſubſtãtiã. ſed ſignificat aliqđ aggregatũ ex modo intelligendi terminũ cōmunẽ pro ſuppoſito det̃minato. Et tunc dicendũ eſt ꝓpt̃ exẽplũ philoſophi ꝙ iſte terminus homo de ſe eſt indifferẽs ad diuerſas ſuppoſitiões. q̄a poteſt accipi pro voce. vel pro natura. vel pro ſuppoſitis. Signa igit̃. vt oīs. aliquis ſibi addita tollunt indifferentiã ad vocẽ ⁊ ad naturã. ⁊ determinant ip̄m ad ſupponendũ pro ſuppoſitis. ⁊ adhuc in iſta ſuppoſitione eſt indifferens ad oīa ſuppoſita. Philoſophus ergo voluit exprimere primam ſubſtãtiã vt diſtinguit̃ cōtra ſcd̄am exẽplificãdo in generali dicẽs. aliquis homo. quaſi diceret q̄libet q̄ eſt iſte homo puta ſocrates. vel ille homo. puta plato eſt p̄ma ſubſtãtia Dicit̃ tercio ab aliq̄bus ꝙ ꝑ ly aliq̄s homo ſignificat p̄mã ſubſtãtiã diſtinctã. ſed indet̃minate. q̄a nō magis ſuppo-

nit ꝓ vno ſuppoſito ꝙ̃ pro alio. Sed iſtud redit in idem cũ eo qđ imme-
diate dictũ eſt. ¶ Ad argumentũ qđ fiebat in p̄mo dicto dicit̃ p̄mo ꝙ ari-
ſtotelis exẽplificauit de p̄ma ſubſtãtia quodãmodo in cõmuni ꝑ cõmu-
ne ſuppoſitũ. ꝑ cõparationẽ ad ſuppoſita. Dicit̃ ſcđo ꝙ aliquis homo ꝙ
nec eſt p̄ma ſubſtãtia nec ſcđa. ſed eſt quoddã aggregatũ ꝑ accidẽs medi-
ans accidentaliter inter ſpeciẽ ſpecialiſſimã ⁊ indiuidua. quẽadmodũ ho-
mo albus. vel diſiunctũ ex pluribus indiuiduis. ¶ Circa p̄dicta oꝛit̃ dubi-
um vtrũ ſubſtãtie immateriales cõtineant̃ ſub diuiſione ſubſtantie in pri-
mam ⁊ ſcđam. ⁊ videt̃ ꝙ non. tum q̃a ſubſtãtie immateriales nõ ſubſtãt
accidẽtibus. igit̃ nõ ſunt p̄me ſubſtantie nec ſcđe. tum q̃a ſcđm boheciũ
philoſophus relictis extremis ſcilicet materia ⁊ foꝛma ait de medio ſci-
licet de ſubſtãtia cõpoſita. ergo ſubſtãtia ſimplex ⁊ immaterialis non eſt
ſubſtantia p̄dicamentalis. tum q̃a ſubſtãtia immaterialis eſt incoꝛrupti-
bilis. ergo nõ poteſt cõtineri ſub eodẽ genere ſub quo cõtinet̃ ſubſtantia
materialis: tenet cõſequẽtia. q̃a coꝛruptibile ⁊ incoꝛruptibile plus ꝙ̃ ge-
nere differunt. vt vult philoſophus decimo methaphiſice. tũ q̃a idẽ eſſet
ſimplex ⁊ compoſitũ. qđ eſt impoſſibile. cõſequẽtia patet. q̃a qđ in ſimpli-
ci eſt ſimplex. ⁊ quod eſt in compoſito eſt cõpoſitũ Si ergo ſubſtantia ſit
genus cõtinet ſub ſe ſubſtãtias materiales ⁊ immateriales ⁊ incluſa in eis
erit ſimplex ⁊ cõpoſita. ¶ Pro ſolutione huius ſupponit̃ p̄mo ꝙ ſicut in
ſubſtantijs materialibus reperiunt̃ genera ⁊ ſpecies ⁊ indiuidua. ſic etiã
in ſubſtãtijs immaterialibus. Et ſicut ſubſtãtie materiales ſubſtant acci-
dentibus materialibus terminãdo dependẽtiã eoꝝ. ſic etiã ſubſtãtie im-
materiales ſubſtãt accidẽtib⁹ immaterialibus terminãdo dependentiam
eoꝝ. ¶ Ex quo ſequit̃ ꝙ ſubſtãtie immateriales ſunt p̄me ſubſtãtie aut ſe-
cunde ſicut ſubſtãtie materiales. patet. q̃a ad hoc ꝙ aliq̃d ſit p̄ma ſubſtã-
tia ſufficit ꝙ ꝑ ſe exiſtat ⁊ accidẽtib⁹ p̄mo ſubſtet. Et ad hoc ꝙ aliq̃d ſit ſe-
cũda ſubſtãtia ſufficit ꝙ habet eſſe ꝑ ſe ⁊ ſecũdario ſubſtat accidentibus
ſed iſta cõueniũt ſubſtãtijs immaterialibus. ¶ Ad obiectiões. Ad p̄mã
dicit̃ negando antecedẽs. Nã ſubſtat virtutibus aut vicijs. Ad ſcđam di-
citur ꝙ bohecius per extrema intelligit deũ ⁊ materiã p̄mã. ⁊ ſic ſubſtan-
tia que eſt genus generaliſſimũ dicit̃ media int̃ illa. q̃a eſt imꝑfectioꝛ deo
⁊ ꝑfectioꝛ materia pꝛima Ad terciã dicit̃ negando cõſequẽtiã. ⁊ ad ꝓbati-
onẽ dicit̃ ꝙ duplex eſt genus. qđdã eſt genus phiſicũ ⁊ eſt materia pꝛima
que eſt in potẽtia ad recipiẽdũ diuerſas foꝛmas. ⁊ de illo verũ eſt ꝙ coꝛru-
ptibile ⁊ incoꝛruptibile differunt plus ꝙ̃ genere. eo q̃a nihil eſt in in coꝛ-

ruptibili q̄d ſit in potentia ad recipiendũ formã corruptibilis. Aliud eſt
genus logycũ. ⁊ eſt q̄ditas p̄dicabilis ni q̄d de differẽtibus ſpecie. ⁊ de il-
lo negat̃ ꝙ corruptibile ⁊ incorruptibile differũt plus q̄ꝫ genere. Ad quar
tã dicit̃ negãdo cõſequẽtiã. Et ad ꝓbationẽ dicit̃ ꝙ ſubſtantia que eſt ge-
nus generaliſſimũ ꝑmiſſiue eſt ſimplex ⁊ cõpoſita. q̄a ꝑmittit ſe eſſe ⁊ in
ſimplici ⁊ cõpoſito. Sed poſitiue nec eſt ſimplex nec cõpoſita. ſed abſtra
bit ab vtroqꝫ tanq̄ꝫ aliquid cõmune indifferens ab vtroqꝫ.

## Quarta difficultas Utrũ cõſequẽ

tie quas philoſophus ponit ad ꝓbandũ hãc ꝓpoſitionẽ om̃ia alia a pri
mis ſubſtãtijs aut dicunt̃ de ipis aut ſunt in ipis ſint cõſequẽtie forma-
les. ¶ Pro cuius ſolutione ſupponit̃ p̄mo ꝙ ex illis duabus cõſequẽtijs
nõ poteſt inferri formalit̃ iſta vniuerſalis. Om̃ia alia a p̄mis ſubſtãtijs. ⁊
ſic de alijs. niſi intelligat̃ aliqua particula ſub qua cõprehendant̃ reliqua
que dicunt̃ de p̄ma ſubſtãtia aut ſunt in p̄ma ſubſtãtia. Patet. q̄a eſt vna
inductio in qua nõ enumerãt̃ ſufficient̃ om̃iã ſingularia vniuerſalis. Sic
ergo oportet arguere. animal dicit̃ de hoĩe. ergo de aliquo hoĩe. ⁊ color eſt
in corꝑe. ergo ⁊ in aliquo corꝑe. ⁊ nihil eſt aliud a p̄ma ſubſtãtia q̄n dica
tur de ea aut ſit in ea. ergo om̃ia alia a p̄mis ſubſtantijs. ⁊c̃. ¶ Sc̄do ſup-
ponit̃ ꝙ multiplicit̃ poteſt argui a ſuperiori ad inferius affirmatiue ⁊ ſi-
ue diſtributiõe. Uno mõ diſiunctiue. ⁊ hoc modo ſub om̃i termino cõ-
muni ſupponere det̃minate licet ſubſumere om̃ia ſuppoſita eius diſiun-
ctiue. Sc̄do modo diſiunctim. videlicet quãdo terminus cõmunis ſup-
ponit cõfuſe tm̃. ⁊ iſto modo. nec p̄mo modo arguit̃ a ſuperiori ad inferi
us det̃minatũ ⁊ det̃minate ſumptũ. ſed arguit̃ ad inferius ad indet̃mina-
tũ ſuppoſitũ. Tercio arguit̃ a ſuperiori ad inferius copulatiue ⁊ ad q̄dli-
bet ſeorſum. ⁊ hoc mõ nõ cõtingit deſcẽdere ſub ſuꝑiori niſi diſtribuat̃.

## His ſuppoſitis dicit̃ p̄mo ſc̄dm ali

quos ꝙ ille cõſequẽtie ſunt materiales. Patet p̄mo. q̄a nõ ſequit̃. ſpecies
dicit̃ de hoĩe. ergo dicit̃ de aliquo hoĩe cũ antecedẽs ſit verũ ⁊ cõſequẽs
falſum. ⁊ tamẽ ibi eſt. eadẽ forma. ſicut in p̄ma illaꝝ. ergo p̄ma cõſequẽtia
nõ eſt formalis. Sc̄do. q̄a nõ ſequit̃ eſſe p̄mo riſibile dicit̃ de hoĩe. ergo di
cit̃ de aliquo hoĩe. Tercio. q̄a in illis cõſequẽtijs arguit̃ ad ſuperiori ad in
feri⁹ ſine diſtributiõe ſuperioris. Sed ſic arguẽdo fit fallacia cõſequẽtis.
igit̃ ille cõſequẽtie nõ ſunt formales. Dicit̃ ſc̄do alit̃ ꝙ ille conſequẽtie ſunt
bone ⁊ formales. Primũ patet. q̄a ex oppoſito cõſequenits cuiuſlibet ta-

lis cõſequẽtie infert oppoſitũ anteceđẽtis illi⁹ cõ ſequẽtie. igr̄ quelibet ta-
lis cõſequẽtia eſt bona. Secũđũ patet. q̄a tenẽt in oĩbus terminis ſimili
forma arguẽdi retẽta. igr̄. Ad p̄mã inſtãtiã alteri⁹ dicti dicr̄ p̄mo q̄ dici
de aliquo in ꝓpoſito accipit̄ ſicut accipiebat̄ in ſecũda diuiſione anteꝑ di-
camentali. ⁊ in p̄ma regula videlicet ꝓ p̄dicari q̄ditatiue. ⁊ tũc negatur q̄
ſpecies dicat̄ de hoĩe. q̄a iſta eſt denomĩatiua. homo eſt ſpecies. Vel alr̄
dicr̄ q̄ licet dr̄ ſpecies de hoĩe accepto ſimplicr̄ ꝓ natura cõi hoĩs. ta
mẽ nõ dicr̄ de hoĩe cõi accepto ꝑſonalr̄. ⁊ ideo illa cõſequentia nõ valet.
q̄a in tali forma arguẽdi oportet ſemꝑ t̄minos ſupponere perſonaliter. ⁊
cũ dicr̄ q̄ ibi eſt eadẽ forma ſicut in p̄ma. dr̄ q̄ hoc eſt falſum. q̄a ſuppo-
ſitio tenet ſe ex parte forme ꝓpoſitiõis. ideo mutata ſuppoſitiõe t̄minorũ
que debet eſſe ꝑſonalis in ſuppoſitionẽ ſimplicẽ nõ valet eadẽ forma ar-
guẽdi. Ad ſcđam dr̄ eodẽ modo. Ad terciã dr̄ q̄ arguẽdo a ſuperiori ad in-
ferius diſiunctiue eſt bona ꝯſequẽtia. nec fit fallacia cõſequentis. Vel alr̄
dicr̄ q̄ licet arguẽdo a ſuperiori ad inferi⁹ det̄minatũ ⁊ det̄minate acce-
ptũ nõ valeat ꝯſequẽtia. tñ arguẽdo a ſuperiori ad inferi⁹ vagũ ſeu indet̄
minate acceptũ valet ꝯſequẽtia. vbi grã. q̄uis iſte cõſequẽtie nõ valeant.
aĩal dr̄ de hoĩe. ergo dr̄ de ſocrate. color ē in corꝑe. ergo ē in iſto corpore.
q̄a ibi arguit̄ ad indiuidua det̄mĩata det̄minate ſumpta. ſcilicet ſine diſiũ-
ctione. tamẽ iſte bene valẽt. aĩal dr̄ de hoĩe. ergo eſt de aliquo hoĩe. color ē
in corꝑe. ergo eſt in aliq̄ corꝑe. q̄a in ꝯſequẽtib⁹ illaꝝ ꝯſequẽtiaꝝ ſubiecta
ſupponũt ꝓ indiuiduis det̄minat̄ accept̄ indet̄minate ſcilicet ſub diſiũ
ctiõe ad alia indiuidua. Unde p̄ma ꝯſeq̄ntia tenet in v̄tute hui⁹ regule: q̄ñ
alteꝝ de altero p̄dicat̄ ⁊c̄. Que equalet huic. q̄đ ē p̄us p̄ore ē p̄us poſteri
ore. Et ſcđa ꝯſeq̄ntia tenet in v̄tute hui⁹ regule. Nihil ineſt alicui ſubiecto
ꝓ mult̄ niſi inſit alicui indet̄minate ſumpto. ¶ Alteri⁹ reſtat dubiũ vtrũ
corollariũ q̄đ ph̄s infert ex illa ꝓpoſitiõe. oĩa alia a p̄mis ſubſtãtijs. in q̄
dr̄ nõ exiſtẽtib⁹ p̄mis ſubſtãtijs impoſſibile ē aliq̄đ alioꝝ remanere ſit ve
rũ. Ad q̄đ dr̄ vno mõ q̄ illa ꝓpoſitio ē diſtinguẽda ſm̄ ſenſum cõpoſitũ ⁊
diuiſum. q̄a vel poteſt eſſe ꝓpoſitio ꝯditiõalis cui⁹ anteceđẽs ſit vna ꝓpo
ſitio de ineſſe. ⁊ ꝯſequens ſit vna ꝓpoſitio modalis de ip̄oſſibili. vt ſit ſen
ſus ſi vel dũ vel q̄a nõ exiſtũt p̄me ſb̄e ip̄oſſibile ē aliq̄đ alioꝝ remanere. ⁊
ſic illa ꝓpoſitio ē falſa q̄a anteceđẽs illi⁹ ꝯditiõalis ē mere ꝯtingẽs ⁊ oppo
ſitũ ꝯſeq̄nt̄ neceſſariũ. mõ ex ꝯtingẽti nũq̄ȝ ſequit̄ oppoſitũ neceſſariũ. ſci-
licet ip̄oſſibile. q̄a ex poſſibili nõ ſequit̄ ip̄oſſibile. Alio mõ p̄t eſſe ꝓpõ ca-
thegorica modalis in ſen ſu ꝯpoſito. cui⁹ ſubiectũ ſit ꝓnomẽ demõſtra-
tiuũ demõſtrãs vnã ꝓpoſitionẽ cathegoricã. vt ſit ſenſus. hec ꝓpõ nõ ex
iſtũt p̄me ſubſtãtie. ⁊ aliq̄đ alioꝝ ſcilicet ſecũdaꝝ ſubſtãtiaꝝ ⁊ accidentiũ
remanet eſt impoſſibilis. ⁊ ſic ip̄a ē vera. q̄a iſte due nõ poſſunt eſſe ſimul
vere prime ſubſtantie non exiſtunt ⁊ aliquid aliorum eſt.

Aliter poteſt dici ꝙ corollariũ philoſophi intelligit̃ de intētiõibus ſcdis
ꝛ hoc manifeſte eſt verũ. Nam ſcda ſubſtãtia dicit̃ relatiue ad pͥmã ſicut
dictũ eſt de aliquo ad id de quo dicit̃. ergo ſi pͥma nõ eſt. ſecũda nõ eſt. qͣ
relatiua ſunt ſimul natura. vt dicet̃ caplo de relatione. Similit̃ accidẽs di-
citur relatiue ad ſubiectũ loquẽdo de intẽtiõibus. intẽtio em̃ ſubiecti vel
fundat̃ in pͥma ſubſtãtia vel in ſecũda. ſi in pͥma. ergo deſtructa pͥma non
erit amplius ſubiectũ illius accidẽtis. Et ſi ſubiectũ nõ eſt etiã accidens
nõ eſt per illã regulã relatiua poſita ſe ponunt. ꝛ perempta ſe perimunt.
ſi intentio ſubiecti fundetur i ſcda ſubſtãtia tũc arguit̃ ſic. Deſtructa pͥma
ſubſtãtia ſecũda nõ eſt ꝑ locũ a relatiuis. ꝛ ſi ſecũda nõ eſt. ſubiectũ talis
accidentis nõ eſt. ꝛ ſi ſubiectũ nõ eſt. tale accidẽs nõ eſt. ꝑ locũ a relatiuis
Aliter adhuc poſſet dici ꝙ ꝑdictũ corollariũ eſt verũ intelligẽdo ipm̃ de
deſtructione logica que nihil aliud eſt ꝙ̃ negatio eſſe de pͥmis ſubſtãtijs
Vnde iſta cõſequẽtia eſt bona. Socrates nõ eſt. plato nõ eſt. cicero nõ eſt
ꝛ ſic de alijs primis ſubſtãtijs. ergo nihil aliorꝫ eſt ſcilicet ſecũdarũ ſub-
ſtantiarũ ꝛ accidẽtiũ. Et alit̃ adhuc poteſt exponi de eſſe exiſtẽtie vel de eſ-
ſe formali ꝛ qditatiuo. aut de eſſe cognito. Si intelligat̃ de eſſe exiſtẽtie tũc
eſt verũ. nam ſi nulla pͥma ſubſtantia exiſtit nulla ſecũda ſubſtantia exiſtit
nullũ etiã accidẽs exiſtit. Si aũt intelligat̃ de eſſe formali ꝛ qditatiuo. aut
de eſſe cognito intellect⁹ eſt falſus. Nam nõ ſequit̃. nulla pͥma ſubſtantia
cognoſcit̃ aut intelligit̃ aut eſt. ergo nulla ſcda ſubſtantia intelligit̃ vel eſt
in eſſe formali ꝛ qditatiuo aut in eſſe cognito. nulla roſa exiſtẽte adhuc ro
ſa poteſt terminare actũ intellect⁹ ꝛ roſe cõuenient̃ ꝑdicata qditatiua. igit̃

## Quinta difficultas Vtrũ ſcda ſub

ſtãtia ſit ſecũda ſubſtãtia aut res extra aĩam. De qua ſunt duo modi dicen
di. Primus eſt noĩaliũ q̃ negãt naturas vniuerſales dicentes ꝙ ſcde ſub-
ſtantie nõ ſunt niſi termini vocales aut mẽtales. q̃ ideo dicunt̃ ſubſtãtie
qͣ de ipis ꝑſonalit̃ ſupponẽtib⁹ verificat̃ iſte terminus ſubſtãtia ꝑſona
liter ſupponẽs. ¶ Ex quo ſequit̃ pͥmo ꝙ ſcda ſubſtãtia nõ eſt aliqua res ex
tra aĩam diſticta a re ſingulari diſtinguẽdo rem cõtra ſignũ. patet. qͣ nul
la res eſt vniuerſalis. patet etiã. qͣ ſcd̃m philoſophũ ſeptimo mephaphi
ſice vniuerſalia nõ ſunt ſubſtãtie. genera aũt ꝛ ſpecies que re ponunt̃ in ꝑ
dicamẽto ſubſtãtie in rei veritate nõ ſunt ſubſtãtie. ſed nominant̃ ſubſtã-
tie. Scdo ſequit̃ ꝙ illi termini dicunt̃ genera aut magis communes q̃ po
ſunt̃ ſupponere pro pluribus ſubſtãtijs. ꝛ illi dicũt minus cõmunes qui

ponunt̄ ſupponere pro paucioꝛib'. Tercio ſequit̄ ꝙ diuiſio ſubſtātie in
p̄mā ⁊ ſecūdā nō eſt diuiſio alicuius rei in aliquas veras res. ſed eſt diui-
ſio termini in terminos ſupponētes ꝓ om̄ibus terminis de p̄dicamēto
ſubſtātie. Vnde hoc cōplexū p̄ma ſubſtātia eſt t̄minus ſecūde intētiōis
verificabilis de terminis ſingularibus reponibilibus in p̄dicamēto ſub-
ſtantie. Et ſic patet ꝙ ea que dicunt̄ p̄me ſubſtātie aut ſecūde nō ſunt res
extra aiam exiſtētes ſed ſunt termini ꝓ rebus ſupponentes. ¶ Secūdus
modus dicēdi eſt realiū dicentiū ꝙ ſecūde ſubſtātie nō ſunt termini. ſed
ſunt vere res ⁊ ſubſtātie cōmunes in p̄mis ſubſtātijs exiſtentes. Probat̄
multipliciṫ. Primo ſic. qa ſcd̄m philoſophū in textu ſcd̄a ſubſtātia eſt mi-
nus ſubſtantia q̄ȝ p̄ma. ⁊ inter ſecūdas ſubſtātias ſpecies eſt magis ſub
ſtantia q̄ȝ genus ſed illud qd̄ eſt magis aut minus ſubſtātia q̄ȝ aliud eſt
ſubſtātia. cū cōparatiuus p̄ſupponat ſuū poſitiuū. Et cōfirmat̄. qa ſecū-
de ſubſtātie ſubſtāt accidētib' ſecūdario. ſed null' termin' ſubſtat accidē-
tibus. cū ſubſtare nihil aliud ſit in ꝓpoſito q̄ȝ dependētiā accidētis inhe-
ſiue terminare. igiṫ nullus terminus eſt ſecūda ſubſtātia. Secūdo ſic. nul
lus terminus p̄dicat̄ in qd̄ de p̄ma ſubſtātia. ſed ſecūda ſubſtātia p̄dicat̄
in qd̄ de p̄ma. ergo ſcd̄a ſubſtātia nō eſt termin'. Maioꝛ patet. qa q̄cqd̄
p̄dicat̄ in qd̄ de aliquo eſt pars q̄ditatis eius. Minoꝛ ꝓbat̄. qa ſcd̄a ſub-
ſtātia reſpōdet ad interrogationē factā per qd̄ de p̄ma ſubſtantia. Tercio
ſcd̄m philoſophū in ſecūda diuiſione antep̄dicamētali ſecūda ſubſtātia
dr̄ de ſbiecto ⁊ nō ē i ſbiecto. ſ; oīs t̄min' ē i ſbiecto. g̊ ſcd̄a ſb̄a nō ē t̄min'
Itē ſm̄ eū deſtructis p̄mis ſubſtātijs impoſſibile eſt aliquid alioꝝ rema-
nere. ſicut deſtructis om̄ibus indiuiduis alicuius ſpeciei aut generis nō
remanet illa ſpecies aut gen'. ſed deſtructꝭ oīb' hoīb' adhuc poteſt rema-
nere iſte terminus homo. ergo iſte terminus homo nō eſt ſpecies parti-
cularium hoīm. ⁊ p̄ cōſequēs nō eſt ſecūda ſubſtātia. Quarto ſic. Deſtructo
genere deſtruit̄ ſpecies. ⁊ deſtructa ſpecie deſtruit̄ qd̄libet indiuiduū ei'.
Sed deſtructis om̄ibus terminis ſignificātibus ſecūdas ſubſtātias non
deſtruunt̄ p̄me ſubſtātie. ergo illi termini nō ſunt ſecūde ſubſtātie. Quīto
ſic ſm̄ philoſophū in multis paſſibus. vniuerſalia non ſunt ſeparata ſm̄
eſſe a ſuis ſingularibus. ſed ſi ſecūde ſubſtātie eſſent termini eſſent ſepara-
ta a ſingularibus. igiṫ nō ſunt termini. Sexto ſic. Om̄e diuiſum debet vere
p̄dicari de diuidentibus. ſed ſubſtātia diuidiṫ in primā ⁊ ſcd̄am. ergo hec
eſt vera. ſecūda ſubſtātia eſt ſubſtātia. Septimo ſic. genus vt animal di-
uiditur diuiſione per ſe in hoīem ⁊ brutū. vel ergo eſt diuiſio ſubſtantie

in ſubſtātias vel accidentis in accidētia. Si p̄mū cū nō ſit diuiſio alicuius ſubſtātie particularis ſequit̄ ꝙ eſt diuiſio alicuius ſubſtātie vniuerſalis. Nō eſt dicendū ſecūdū. qa tūc homo ⁊ brutū nō eſſent niſi accidētia. qđ eſt incōueniēs. Octauo ſic. p hāc diffinitionē animal rationale diffinit̄ aliqua ſubſtātia cōuertibilit̄ ⁊ adequate. vel ergo illa ſubſtātia eſt vniuerſalis vel ſingularis. Nō ſingularis. qa illa diffinitio nulli ſubſtātie ſingulari eſt cōuertibilis. Si vniuerſalis habet̄ intentū. Ex his poteſt patere ꝙ p̄ter ſubſtātias ſingulares ſunt ponēde ſubſtātie vniuerſales que includūt̄ quiditatiue in ipis ſubſtātijs ſingularibus. Ex quo ſequit̄ ꝙ illa que denominant̄ ꝑrime ⁊ immediate ab iſta intentiōe ſecūda ſubſtātia nō ſunt termini cōmunes in p̄dicamēto ſubſtātie reponibiles. ſed ſunt qditates cōmunes p illos t̄minos ſignificate. Sꝫ cōtra p̄dicta arguit̄ ꝙ nulla ſubſtātia eſt ſecūda ſubſtātiā ergo ſecūda ſubſtātia nō ē ſubſtātia. Ad hoc dr̄ ꝙ iſte ſimul ſtant in veritate. nulla ſubſtātia eſt ſecūda ſubſtātia. ⁊ ſubſtantia eſt ſecūda ſubſtātia. ſcđm ꝙ in p̄ma ſubiectū habet ſuppoſitionē pſonalē. ⁊ in ſecūda habet ſuppoſitionē ſimplicē. ſicut iſte conceduntur. nullus homo eſt ſpecies. ⁊ homo eſt ſpecies. Hec aūt ꝓpoſitio. ſubſtātia eſt ſecūda ſubſtātia adhuc eſt diſtinguenda. qa vel ſubiectū habet ſuppoſitionē ſimplicē generalē ſic ꝙ ſupponit ꝓ qditate generis generaliſſimi. vel habet ſuppoſitionē ſimplicē ſpecialē. ſic ꝙ ſupponit pro generibus aut ſpeciebus cōtentis ſub p̄dicamēto ſubſtātie. ⁊ vtroqꝫ modo ipa eſt vera Sed iſta ſubſtātia eſt ſpecies. que cōſimilit̄ poteſt diſtingui. ſcđm p̄mum modū eſſet falſa. ſed ſcđm ſecundū modū eſſet vera.

## Sexta difficultas. Utruꝫ aliqua

ſubſtātia poſſit ſuſcipere magis ⁊ minus. ⁊ vtrū veritas ⁊ falſitas ſint aliqua accidētia realit̄ inherētia ꝓpoſitiōi vere vel ꝓpoſitioni falſe. ¶ Pro ſolutione p̄me partis ſupponit̄ p̄mo ꝙ ſuſcipere magis ⁊ minus accipitur dupliciter. Uno modo ſcđe intētionalit̄ ꝓ vt idē eſt qđ p̄dicari de aliquo vel alqbus cū his aduerbijs magis ⁊ minus. ⁊ iſto modo differētie ſubſtantiales bene ſuſcipiūt magis ⁊ minus. patet. qa poſſunt p̄dicari de ſuis inferioribus mediātibus his aduerbijs magis ad minus. vt patet dicēdo. animal eſt animaticꝰ planta. Socrates eſt rationabilior platone. Scđo modo accipit̄ ſuſcipere magis ⁊ minus p̄me intētionalit̄. ⁊ tūc dupliciter. Uno mō ſubiectiue qa videlicet recipit in ſe formā que quādoqꝫ eſt intenſior ⁊ quādoqꝫ remiſſior. Et iſto mō ois ſubſtātia poteſt ſuſcipere magis ⁊ minus. patet. qa ois ſubſtātia poteſt eſſe ſubiectum alicuius forme que

cũ reſolutiõe text⁹ ad itẽtionẽ ſcoti

quãdoq̃ eſt magis intenſa ꝛ quandoq̃ minus. Alio mõ aliq̃d dicit̃ ſuſci
pere magis ꝛ min⁹ intrinſice ꝛ entitatiue. q̃a habet gradus ſcʒ quos po
teſt intẽdi ꝛ remitti. Et iſto mõ eſt dubiũ vtrũ ſubſtãtia ſuſcipiat magis ꝛ
min⁹. ¶ Scd̃o ſupponit̃ q̃ duplices ſũt gd⁹. q̃dã ſũt gd⁹ etherogenei ſiue
ſpeciei ſcd̃m q̃s attendit̃ ordo pfectiõis ꝛ inter ſpecies eiuſdem generis ꝛ
etiã int̃ ſpecies vniuerſi. ꝛ iſti gradus ſunt quedã diffe rẽtie formales ꝛ ſpe
ciuoce cõſtitutiue ſpecierũ. ꝛ iſto modo ſcd̃m iſtos gradus nõ fit ſuſcipere
magis ꝛ minus. tum q̃a oĩs ſuſceptio magis ꝛ minus fit infra eandẽ ſpeci
em dicẽte philoſopho ſeptimo phiſicorũ q̃ in ſola ſpecialiſſima fit cõpa
ratio. tum q̃a iſti gradus ſm̃ quos fit ſuſcipere magis ꝛ minus ſunt ad in
uicẽ i vno tercio vnibiles. ſed iſti gradus etherogenei nõ ſunt ad inuicẽ
vnibiles. q̃a differẽtie duarũ ſpecierũ nunq̃ cõcurrũt ad cõſtitutionẽ ter
cie ſpeciei igitur. Alij ſunt herogenei ſeu idiuiduales. ſm̃ qd̃ ſuſceptio ma
gis ꝛ minus fit. ꝛ iſto modo eſt hic ſermo de gradibus. ¶ Tercio mõ ſup
ponit̃ q̃ gradus iſto modo captus ſic diffinit̃. Gradus eſt quedã portio
pfectionalis forme extra q̃ditatẽ exiſtẽs. ipam tñ includẽs. coincidens cũ
ea in eidẽ eſſentialit̃ ꝛ realit̃ īcluſa i ꝑpoſito idiuidui vagi vage ꝛ determinati
determinate. ¶ Ex qua diffinitiõe eliciunt̃ quattuor ꝯditiões reqſite ad gra
dũ. Prima eſt q̃ gradus eſt quedã portio pfectionalis. cuius ratio eſt. q̃a
forma intenſibilis de ſe eſt illimitata. ꝛ habet quandam totalitatẽ intenſi
uam ergo habet aliquas partes illius totalitatis. gradus aũt eſt huiuſ
modi. igit̃. Secũda eſt q̃ gradus eſt extra cõceptũ q̃ditatiuũ forme ſpeci
uoce. huius ratio eſt. q̃a ſi eſſet de cõceptu q̃ditatiuo vbicũq̃ eſſet forma
ibi eſſent oẽs gradus ei⁹. Tercia q̃ gradus includit formã. huius ratio ẽ.
q̃a ratio forme ſaluat̃ in quolibet gradu. demõſtrato enĩ quolibet gradu
caloris verũ eſt dicere. hec eſt calor. Quarta q̃ gradus eſt idẽ eſſentialit̃ et
realit̃ ipi forme. ꝛ ratio huius eſt. q̃a ſi nõ. forma poſſet eſſe ſine gradu. cõ
ſequens eſt falſum. igitur.

His ſuppoſitis dicit̃ ſcd̃m intẽtio
nẽ philoſophi q̃ nulla ſubſtãtia ſuſcipit magis ꝛ minus intrinſice ſic q̃
habeat gradus indiuiduales herogeneos ad inuicẽ vnibiles vt conſtitu
ant vnũ tciũ. Probat̃ p̃mo ſic. q̃a ſi ſubſtãtia ſuſcipet magis ꝛ minus ſeq̃
ret̃ q̃ ad ipam poſſet eſſe p ſe mot⁹. ꝯſeq̃ns ẽ ꝯtra phm̃ q̃nto phiſicorũ. igi͛
Cõſeq̃ntia patet. q̃a omẽ qd̃ ſuſcipit mag̃ ꝛ min⁹ ẽ ſucceſſiue ꝛ partiabili
ter acq̃ſibile. Sʒ ad omẽ ſucceſſiue ꝛ partiabilit̃ acq̃ſibile ẽ p ſe mot⁹. vt ha
betur q̃nto phiſicorũ. igit̃.

Secūdo. qa ſi ſic ſequeret ꝙ in eadē materia eſſent ſimul ⁊ ſemel forme ſb ſtantiales diſparate. cõſequēs eſt impoſſibile. igit. Conſequētia patet. qa quādo ex aqua generat ignis in primo inſtanti in quo introducit forma ſubſtātialis ignis. vel nihil eſt forme ſubſtātialis ignis. vel aliqs gradus eius. Si ſecūdū habet idem intentū. Si primū. vel ergo in illo inſtanti ē tota forma ſubſtantialis ignis. vel adeſt aliqd eiꝰ. Si primū ergo nō eſt intenſibilis. Si ſecūdū cū illud qđ habet de ea nō ſit ſufficiens ad expellē dū totā formā aque. ſeqnit ꝙ adhuc eſt aliq pars aque. ⁊ pcõſequēs forme diſperate ſunt in eodē. Oppoſitū aūt huius dicti tenet cõmētator tercio celi ⁊ mundi vbi dicit ꝙ forme ſubſtātiales electoꝝ ſuſcipiunt magis ⁊ minus. ⁊ ad philoſophū q dicit in iſto paſſu ꝙ ſubſtātia nō ſuſcipit magis ⁊ minus reſpõdet ꝙ hoc debet intelligi de ſubſtātijs cõpletis ⁊ pfectꝭ ⁊ nō de formis diminutis. cuiuſmodi ſunt forme ſubſtātiales electorum. que mediant inter formas accidentales ⁊ formas mixtorum. ¶ Pro ſolutione ſecūde partis difficultatis dicit breuiter ꝙ veritas ⁊ falſitas ꝓpoſitionales ſunt accidētia reſpectiua que realiter inherent actu intellectus cõpoſitiuo aut diuiſiuo. Vtrū aūt ille actus ſit ipa ꝓpoſitio mentalis vł nō alias videbit. Ex quo ſequit ꝙ ꝓpoſitio vocalis ⁊ ꝓpoſitio ſcripta nō dicūtur vere vel falſe p denomiationē intrinſecā ab aliquo eis inherente. ſed ſolū p denominationē extrinſecā. ſcilicet a veritate vel falſitate que eſt formaliter ⁊ ſubiectiue in actu intellectus. ⁊ eſt illud qđ ſolet dici ab aliquibꝰ ꝙ ꝓpoſitio vocalis aut ſcripta dicit vera. qa ſubordinat vni mentali vere. ¶ Pro declaratione aūt illius ꝓpoſitiõis ab eo ꝙ res eſt vel nō eſt ⁊c̄ notatur ab aliqbus ꝙ res accipit tripliciter. Vno modo cõmuniſſime p omi ſignificabili cõplexe vel incõplexe vere vel falſe. ⁊ iſto modo capit philoſophus in illa ꝓpoſitiõe. Unde totale ſignificatū ꝓpoſitiõis qđ ſcđꝫ eos vocat ꝯplexe ſignificale dicit res. Secūdo modo capit cõmunit p omi ſignificabili incõplexe aut cõplexe vere. ⁊ ſic accipit philoſophus pmo poſteriorū. vbi dicit ꝙ nō ens nō eſt. id eſt nō cõtingit ſciri. Tercio modo accipitur ſpecialiter pro entitate exiſtente incõplexe ſignificabili. ⁊ iſto modo ſocrates exiſtens eſt res vel ens. Et iſto modo accipit auguſtinus cū dicit ꝙ omino nulla res eſt. nihil eſt. ¶ Circa pcedentē textum poſſunt moueri alique difficultates. ⁊ nominari aliqua que nominate ſunt in ſumulis.

## Cõcluſio reſponſalis. Diuiſio ſub

ſtantie in pmā ⁊ ſecūdā ⁊ eius ꝓprietates ſunt in textu ſufficient aſſignate

# cū reſolutiōe textꝰ ad itētionē ſcoti

Hec concluſio relinquit̄ pꝛobata ex dictis:

## Ad ratiōes ante oppoſitū Ad pri

mā ꝙ hic diuidit̄ ſubſtātia accepta pꝛo oībus his que directe ponūt̄ in p̄dicamēto ſubſtātie. eo ꝙ eſt diuiſio fundamēti in relatiōes. Vel alit̄ dicit̄ ſicut dictū eſt ꝙ eſt diuiſio vniꝰ intētiōis in alias intētiōes. Ad cōfirmatiōnē dicit̄ aūt ad p̄mā ꝓbationē ꝙ licet eſſentia cuiuſlibet accidētis ſit ſbſtātia. ſumēdo ſubſtātiā pꝛo q̄ditate vel natura. nō tamē ſumēdo pꝛo ente per ſe. Ad ſcd̄am ꝓbationē dicit̄ ꝙ ſubſtātia accipit̄ duplicit̄. Vno modo generalit̄ pꝛo omī re ponibili in p̄dicamēto ſubſtātie ſiue ſit directe ſiue indirecte. ſiue per ſe. ſiue reductiue. Et iſto modo materia. foꝛma ⁊ differentie ⁊ ꝓꝓꝛia ſunt ſubſtātie. ⁊ iſto modo ſubſtātia nō diuidit̄ in p̄mā ⁊ ſecundā. Alio modo accipit̄ ſpecialit̄ ꝓ eo qd̄ eſt directe reponibile in p̄dicamēto ſubſtātie. Et iſto modo negat̄ ꝙ ille ſint ſubſtantie.

## Ad ſcd̄aꝫ dicit̄ negādo antecedēs

Et ad p̄mā ꝓbationē dicit̄ ꝙ ī illa ꝯſequētia ſit fallatia figure dictiōis. nec eſt ſimile de illa inductiōe cōtra argueret̄ ſic nullꝰ homo currit. nullꝰ bos currit. ⁊ ſic de aliꝫs. ergo nullū animal currit. Ad ſcd̄am ꝓbationē dicitur negādo minorē. Et ad ꝓbationē dicit̄ ꝙ ſecūda ſubſtātia nō eſt in pꝛima ſubſtātia ſummēdo eſſe in ſicut ſummebat̄ in ſecūda diuiſiōe antep̄dicamentali. videlicet eſſe in alio ſicut accidēs in ſubiecto. ꝑ quē modum vere neget̄ eſſe per ſe de aliquo ſi ſibi conueniat.

## Ad terciam dicit̄ negādo antece-

dēs ꝓ vtraqꝫ parte. Ad p̄mā ꝓbationē p̄me partis dicit̄ ꝙ contrarietas quādoqꝫ acccipit̄ cōmunit̄ ꝓ repugnātia differētiaꝝ diuiſiuarū alicuꝰ generis. ⁊ illa bene reperitur in genere ſubſtātie ⁊ quolibet alio. Aliquando v̄o ſummit̄ ſpecialit̄ ꝓ repugnātia duarū foꝛmarū actiuarū ⁊ paſſiuaruꝫ que expellūt ſe ex eodē ſubiecto. ⁊ iſto modo nō reperit̄ inter ſubſtantias. Ad ſcd̄aꝫ ꝓbationē dr̄ ꝙ ignis ⁊ aqua cōtrariat̄ ſolū ꝑ accidēs ratiōe ſuarū qualitatū. Ad terciā ꝓbationē dicit̄ ꝙ ſubſtātia coꝛrūpit̄ a ſuo contrario ꝑ accidēs. ſed nō a cōtrario ꝑ ſe vno. Vnde ſubſtātia ſcd̄m ſe nō ē coꝛruptiua alterius. ſed ſcd̄m ſuas qualitates actiuas. Ad p̄mā ꝓbationem ſecūde partis dicit̄ ꝙ licet ſubſtātia accepta ꝓ actu ſubſiſtandi ſuſcipiat magis ⁊ minꝰ. nō t̄n ſbſtātia accepta ꝓ ente ꝑ ſe cui ꝯuenit ille actus. Ad ſecūdā dicit̄ ꝙ in hoc poteſt negari cōmentatoꝛ. q̄a ip̄e dimiſit magiſtrū.

ſuū.q negauit intenſionē ⁊ remiſſionē fieri in ſubſtātijs in hoc libro. tenē-do aūt opinionē ſuā dicendū eſſet ad philoſophū ſicut dictū eſt i vltima difficultate. Ad terciā ꝓbationē dicit̄ ꝙ ꝑfectio aīe xp̄i eſt magis maior ꝑfectio aīe iude nō fuit ex aliqua pluralitate graduū ſubſtātialiū. ſed fuit ex donis gratuitis videlicet vnione ypoſtatica ex ꝑfectiſſima gratia ⁊ perfe-ctiſſimis habitibus tam intellectualibus q̄ȝ appetitiuis.

## Ad quartam dicit̄ negādo antece-

dens. Et ad p̄mā ꝓbationē dicit̄ ꝙ corpus celeſte eſt ſuſceptibile luminis ⁊ opacitatis ⁊ hoc ſufficit ad hoc ꝙ ſit ſuſceptibile cōtrarioꝝ. Ad ſecun-dā ꝓbationē dicit̄ ꝙ ſubſtantie ſpirituales ſunt ſuſceptibiles bonitatis ⁊ malicie que ſunt qualitates cōtrarie Ad cōfirmationē neget̄ antecedens. ⁊ ad omnes ꝓbationes dicit̄ ꝙ illa nō recipiunt contraria tanq̄ȝ ſubiecta vltimata. ſed tanq̄ȝ ſubiecta immediata. ſubſtātia aūt ſuſcipit tanq̄ȝ ſubie-ctū vltimatū. Dicit̄ vltra ꝙ intellectus ⁊ volūtas nō ſunt qualitates. ſed ſunt realiter ſubſtantie. Sequitur quantitas.

# Quantitatis aliud.

Iſtud eſt terciū capitulū. in quo philoſophus determinat de ſecūdo pre-dicamēto ſcilicet de quātitate. Et diuidit̄ in duas partes p̄ncipales. In prima det̄minat de quantitate diuiſiue. Et diuidit̄ in quattuor particulas In p̄ma ponit duas diuiſiones quantitatis. ⁊ duas ſubdiuiſiones. Pri-ma diuiſio eſt hec. Quantitatis aliud continuū. aliud diſcretū. que ſic de-bet intelligi. Generaliſſimi quantitatis aliud genus ſub eo cōtentū eſt cō-tinuum a.iud eſt diſcretū. Secunda diuiſio quantitatis. Aliud conſtat ex partibus poſitionem ad ſeinuicē habentibus. aliud autē nō habentibus poſitionem. Prima ſubdiuiſio. quantitatis diſcrete alia eſt numerus. alia eſt oratio. Secunda ſubdiuiſio. quantitatis continure q̄nq̄ȝ ſunt ſpecies q̄a alia eſt linea. alia eſt ſuperficies. alia eſt corpus. Et amplius preter hec ſunt tempus ⁊ locus. In ſecunda particula declarat iſtas ſubdiuiſiones Primo ꝓbat ꝙ numerus ſit quātitas diſcreta tali ratione. Illa quātitas cuius partes nō copulant̄ ad aliquē t̄minū cōem eſt quātitas diſcreta. Sȝ numerus eſt huiuſmodi. ergo numerus eſt quantitas diſcreta. Maiorē probat. q̄a q̄nq̄ȝ ⁊ q̄nq̄ȝ nunq̄ȝ copulant̄. ſimiliter nec tria ⁊ ſeptē. ſed ſunt

ſemꝑ ad inuicē diſcreta ⁊ ſeparata. Secundo probat de oratione cū tali ra-
tione. qꝛ illud per quod menſurat̄ ſyllaba breuis aut longa. ⁊ cuius par-
tes nō copulant̄ ad aliquē terminū cōmunē eſt quantitas diſcreta. ſꝫ ora-
tio eſt huiuſmodi. ergo oratio eſt quātitas diſcreta. Minorē probat. qꝛ
partes orationis que ſunt ſyllabe dictionis aut orationis cū voce prola-
ta. id eſt orationis vocalis nō copulant̄ ad aliquē terminū communē. ſed
vna queqꝫ eſt diuiſa ab alia. Tercio probat ꝙ linea. ſuperficies. corp⁹ ſunt
quantitates cōtinue tali ratione. qꝛ om̄is quantitas cuius partes copu-
lant̄ ad aliquē terminū cōmunē eſt quantitas cōtinua. Sed hec tria ſunt
huiuſmodi. Minor patet. qꝛ partes linee copulant̄ ad punctū. ⁊ partes
ſuperficiei ad lineā. ⁊ partes corporis ad ſuperficiē. Quarto probat ꝙ tē-
pus ſit quantitas continua. qꝛ partes eius que ſunt preteritū ⁊ futurum
copulant̄ ad preſens. id eſt ad nunc qđ eſt indiuiſibile in tempore. Quin-
to probat ꝙ locus ſit quantitas contīua. qꝛ partes loci continent ſingu-
las partes corporis. ergo partes loci copulant̄ ad eundē terminū cōmu-
nem. ad quē copulant̄ partes corporis. In tercia particula reſumit ſecū-
dam diuiſionē quantitatis. videlicet quantitatis aliud conſtat ex partib⁹
ad ſeinuicē poſitionē habentibus ⁊ alia poſitionē nō habentibus. Hāc
diuiſionē declarat. qꝛ linea. ſuperficies. corpus ⁊ locus conſtant ex parti-
bus habentibus poſitionem. Numerus vō tempus ⁊ oratio conſtant
ex partibus nō habentibus poſitionem. Primā partem probat. qꝛ om̄e
illud conſtat ex partibus habentibus poſitionem cuius ſingule partes ſi-
gnate ſunt alicubi. ⁊ cuius partes ſunt continue ⁊ permanentes. ſed linea
ſuperficies. corpus ⁊ locus ſunt huiuſmodi. nō numerus. oratio tēpus.
igit̄. Maiorem ꝓbat ꝑmo de linea. qꝛ ſingule partes line ſignate ſunt ali-
cubi. ita ꝙ poſſumus ſignare de qualibet vbi ſita ſit. Sic etiam partes li-
nee habent poſitionē. Et oſtedit̄. vbi vnaqueqꝫ pars iacet ⁊ ſimile eſt de
ſoliditate. de corpore ⁊ etiā de loco. de numero oratione ⁊ tempore. Et ꝓ-
bat quia quāuis partes temporis ⁊ numeri habent ad inuicē ordinatio-
nem quandam. eo ꝙ aliqđ temporis eſt prius ⁊ aliqđ poſterius. Simili-
ter prius numerat̄ vnū ꝙꝫ duo. ⁊ duo ꝙꝫ tres. tamen iſte partes nō habēt
poſitionē. eo ꝙ non copulantur ad inuicē. Partes vō tpis nō ſunt ꝑma-
nentes. Nec etiam partes orationis ſunt permanentes aut continue. qꝛ
qđ dictū eſt nō poteſt amplius ſummi. hoc dictuꝫ eſt quod ſemel dictū
eſt amplius reſummi non poteſt.

In quarta particula philoſophus dete̾minat de quātitate ꝑ accidēs. ⁊ intendit talē cōcluſionē. Me ſole quātitates que dicte ſunt. ſunt ꝓprie ⁊ ꝑ ſe quātitates. ſed oīa alia ab iſtis dicūt̄ quāta ꝑ accidēs. ꝓbat. q̄a illa q̄ dicūt̄ ſola quantū ꝑ habitudinē ad quātitates p̄dictas dicunt̄ quāta ꝑ accidēs Sed om̄ia alia a p̄dictis ſi dicant̄ quāta dicunt̄ ſolū quāta ꝑ habitudinē ad quātitates p̄dictas. igit̄. Minorē ꝓbat inductiue. q̄a albū qd̄ eſt quātū aliud a p̄dictis dicit̄ multū. eo ꝙ ſupficies multa ſit. ⁊ actio dicit̄ longa. eo ꝙ tempus in quo fit eſt lōgū. ⁊ ſimilit̄ motus dicit̄ multus. q̄a tempus menſurās ip̄m eſt multū. Sed nullū hoꝝ dicit̄ ꝑ ſe quātū. q̄a ſi quis aſſignat quāta ſit actio diffiniet tēpore vel aſſignabit eā animā vel huiuſmodi. ⁊ ſi q̄s aſſignet quātū ſicut albū diffiniet ſupficie. Nam quāta fuerit ſuperficies tantū albū eſſe dices. In ſecūda parte huius capituli philoſophus dete̾minat de ꝓprietatibus quātitatis. Quaꝝ p̄ma eſt. Quātitati nihil eſt cōtrariū. ⁊ hoc eſt manifeſtum in om̄ibus quātitatibus expoſitis. ¶ Sed cōtra hāc ꝓprietatē obijcit̄. q̄a multū ⁊ paucū ſunt quātitates cōtinue. ⁊ etiā magnū ⁊ paruū. ⁊ tn̄ ſunt adinuicē cōtraria. ergo quātitati eſt aliq̄d cōtrariū. hāc obiectionē ſoluit p̄mo negādo maiorē dicēs ꝙ nullū hoꝝ eſt quātitas. ſed q̄libet eſt ad aliq̄d. ꝓbat. q̄a q̄libet iſtoꝝ dicit̄ i cōparatione ad aliud. ergo q̄libet iſtoꝝ eſt ad aliq̄d. Antecedens patet primo de magno ⁊ paruo ꝙ aliq̄s mons dicit̄ paruus. ⁊ granū milij dicitur magnū ⁊ ꝙ ſit maius alio grano milij. ⁊ mons paruus. q̄a eſt alio monte minor Sed ſi magnū ⁊ paruū dicerent̄ abſolute ⁊ nō in cōparatiōe ad aliud nunq̄ mons diceret̄ paruus. nec granū milij diceret̄ magnū. Secūdo ꝓbat de multo ⁊ pauco. q̄a nos dicimus plures hoīes eſſe in vico. et paucos in ciuitate ⁊ tamē certū eſt ꝙ in ciuitate ſunt multo plures q̄ in vico. Similiter dicimus plures eſſe in domo ⁊ paucos in theatro. cū tamen ſint plures in theatro. Sed nunq̄ diceremus iſtud ſi multum ⁊ paucum dicerent̄ abſolute ⁊ nō in ꝯparatione ad aliud. ideo magnū ⁊ paruū multū ⁊ paucū dicunt̄ ad aliud. ⁊ licet bicubitū ⁊ tricubitū ſignificēt quātitatem. tamē magnū ⁊ paruū ſignificāt quantitatē. ſed magis ad aliquid eo ꝙ dicunt̄ ſolū in cōparatione ad aliud. Secūdo ſoluit p̄dictā obiectionem negando minorē dicens. ꝙ ſiue aliq̄s concedat p̄dicta eſſe quantitates ſiue nō. tamen nihil eſt eis contrariū. Probat duabus rationibꝰ. Prima ratio eſt oſtenſiua. que talis eſt. Quecūq̄ ſunt ad aliquid nō ſunt adinuicem cōtraria ſed magnū ⁊ paruū. multū ⁊ paucū ſunt huiuſmodi vt dictū eſt prius. igit̄. Secūda ratio ducit ad duo impoſſibilia. et ē hec ſi ma-

gnū ⁊ paruū. multū ⁊ paucū eſſent cōtraria ſequeret̄ pͥmo q̄ contraria eſſent ſimul in eodem. cōſequens eſt impoſſibile. Secundo ſequeret̄ q̄ idem eſſet ſibiipſi cōtrariū. Patet pͥma cōſequentia q̄ aliqͥd idem eſt magnum reſpectu vnius ⁊ paruū reſpectu alterius. igitur in aliquo eodem ſi illa ſint contraria eſſent ſimul cōtraria. ſed hoc eſt impoſſibile. q̄a ſi duo contraria poſſent ineſſe alicui eidem maxime eſſent pͥme ſubſtātie. cuꝫ ipa ſit maxime ſuſceptiua contrarioꝝ ſed hoc nō. q̄a quāuis oīs homo ſit ſuſceptiuū cōtrariorū. tamē nullus poteſt ſimul ⁊ ſemel eſſe albus ⁊ niger. aut ſanus ⁊ eger. Secūda cōſequentia patet. q̄a ſi p̄dicta ſint contraria. ⁊ idem ſit magnū ⁊ paruū tunc idem erit ſibiipſi contrariū. ¶ Contra predictam proprietatē adhuc obiicitur ſic. Locus eſt quantitas vt dictū eſt. ⁊ tamē locus ſurſum ⁊ locus deorſum contrarian̄t. vt patet per diffinitionē contrariorum. Contraria eñ ſunt que ſub eodem genere poſita ſunt ⁊ maxime a ſeinuicem diſtant. Sed locus ſurſum ⁊ locus deorſum qui eſt in medio mundi eſt huiuſmodi. igit̄. Hanc obiectionē nō ſoluit philoſophus poteſt tamen ſolui diſtinguendo de cōtrariis. Diuerſa eñ ſunt contraria Quedā ſunt contraria ſcd̄m formas. ſicut ſunt forme actiue ⁊ paſſiue ab eodē ſubiecto viciſſim ſe expellentes. ⁊ iſto modo locus ſurſum ⁊ loc⁹ deorſum nō ſunt contraria. Alia ſunt contraria ſcd̄m locum. q̄a ſcd̄m rectitudinem diſtant plurimū. vt habet̄ q̄nto phiſicoꝝ. ⁊ iſto modo locus ſurſum ⁊ locus deorſum ſunt bene contraria. nec de ipis intelligitur prima proprietas. Secunda ꝓprietas eſt nō ſuſcipere magis ⁊ minus. nulla eñ quantitas ſuſcipit magis ⁊ minus. Probat inductiue. q̄a bicubitū nō ſuſcipit magis ⁊ minus. Vnū eñ bicubitum nō eſt alio magis bicubitum nec numerus ſuſcipit magis ⁊ minus. vt patet de ternario ⁊ quinario. nihil eñ dicun̄t magis tria q̄ꝫ q̄nqꝫ. nec tria minus q̄ꝫ tria. nec vnū tempus dicit̄ magis tempus q̄ꝫ aliud. nec vna oratio dicit̄ magis oratio q̄ꝫ alia. ⁊ ſic de aliis quantitatibus. ergo quantitas nō ſuſcipit magis ⁊ min⁹. Tercia proprietas. Maxime eſt ꝓpriū quantitati ſcd̄m eam equale vel inequale dici. Q̄ꝫ autem iſta ꝓprietas conueniat quantitati probat inductiue. q̄a corp⁹ dicit̄ equale vel inequale. ⁊ numer⁹ dicit̄ equalis vel inequalis. ⁊ ſic de aliis quantitatibus. igit̄. Q̄ꝫ autem conueniat ſoli quantitati. probat. q̄a alia que nō ſunt quātitates nō dicuntur equalia vel inequalia. q̄a affectio id eſt diſpoſitio nō dicit̄ equalis vel inequalis. ſed magis ſimilis. Similiter albū nō dicit̄ equale vel inequale. ſed ſimile. igitur propriū eſt quātitati ſcd̄m eam equale vel inequale dici.

Circa hunc textū querit̄ vtrū phi-loſophus in textu ſufficienter aſſignat diuiſiones ⁊ proprietates quanti-tatis. Et arguit̄ ꝙ nō. qa omne continuū poteſt fieri diſcretum. ergo pri-ma diuiſio eſt inſufficiens. Antecedens probatur primo. qa omne conti-nuum poteſt diuidi in ſuas partes. ſed ipſo diuiſo ſue partes ſunt diſcrete. Secūdo qa om̄e diuiſibile in vnitates eſt diſcretum. Sed continuum eſt diuiſibile in vnitates. vt habet cōmentator q̄nto methaphiſice cōmento decimooctauo. igit̄. Et confirmat̄. qa continuū ⁊ diſcretū ſunt reſpectiua ergo quātitas nō bene diuidit̄ in ea. tenet cōſequētia. qa quantitas eſt qd abſolutum. ſed abſolutum nō diuidit̄ per differentias aut ſpecies reſpecti-uas. Antecedens patet. qa omne quod diuidit̄ dicit̄ continuū. dicit̄ alteri continuū. Et omne quod dicit̄ diſcretū dicit̄ ab aliquo diſcretum.

Secundo arguit̄. Nulla bona di-uiſio debet dari per aliqua nō contenta ſub diuiſo. Sed ſecunda diuiſio ⁊ etiam illa que eſt in quantitate ꝑ ſe ⁊ quantitate per accidens dantur per membra nō contenta ſub quantitate igitur non ſunt bone. Maior patet. quia diuiſum debet ſemper verificari de diuidentibus. Minor probatur tum quia poſitio eſt vnū genus generaliſſimū cōdiſtinctū quantitati. er-go nō eſt differentia quantitatis. tum qa quantitas per accidens non eſt quantitas. vt patet de albo ⁊ actione. de quibus philoſophus exemplifi-cat manifeſtum eſt ꝙ nō ſunt quantitates. igit̄

Tercio arguitur. Oratio ⁊ nume-rus non ſunt ſpecies quantitatis diſcrete. ergo ſpecies quantitatis non ſunt conuenienter aſſignate. Antecedens probat̄ ꝑmo de oratione. tū qa om̄is oratio eſt mentalis. vocalis aut ſcripta. quarum nulla eſt quātitas. tum quia omnis quantitas diſcreta menſurat ſcđm multum ⁊ paucum. ⁊ continua ſcđm breue ⁊ longum vel latum ⁊ ſtrictum. Oratio aūt men-ſurat ſcđm breue ⁊ longum. tum quia oratio nō poteſt conuenient̄ reſpō-deri ad aliquam interrogationem querentem de quantitate. Secundo ꝓ-batur de numero. Primo. quia reperitur in illis in quibus nulla eſt quan-titas. ſcilicet in angelis. igit̄ nō eſt quantitas. Secundo. qa qđ nō eſt ens nō eſt quantitas. ſed numerus nō eſt ens. ſed entia. cum ſit quedam acer-uus vnitatū. vt vult cōmētator q̄nto phiſicoꝝ. igit̄. Tercio. qa qđ fit ex nō quantitate nō eſt quantitas. ſed numer⁹ fit ex nō quantitate ſcilicet ex vni-

cũ reſolutiõe textꝰ ad itẽtionẽ ſcoti

tate. igiť nõ eſt quantitas. tenet cõſequẽtia per ſimile. et nõ ſubſtãtijs non fit ſubſtãtia. Quarto. qa numerus pãrciũ continui nõ quantitas diſcreta ꝙ ſed continua. igitur.

Quarto arguiť. Linea. ſupficies ⁊ corpus ſunt vna ⁊ eadem res. ergo nõ ſunt ſpecies ab inuicem diſtincte Antecedẽs ꝓbať. qa ſi eſſent diuerſe res ſpeciuoce diſtincte ſequeretur ꝙ aliqua eadem ſubſtãtia eſſet longa tribus longitudinibus diſparatis et lata duabus latitudinibus. Cõſequens videť impoſſibile. igiť. conſequẽtia patet. qa ſigneť aliqua ſubſtancia corporea neceſſario cõueniunt ei ille tres quantitates tunc ſic illa ſubſtãtia eſt longa longitudine linee. ⁊ lõga longitudine ſuperficiei ⁊ longa longitudine corporis. nec iſte longitudines ſunt vna. quia in ſpecie diſtinctis vnũ non eſt pars alterius. Et ſimiliter arguitur de longitudine. ſuperficiei ⁊ latitudine corporis.

Quĩto arguiť. Locus nõ eſt quãtitas diſtincta a ſuperficie. ergo male poniť hic ſpecies quantitatis. Antecedens probať. qa locus eſt ſuperficies corpis continentis. vt habetur quarto phiſicoꝝ. ⁊ ꝓpter hoc philoſophus nõ enumerauit ipm qnto methaphiſice inter ſpecies quantitatis.

Sexto arguiť. Motus eſt quantitas continua. ⁊ tamẽ nõ enumerať hic. igiť ſpecies quãtitatis nõ ſunt ſufficienter poſite. Antecedens ꝓbať per philoſophũ qnto methaphiſice. et cõmentatorem ibidẽ dicentẽ. ꝙ motus ⁊ tempus ſunt quantitates per ſe ⁊ continue.

Septimo arguitur. Quantitas ſuſcipit maius ⁊ minus. ergo etiam ſuſcipit magis ⁊ minus. tenet conſeqńtia. quia in his que ſunt mole magna id eſt maius ⁊ melius.

Octauo arguitur. Nulla relatiua ſunt propria quantitati. ſed equale ⁊ inequale ſunt relatiua ergo non ſunt propria quantitati.

In oppoſituz arguitur auctorita-

# Queſtões i p̄dicamēta ariſtotelis

te philoſophi in textu. ¶ Pro ſolutione queſtionis ⁊ declaratione textus
precedentis mouentur alique difficultates.

**Prima difficultas Utrū quātitas**
ſit vnū genus generaliſſimū ab aliis diſtinctū. Et videt̄ ꝙ nō. Primo. q̄a
nullū genus p̄dicat̄ denominatiue de ſuis ſpeciebus. vt habet̄ ſecūdo to
picoꝝ. A genere em̄ nulla exit p̄dicatio denomiatiua. ſed quātitas p̄dicat̄
denomiatiue de ſuis ſpeciebus. vt dicendo linea eſt quanta. ſupficies eſt
quāta. igit̄. Scd̄o q̄a in vno quoqꝫ genere eſt vnū minimū primū. quod
eſt metrum ⁊ menſura eorum que ſunt illius generis. Sed in quantitate
ſunt duo minima ſcilicet vnitas ⁊ punctus. Tercio. q̄a cuiuſlibet generis
accidētalis eſt tm̄ vnū denominatiuū ſcd̄m qd̄ predicat̄ de p̄ma ſubſtan-
tia. ſed quantitati ſunt duo denomiatiua ſcilicet quottū ⁊ quantū. igitur.
Quarto. Omne genus debet habere vnā rationē ſcd̄m quā p̄dicatur de ſu
is ſpeciebus. ſed quātitas nō habet vnā talē rationē. q̄a vel eſſet ratio mē-
ſure vel ratio diuiſibilitatis vel aliqua alia. Non primum. quia ratio mē-
ſure prius conuenit cōtinuo qꝫ diſcreto. Nec ſecundū. quia diuiſibilitas
eſt proprietas paſſionalis quo non poteſt eſſe ratio formalis alicuius ab
ſoluti. cum paſſiones ſunt reſpectiue. ſi ſit aliqua alia detur illa. ¶ Pro ſo-
lutione iſtarum rationum ⁊ difficultatis ſupponitur primo ꝙ quantum
debet accipi dupp̄liciter. Uno modo vt idem eſt qd̄ quantitate informa-
tum. Et iſto modo quantum de nullo poteſt predicari denominatiue. p̄
ter qꝫ de ſubſtantia. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ iſte ſunt falſe. Linea eſt quanta.
Superficies eſt quanta ſummendo quantum iſto modo. Et ratio huius
eſt. quia per tales propoſitiones denotatur ꝙ quantitas adiaceat vel in-
hereat linee aut ſuperficiei tanqꝫ ſubiecto inheſionis. modo hoc eſt fal-
ſum. quia cum linea ⁊ ſuperficies ſint quantitates quātitatis non eſt quā
titas. alias procederetur in infinitum. Alio modo accipitur quantū pro
vt idem eſt qd̄ extenſum ſiue habens partes quātitatiuas extra ſeinuicem
Et hoc modo bene p̄dicatur denominatiue denominatione cōmuniter
dicta que eſt a predicato eſſentiali de linea ⁊ ſuperficie. ¶ Ex quo ſequitur
ꝙ iſte ſunt vere. Linea eſt quanta. Superficies eſt quanta ſummēdo quā
tum iſto modo. Et ratio huius eſt. quia per tales propoſitiones nihil
aliud denotatur niſi ꝙ linea eſt extenſa. vel habens partes quātitatiuas
extra ſeinuicem. Et ſimiliter de iſta. Superficies eſt quanta. Et per hoc pa-
tet ſolutio prime rationis.

# cũ reſolutiõe text⁹ ad itẽtionẽ ſcoti

¶ Secũdo ſupponit᷑ ꝙ hec ꝓpoſitio in vno quoqꝫ genere eſt tm̃ vnũ pri
mũ ⁊ minimũ ⁊c̃. diuerſimode a diuerſis exponit᷑. Dicunt eñ aliqui ꝙ ꝑ
illud tm̃ vnũ p̃mũ ⁊ minimũ intelligẽdũ eſt genus generaliſſimũ vniuſcu
iuſqꝫ predicamenti. id eſt vniuſcuiuſqꝫ coordinatiõis p̃dicamentalis qđ
eſt menſura coꝝ ſcđm diffinitionẽ ⁊ cognitionẽ. Nam ꝑ ipm̃ diffiniunt᷑ ⁊
cognoſcunt᷑ oĩa que ſunt ſub illo· ipm̃ aũt nõ diffinit᷑ nec cognoſcit᷑ per
ea. ſaltẽ a priori. Alij dicũt ꝙ ꝑ illud vnũ p̃mũ ⁊ minimum debet intelligi
vna ſpecies ꝑfectiſſima cõtenta ſub genere. qua qdẽ ſpecies dicit᷑ eſſe mẽ
ſura aliarũ ſpecierũ ꝑfectiõis. Nam ſcđm ꝙ alie ſpecies magis ad eã acce
dunt in perfectione ſunt perfectiores. ⁊ ſcđm ꝙ magis recedũt ab ea ſunt
imꝑfectiores. ⁊ iſto modo in genere quãtitatis eſt vnũ p̃mũ ⁊ minumũ
id eſt vna ꝑfectiſſima ⁊ ſimpliciſſima ſpecies. Sed illa nõ eſt nobis nota
vel ſi eſt nobis nota ei nõ eſt nomẽ impoſitũ. Qꝫ aũt in quolibet genere
ſit vna talis ſpecies. qa inter ſpecies eiuſdem generis eſt ordo eſſentialis.
Sed cũ in ipis nõ ſit ꝓceſſus in infinitũ deueniendũ eſt ad vnã primam
igit᷑. Alij dicunt ꝙ ꝑ genus eſt intelligendũ genus phiſicũ ⁊ nõ gen⁹ logi
cũ. ita ꝙ ſit ſenſus in vnoquoqꝫ genere phiſico eſt vna p̃ma ſpecies. ſicut
in genere coloris albedo. ⁊ in genere ſaporis dulcedo. ¶ Ex his patet qua
liter ſcđm has expoſitiones ſit reſponenddum ad ſcđam rationeꝫ. Aliter
tamẽ adhuc ſoluit᷑ dicẽdo ꝙ in genere quantitatis nõ ſunt duo ſimplicit᷑
p̃ma ⁊ minima. ſed eſt tm̃ vnũ ſcilicet vnitas ipa eñ eſt ſimpliciter prior
puncto. ⁊ ad eã reducit᷑ punctus ſicut ad ſimplicius ⁊ prius ſe. punct⁹ eñ
vltra vnitatẽ addit poſitionẽ in cõtinuo. eo ꝙ punctus eſt vnitas poſitio
nẽ habẽs. Vel adhuc aliter poteſt dici ꝙ qꝫuis in genere quãtitatis ſint
duo prima ⁊ minima. ſcilicet punctus ⁊ vnitas. tamẽ ibi eſt tm̃ vnũ pri
mũ ⁊ minimũ qđ eſt metrũ ⁊ menſura oĩm alioꝝ. Punctus eñ nõ eſt mẽ
ſura cõtinui. qa tũc aliquotiẽs ſumptus redderet cõtinuũ. ⁊ ꝑ cõſequens
cõtinuũ eſſet cõpoſitũ ex indiuiſibilibus. ſed vnitas ſiue vnum eſt mẽſura
oĩm. eo ꝙ vnũ applicatũ alicui parti cõtinui eſt menſura cõtinui. vt dicit᷑
quarto methaphiſice. ¶ Tercio ſupponit᷑ ꝙ quãtũ vt dicũt aliq̄ dupl'r ac
cipit᷑ dupliciť. Vno modo vt tantũ valet ſicut extenſum ſiue magnum. ⁊
iſto modo quantũ nõ eſt denomĩatiuũ generaliſſimi quantitatis. ſed eſt
p̄ciſe denomĩatiuũ quantitatis cõtinue. ⁊ iſto modo quantuꝫ diſtinguit᷑
cõtra quottũ. Alio modo accipit᷑ quãtũ ꝓut tantũ valet ſicut diuiſibile in
partes quãtificatiuas. vel ꝓ vt tantũ valet ſicut habẽs partes quãtificati
uas extra ſeinuicẽ. ⁊ iſto modo eſt adequatũ denomĩatiuũ generaliſſimi

quãtitatis. ⁊ ſic accipit̄ cū dicit̄. duo ſunt quãta. tria ſunt quãta ⁊ ꝑ hoc pa
tet ſolutio tercie ratiōis. Alij dicūt alit̄ ꝙ q̄uis ſcḋm reſtrictionē vſualem
hoc nomē quantū nō ſit ꝓpriū ⁊ adequatū denoīatiuū quãtitatis. tamē
ſcḋm rem eſt ſuū ꝓpriū denoīatiuū. Dicūt em̄ iſti ꝙ quãtitas ƀm vſum
loquēdi habet duo denoīatiua. ſcilicet quãtū pro quãtitate cõtinua. et
quottū pro quãtitate diſcreta. ⁊ reddūt rationē. q̄a quãdocūq3 aliq̄b⁹ du
obus eſt nomē cõmune ⁊ vni illoꝝ eſt nomē impoſitū. alteri vō nō. tunc
illud nomē cõmune ꝑ reſtrictionē vſualē attribuit̄ ei cui nō eſt nomē im
poſitū. ⁊ ſic cū quantū ſit denoīatiuū adequatum quantitatis cõtinue.
aliud denoīatiuū quãtitatis diſcrete qḋ dicit̄ quottū. ⁊ aliud denomia-
tiuū quãtitatis cõtinue cui nō eſt nomē impoſitū accipit̄ vſualit̄ preciſe
pro denoīatiuo quãtitatis continue. ¶ Quarto ſupponit̄ ꝙ cuiuſlibet
generis generaliſſimi eſt aliqua ratio ſcḋm quã dicit̄ vniuoce de omībus
ſpeciebus cõtentis ſub eo. Ex quo ſequit̄ ꝙ quãtitatis eſt aliqua ratio. ſed
que ſit illa eſt cõtrouerſia. Dicunt em̄ aliq ꝙ ratio menſure eſt ꝓpria ratio
quãtitatis ⁊ ꝑ eã ſic diffinit̄. Quãtitas eſt ens limitatū quo aliqḋ eſt men
ſurabile vel mēſurãs. Probãt. q̄a philoſophus ꝓbat ea que hic enume-
rat eſſe ſpecies quãtitatis ꝑ rationē mēſure. vt orationē ⁊ alia. igit̄. ¶ Sed
cõtra illud obijcit̄ ꝙ ratio cuiuſlibet generis eque ꝑmo eſt in ſuis ſpecie-
bus. ſed ratio mēſure prius cõuenit quãtitati diſcrete q̄3 cõtinue. igit̄. Se-
cūdo ſic. ſi ratio mēſure eſſet ꝓpria ratio quãtitatis tūc illḋ qḋ maxime ha
beret rationē mēſure maxime eſſet quãtitas ⁊ ſpecies quãtitatis. Sed vni
tas maxime habet rationē3 menſure. vt dicit̄ decimo methaphiſice. ergo
ip̄a maxime eſſet quãtitas ⁊ ſpecies quãtitatis. qḋ eſt falſum. quia ip̄a nō
eſt in genere quãtitatis niſi reductiue. Tercio ratio mēſure cõuenit omni
generaliſſimo vt prius tactū eſt. ergo nō eſt ꝓpria ratio quantitatis. Alij
dicūt ꝙ ꝓpria ratio quãtitatis eſt diuiſibilitas in partes eiuſdē rationis
ſeu in partes quãtitatiuas. probãt ꝑ philoſophū q̄nto methaphiſice. q
dicit. Quãtū eſt qḋ eſt diuiſibile in ea que inſunt. quoꝝ ſingulū natū eſt ali
qḋ eſſe vnū ⁊ hoc aliqḋ. ſed hoc nō poteſt ſtare. tum q̄a diuiſibilitas ē paſ
ſio quãtitatis. igit̄ nō eſt ei⁹ ratio. Antecedēs ꝓbat̄. q̄a cõmunit̄ aſſignãt
quatuor paſſiões quãtitatis. ſcilicet diuiſibilitas finitū ⁊ infinitū. equale
⁊ inequale ⁊ mēſurabilitas. tū q̄a potētia ⁊ actus diuidūt oīe ens. ſed di
uiſio actualis nō eſt ratio quãtitatis. q̄a tūc oīs quãtitas eſſet ſemꝑ actu
diuiſa. igit̄. Dicit̄ ergo alit̄ ꝙ habere partes quãtitatiuas eiuſdē3 rationis
eſt ꝓpria ratio quãtitatis ꝑ quã cõtrahit̄ ens ad quãtitatē ⁊ ꝑ quã quãti-

tas diſtinguit̄ ab alijs p̄dicamētis. ſicut ſubſtātia ꝑ eſſe ꝑ ſe. ⁊ ad illā ratiōnē ſequunt̄ paſſiones prius enumerate. ⁊ ꝑ eā habēt demōſtrari de quātitate. Et his patet ſolutio quarte rationis.

**His ſuppoſitis dicit̄ p̄mo. Quātitas** eſt genus generaliſſimū. patet ꝑ diffinitionē generis generaliſſimi. Et ſi dicat̄ habet aliqd ante ſe ſcilicet ſubſtātiā. igit̄. Dico ꝙ habet ſubſtātiaꝫ ante ſe tanq̄ꝫ ſubiectū. ſed nō tanq̄ꝫ p̄dicatū dictū qditatiue de ea. Et ſi dicat̄ vlteri⁹ ꝙ habet diffiniri ꝑ ſubſtātiā. qa om̄e accidēs diffinit̄ ꝑ ſuū ſubiectū. ergo habet ſubſtātiā ante ſe tanq̄ p̄dicatū qditatiuum. Dicit̄ ꝙ ipa diffinit̄ ꝑ ſubſtātiā diffinitiōe data ꝑ additamentū. ⁊ nō diffinitiōe qditatiua. partes aūt diffinitiōis date ꝑ additamētū non ſunt p̄dicata qditatiua diffiniti. Dicit̄ ſcd̄o ꝙ quātitas diſtinguit̄ ab alijs p̄dicamētis. patet. qa habet vnā ꝓpriā rationē. ⁊ vnū ꝓpriū modū p̄dicandi diſtinctū a modis p̄dicādi ⁊ ratiōibus alioꝝ p̄dicamentoꝝ. igit̄ diſtinguitur ab eis. Antecedens eſt notū ex ſupradictis.

**Scd̄a difficultas Utrū numer⁹ ⁊** oratio ſint quātitates diſcrete a rebus quas mēſurāt realit̄ diſtincte. Pro cuius ſolutiōe ſupponit̄ p̄mo ꝙ oratio poteſt accipi dupliciť. Uno modo ꝓ eo qd̄ ꝑ ſe ſignificat. ⁊ ſic eſt quedā relatio rationis fundata ſuper ſigno cōplexo. ⁊ iſto modo de oratiōe fiet ſermo p̄mo periarmenias. Alio modo accipit̄ ꝓ eo qd̄ denomiat. ⁊ hoc tripliciť. Uno modo accipit̄ pro oratione mētali. ⁊ iſto modo oratio ꝑtinet ad p̄mā ſpeciē qualitatis. Secūdo accipit̄ ꝓ oratiōe ſcripta. ⁊ hoc adhuc dupliciť. Primo vel accipit̄ pro materia ex qua talis oratio ē cōpoſita. cuiuſmodi eſt incauſtū. ⁊ ſic ꝑtinet ad p̄dicamētū ſubſtātie. Vel accipit̄ ꝓ ꝓtractiōe litteraꝝ. ⁊ ſic ꝑtinet ad quartā ſpeciē qualitat̄. Tercio accipit̄ ꝓ oratiōe vocali ⁊ hoc tripliciť. Uno mō accipit̄ ꝓ ſono aut ꝓ voce ꝓlata ⁊ ſic ꝑtinet ad t̄ciā ſpeciē qualitatis. Scd̄o mō accipit̄ ꝓ actiua ꝓlatiōe ip̄i⁹ oratiōis. ⁊ ſic ꝑtinet ad genus actiōis. Tercio mō accipit̄ ꝓ diſcretiōe ſeu mēſura ſyllabaꝝ ꝓlataꝝ ſibijnuicē ſuccedētiū. ſꝫm qd̄ dicim⁹. hec ſyllaba eſt breuis. ⁊ illa lōga. ⁊ iſto mō accipit̄ hic oratio. ⁊ poteſt ſic diffiniri. Orō ē mēſura diſcreta ⁊ ſucceſſiua vocis ꝯpoſite ex partib⁹ diſcret̄ ſibijnuicē in ꝓlatiōe ſuccedētib⁹. Unde vocis ꝯpoſite ⁊ ꝓlate ſunt tres mēſure. ſcꝫ. tēpus. numer⁹ ⁊ orō. tēpus quo ad ꝓlationē. numerus quo ad partes eius diſcretas abſolute. Et oratio eſt mēſura pro vt partes eius diſcrete ſibijnuicem ſuccedunt.

¶Secūdo ſupponiẗ q̄ numerus tripliciter poteſt accipi. Uno modo p̄
numero numerato que eſt res numerata. Alio modo pro numero nume
rante que eſt aīa. ⁊ iſtis duobus modis nō accipiẗ hic. Tercio modo ac-
cipiẗ pro numero quo nos numeramus ſcilicet pro quadā quantitate di
ſcreta que cauſaẗ ex diuiſione cōtinui. Et iſto modo accipiẗ hic ⁊ diffiniẗ
ſic. Numerus eſt multitudo ex vnitatibus aggregata. ⁊ p̄ter iſtos nume-
ros adhuc eſt qdā numerus trāſcēdēs q̄ cōponiẗ ex vnitatib⁹ tranſcendē
tibus ⁊ cauſaẗ ex diuiſione entitatū. Iſte aūt poteſt reperiri in oīibus re
bus mūdi. Nā cū oīis res ſit vna vnitate entitatiua poteſt cū alia re cau
ſare binariū. ſed ille binarius nō eſt res diſtincta ab ip̄is rebus numerat̄
eo q̄ cōponiẗ ex vnitatibus que ſunt res realiter numerate.

His ſuppoſitis diciẗ p̄mo q̄ oratio
eſt quātitas diſcreta. patet p̄ philoſophū in textu. Diciẗ ſecūdo q̄ oratio
eſt a re quā menſurat realiter diſtincta. Probaẗ. q̄a quādo aliqua duo ſic
ſe habēt q̄ vno manente eodē aliud variaẗ ⁊ diuerſificaẗ illa ſunt realiẗ di-
ſtincta. ſed oratio ⁊ id qd̄ menſurat ſunt huiuſmodi. Nam menſurato ex
iſtente vno ⁊ eodē neq̄ variato oratio poteſt mutari de breuitate in lon-
gitudinē ⁊ ecōtra. igiẗ. Dicūt tamē hic aliq̄ q̄ oratio nō eſt quātitas. ⁊ p̄
bant. q̄a philoſophus enumerās q̄nto methaphiſice ſufficienter ſpecies
quantitatis nō poſuit orationē. q̄ aūt hic poſuit hoc nō eſt ſcd̄m opini-
onē p̄priā. ſed ſcd̄m opinionē famoſam tēpore ſuo Diciẗ tercio q̄ numer⁹
quantitatiuus diſtinguiẗ realiẗ a rebus numeratis. p̄baẗ multipliciter.
Primo ſic ſcd̄m philoſophū q̄nto methaphiſice bis tria nō ſunt ſex. ſed ſi
numerus eſſet realiter res numerata bis tria eſſent ſex. igiẗ. Secūdo ſic. nu
merus eſt ſenſibile p̄ ſe vt vult philoſophus ſcd̄o de aīa. ſed res numera-
te nō ſunt ſenſibilia p̄ ſe. ſed ſenſibilia p̄ accidens. ergo res numerate non
ſunt realiter numerus. Tercio ſic. illa ſunt realiter diſtincta quoꝝ vnū po-
teſt corrūpi altero nō corrupto. Sed numerus poteſt corrūpi manētib⁹
rebus numeratis. vt patet. ſi vniantẗ due magnitudines corrūpiẗ eaꝝ dua
litas. q̄a amplius nō ſunt due. ſed vna. igiẗ. Quarto ſic. Oīe accidēs realiẗ
ter diſtinguiẗ a ſuo ſubiecto. ſed numerus eſt accidēs. cū ſit ſpecies quan
titatis. ergo numerus diſtinguiẗ realiẗ a rebus numeratis. ¶Sed cōtra
iſtud dictū arguiẗ quadrupliciẗ ſcd̄m cōmentatorē q̄rto phiſicoꝝ. mens
facit numerū in ſubiecto ſeparato. ergo numerus nō eſt forma accidenta-
lis preter aīam diſtincta a reb⁹ numeratis. Secūdo ſic ſcd̄m philoſophū

quarto methaphiſice. Menſura vocū eſt vox magnitudinis magnitudo vnitatū vnitas. ſed nō numeroꝝ numerus. ſed ſi numerus eſſet res diſtincta a rebus numeratis ſicut magnitudo a re magna menſurat̄ nō videt̄ cauſa quare numerus nō eſſet menſura numeroꝝ ſicut magnitudo eſt mēſura magnitudinis. Tercio ſic. forma diſtinguit̄ ⁊ multiplicat̄ ad diſtinctionē ⁊ multiplicationē materie. ſed materia numeri que eſt res numerata nō eſt aliqđ vnū. ergo nec numerus eſt aliqđ vnū ⁊ ꝑ cōſequēs nō eſt accidens diſtinctū a rebus numeratis. Quarto ſic. Si numer⁹ diſtingueretur a rebus numeratis ſequeret̄ p̄mo ꝙ agens ꝓducens aliqđ ens produceret tot entia quot. erant in mūdo. cōſequēs eſt falſum. igit̄. Cōſequentia patet. qa vno ꝓducto ꝓducit̄ binarius. ergo in quolibet ente producunt̄ tot binarij quot prius erant entia. Secūdo ſequeret̄ ꝙ agens naturale poſſet ꝓducere formā abſolutā in quacūqꝫ diſtantia. Nam ſi agēs naturale ꝓduceret aliquā vnitatē tunc cū quocūqꝫ alio vno etiā in quantacūqꝫ diſtantia faceret binariū. Ad p̄mū iſtoꝝ dicit̄ ꝙ numerus accipit̄ dupliciter. Vno modo ꝓ quantitate diſcreta que cauſat̄ ex diuiſione continui. ⁊ ſic mens nō facit numerū. ſed numerus eſt in rebus ſecluſa mente. Alio modo accipit̄ numerus ꝓ numero tranſcendente q̄ dicit̄ numerus eſſentiarū. ⁊ tali numero numerant̄ partes exiſtentes in cōtinuo. inter q̄s nō eſt aliqs numerus p̄dicamentalis eo ꝙ nō ſunt a ſeinuicem diuiſe ⁊ diſcrete. tamē mens facit inter eas diſcretionē. dicēdo vnā nō eſſe aliā. ⁊ vnā cū alia facere multitudinē. ⁊ ſic intelligit cōmentator ꝙ mens facit numerū. id eſt diſcretionē inter ea que nō ſunt diſcreta. intellectus em̄ poteſt diuidere ea que ſunt coniuncta in re. vt habet̄ vndecimo methaphiſice. ⁊ de vno qđ eſt vnū quātitatiue poteſt ꝓprie facere multitudinē entitatiuā. Ad ſcđam dicit̄ ꝙ multiplex eſt menſura. Quedaꝫ eſt menſura ꝑfectiōis. ⁊ ſic p̄ma cauſa eſt menſura omniū q̄ ex acceſſu ⁊ receſſu ad eam cauſat̄ ꝑfectio cuiuſlibet entis. Secūda eſt menſura durationis. vt tempus. Tercia eſt mēſura p̄ciſionis. ⁊ ſic om̄is cauſa eſt menſura proprij cauſati. ⁊ ſic dicit̄ q̄nto methaphiſice ꝙ ſenſibile eſt menſura ſenſus. Quarta eſt menſura extenſionis. ⁊ iſta eſt duplex. q̄a quedā eſt adequata que adequate ſignificat quantitatem ſicut vna vlna panni. Alia eſt inadequata. que multociēs accepta ſignificat quantitatē rei. vt vlna decies capta menſurat pannū decē vlnaꝝ. Et de iſta menſura dicit philoſophus ꝙ debet eſſe minima. ſupple ad cōparationē ad menſuratū vnitas ergo eſt menſura numeroꝝ ꝑ replicationem eo ꝙ aliquotiens accepta redit numerū. tamē nō eſt mēſura adequa.

ra. qa nulli numero adequat᷑. binarius aūt bene eſt menſura alterius binarij adequata. Sed numerus nō eſt vniuerſalit᷑ menſura numeroꝝ. Et hoc voluit dicere philoſophus. Ratio aūt diuerſitatis in magnitudine ⁊ numero eſt. qa omī magnitudine data cōtingit dare minorem. ſed nō in numero. Ad terciū dicit᷑ ꝙ forma diſtinctione extrinſeca diſtinguit᷑ per materiā. ſed nō diſtinctione intrinſeca. ⁊ ſic nō oportet numerū formarū eſſe tm̄ diuerſificatū quantū eſt ſua materia. Vel alit᷑ dicit᷑ ꝙ maior eſt vera de accidētibus cōtinuis que nō habent eſſe ſimul ⁊ ſemel in diuerſis ſubiectis. nec ſcd̄m ſe totā. nec ſcd̄m ſuas partes. ſed nō eſt vera de accidentibꝰ diſcretis que ſcd̄m ſuas partes habent eſſe in diuerſis ſubiectis. Ad quartū dicit᷑ p̄mo negando p̄mā cōſequētiā. Et ad ꝓbationē dicit᷑ ꝙ licet producēs aliqꝺ cōtinuū ꝓducat tot binarios quot prius erant entia continua. tamē nō producit tot entia. ⁊ ratio eſt. qa illud ens cum entibus non quantitatis nō facit binariū quantitatiuū. licet faciat binariū tranſcendētem. q̄ nō diſtinguit᷑ a rebus numeratis. Et ſi arguat᷑ ꝙ ille binarius componatur ex vnitate q̄ntitatiua. ergo eſt q̄ntitatiuus. Dicit᷑ negādo antecedens. Nam quādo aliqꝺ quantū numerat᷑ cū nō quanto numeratio fit ꝑ vnitates trāſcēdētes. patet. qa cū t᷑minis numeralibus ſemꝑ ſubintelligitur aliqs terminꝰ trāſcēdēs. puta ens vel aliqꝺ aliud. Dicit᷑ ſcd̄o ꝙ nō eſt incōueniēs agens naturale ꝓducere formā abſolutā nō habētē cōtrariū in quacūq; diſtantia. Qꝺ patet. qa ſi diſtātia ſolis a terra eſſet maior ī decuplo q̄z ſit adhuc ſol poſſet ꝓducere lumē ſuꝑ terrā. Sed hoc eſt incōueniēs de forma abſoluta habēte cōtrariū. qꝺ contrariū impedit actionem agentis ne agat vltra certā diſtātiā. Numerus aūt eſt forma abſoluta nō habēs cōtrariū. Dicit᷑ quarto ꝙ numerus eſt quantitas diſcreta. patet ꝑ philoſophum in textu.

## Tercia difficultas Utrū linea: ſuperficies ⁊ corpus ſint ſpecies quantitatis cōtinue inter ſe ⁊ a rebꝰ quas menſurāt realit᷑ diſtincte.

¶ Pro cuiꝰ ſolutiōe ſupponēdū eſt qꝺ ſit linea. qꝺ ſuꝑficies. ⁊ qꝺ corpus. ⁊ quot modis ſummit᷑ corpus habet᷑ in ſumulis. ¶ Scd̄o ſupponit᷑ ꝙ ſicut in diſcretis eſt ordo. ita ꝙ materiale vnius ſpeciei diſtincte eſt pars alteriꝰ. vtputa vnitates materiales binarij ſunt partes ternarij. ⁊ vnitates ternarij ſunt partes materiales quaternarij. et ſic cōſequent᷑ nihilominꝰ inter illos numeros eſt diſtinctio ſpecifica ſic eſt in cōtinuis ordo ꝙ materiale vnius ſpeciei eſt pars materialis alteriꝰ ſpeciei vel ſaltē terminꝰ eius. ⁊ ſic inter ipa cōtinua eſt diſtictio ſpecifica

# cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

¶ Tercio ſupponit̄ ꝙ in qualibet iſtaꝝ triū ſpecieꝝ ſunt quedā indiuiſibi
lia ſubiicibilia. vt in linea puncta. in ſupficie linea ⁊ in corpe ſupficies. Pro
batur dupliciť. Primo auctoritate philoſophi in textu ꝓbantis iſtas eſſe
quātitates cōtinuas ꝑ hoc ꝙ eoꝝ partes copulant̄ ad aliquē t̄minū com
munē. ſed ille t̄min⁹ cōmunis nō eſt aliqd aliud ꝗ̄ indiuiſibile exiſtens in
eis. qa terminus inquātū termin⁹ ſemꝑ eſt indiuiſibilis. Scd̄o ꝓbat̄ au
ctoritate bohecij dicentis in cōmēto ſuꝑ textū ꝑcedentē ꝙ termin⁹ eſt qd
tam permiſſiuū ꝙ in partes ſecari nō poteſt. ⁊ ad qd̄ copulant̄ partes li
nee. ¶ Ex quo ſequit̄ ꝙ indiuiſibilia nō ſunt pura ymaginaria ſicut dicunt
nominales. ſed ſunt vere entitates poſitiue. alias eis nō cōueniret copu
lare aut t̄minare iſtas quātitates. ¶ Quarto ſupponit̄ ꝙ iſta indiuiſibilia
adhuc ſunt duplicia. q̄ qdē ſunt cōtinuitia parciū adinuicē. ⁊ iſta ſolent
vocari indiuiſibilia in potētia. qd̄ debet intelligi de potētia ꝓut opponit̄
actui t̄minandi. ⁊ nō ꝓut opponit̄ actui eſſendi qa ipa actualiť exiſtūt vt
ſunt infinita. Alia ſunt indiuiſibilia t̄minatiua. ⁊ iſta ſolent vocari indiuiſi
bilia in actu. eo ꝙ actu eis cōuenit actus t̄minādi. ⁊ iſta ſunt ſemꝑ finita.
Ex quo ſequit̄ ꝙ in linea ſunt duplicia puncta. ſcilicet puncta cōtinuitiua
que ſunt vbiqꝫ in in tota linea. ⁊ puncta det̄minatiua. que tm̄ ſunt duo. ni
ſi forte linea eſſet circularis. qa tūc ſolū eius eſſent pūcta cōtinuitiua. ⁊ ꝓ
pter hoc ipa dr̄ infinita ꝑuatiue. Et cōſimiliť dicēdū ꝙ in ſupficie ſunt du
plices linee. ſcilicet cōtinuatiue ⁊ t̄minatiue. Et incorporee duplices ſupfi
cies cōtinuatiue videlicet ⁊ t̄minatiue. Cōueniūt aūt ⁊ differūt iſta indiui
ſibilia pūctus. linea ⁊ ſupficies. Et pmo cōueniūt. qa qd̄libet eoꝝ eſt indi
uiſibile diuiſione qua diuidit̄ id cui⁹ eſt t̄min⁹. vt pūctus eſt indiuiſibilis
diuiſiōe qua diuidit̄ linea ſcꝫ ſcd̄m lōgitudinē. Et linea eſt diuiſibilis diui
ſione qua diuidit̄ ſupficies vt ſupficies ē ſcꝫ ſm̄ latitudinē. Et ſupficies ē
indiuiſibilis diuiſiōe qua diuidit̄ corp⁹. vt corp⁹ ſcꝫ ſm̄ ꝓfunditatē. Cōue
niūt vlteri⁹. qa ſicut pūctu addit⁹ pūcto nō facit lōgi⁹ aut mai⁹. ſic linea ad
dita linee nō facit latius. nec ſupficies addita ſupficiei facit ꝓfundi⁹. ⁊ ra
tio iſtoꝝ ē. qa indiuiſibile eā parte qua ē indiuiſibile additū idiuiſibili nō
nō facit mai⁹. licet bene faciat plus. ſed oīa iſta ſunt indiuiſibilia. igiť. Sed
differūt qa pūct⁹ eſt ſimpliciť indiuiſibilis. ꝫ linea ⁊ ſupficies nō ſunt ſim
pliciť indiuiſibiles. ¶ Sed ↄtra ꝑdicta obiicit̄. Si eſſent talia indiuiſibilia
in reꝝ natura vel eſſent ſb̄e vel accidētia. nō ſb̄a. qa ponūt̄ eſſe quantitates
nec accidētia. tū qa oē accidēs eſt i ſbiecto ſibi adeq̄to. Sed iſta indiuiſibi
non ſunt in ſubiecto eis adequato. quia vel eſſent in ſubſtantia corporea
diuiſibili. vel in ſubſtantia corporea indiuiſibili.

Non in ſubſtātia diuiſibili.q̄a tunc haberent partē ⁊ partē.⁊ ſic nō eſſent
indiuiſibilia.nec in ſubſtātia corꝑorea indiuiſibili. q̄a nulla eſt talis.tum
oīs ſubſtātia corꝑorea ſit quāta.⁊ oīe quantū ſit diuiſibile. Tum quia
oīe accidēs denoīat aliqđ ſubiectū.ſed nihil denoīat̄ punctale. ergo
ſaltē punctus nō eſt aliqđ accidens exiſtens in linea diſtinctuꝫ a linea.Ad
iſtud reſpōdet̄ ꝙ iſta indiuiſibilia nō ſunt ſubſtātie.ſed diſtinguunt̄ realit̄
a ſubſtantia.alias rediret opinio platonis ponentis corꝑa cōponi ex ſu
perficiebus.qđ reprobat philoſophus in multis locis. Dicit̄ vltra ꝙ iſta
indiuiſibilia ſunt accidentia.nec oportet ꝙ ſint in ſubiecto ſibi adequato
Sed ſufficit ꝙ ſint in eodē ſubiecto in quo ſunt quātitates quarū ſunt ter
mini.vt pūctus eſt ſubiectiue in ſubſtantia in qua eſt linea cuius eſt t'mi
nus.nec oportet ip̄am ſubſtantiā denoīari punctualē a puncto.eo ꝙ
nullū accidēs habet denoīare ſubſtātiā niſi ſcđm ſe ſit ſufficiens inhere
re illi.⁊ habere ꝓpꝛiū modū p̄dicādi de ea.ſic nō eſt de puncto.

His ſuppoſitis dicit̄ p̄mo ꝙ linea:
ſuperficies ⁊ corpus ſunt quantitates ⁊ cōtinue. Prima pars patet quia
eis cōuenit ratio quantitatis ⁊ modus p̄dicandi eius.Secunda pars pa
tet.q̄a partes earū copulant̄ ad aliquē terminū cōmunē.Dicit̄ ſecundo ꝙ
inter ſe realiter diſtinguunt̄. Probat̄ p̄mo ſic.q̄a poſſunt a ſeinuicē ſepara
ri igit̄ diſtinguunt̄ realit̄.Anteceđs patet.q̄a linea cū ſit prior naturalit̄
alijs ⁊ ſpeciuoce diſtincta ab eis non videtur aliqua implicatio quin poſ
ſit eſſe ſine eis.Secūdo.q̄a diſtinguunt̄ eſſentialit̄.ergo diſtinguunt̄ realit̄
Cōſequētia eſt nota ex p̄miſſis.Antecedēs patet.q̄a quecūqꝫ diſtinguūt̄
ſpeciuoce diſtinguunt̄ eſſentialit̄.Iſtud amplius alibi ꝓbabit̄. Dicit̄ ter
cio ꝙ linea.ſupꝑficies ⁊ corpus a rebus quas menſurāt realit̄ diſtinguunt̄
ſcilicet a ſubſtātia ⁊ qualitate.Probat̄ auctoritatibus ⁊ rationibus. Pri
ma auctoritas eſt philoſophi p̄mo phiſicoꝝ dicentis. Si ſbſtātia ⁊ quā
titas ſunt.duo ſunt que ſunt.⁊ paulo poſt dicit ꝙ ſi ſola ſubſtātia eſſet nō
eſſet magnitudo.⁊ idem dicit ꝙ ratio finiti ⁊ infiniti quantitati congruit.
Secunda auctoritas eſt auguſtini in libro de trinitate dicentis ꝙ in vna
quaqꝫ ſubſtantia corꝑorea aliud eſt quantitas aliud eſt relatio ⁊ aliud eſt
qualitas. Prima ratio. Hec ꝓpoſitio.nulla quātitas eſt ſubſtātia eſt im
mediata.vt dicit philoſophus p̄mo poſterioꝝ.ergo eſt in toto vera. aut
toto falſa.Sed non eſt in toto falſa.ergo eſt in toto vera.Secunda ratio.
Quātitas eſt terminus alicuius motus cuius ſubſtātia nō eſt terminus

ergo quãtitas diſtinguit̃ realiter a re quanta. Antecedens patet. q̃a quantitas eſt terminus augmentatiõis aut diminutionis. ſubſtãtia aũt nulli' motus eſt terminus. vt vult philoſophus q̃nto phiſicoꝝ. Tercia ratio. Om̃e accidẽs diſtinguit̃ realiter a ſubſtãtia. ſed linea. ſuperficies ⁊ corpus ſunt accidentia cum ſint quantitas. igit̃. Maior patet. q̃a coordinatiões ꝑdicamẽtales nõ permiſcent̃. vt vult philoſophus ꝑmo poſterioꝝ. ⁊ ſimplicius dicit ꝙ nature ꝑdicamentoꝝ ſunt impmixte. ℂ Circa ꝑdicta orit̃ dibiũ vtrũ iſte ſole tres quãtitates habeãt poſitionem in ſuis partibus.

ℂ Pro ſolutiõe ſupponit̃ ꝙ quantitatũ alie habent poſitionẽ parciũ. alie nõ habẽt poſitionẽ. ℂ Secũdo ſupponit̃ ꝙ poſitio accipit̃ dupliciť Vno modo pro ordine parciũ alicuius totius in loco ipſius totius. ⁊ iſto modo poſitio eſt vnũ genus generaliſſimũ quod alio noĩe vocat̃ ſitus. Alio modo accipit̃ pro ordine parciũ alicuius totius ad ſuũ totũ. ⁊ iſto modo poſitio eſt differentia quãtitatis. Ad hoc aũt ꝙ cõueniat alicuibi quantitati tres cõditiones requirunt̃. Prima eſt ꝙ partes eius ſint ꝑmanentes. Et per hoc excludunt̃ oratio ⁊ tempus. Scd̃a eſt ꝙ tales partes ſint ſituate in loco totius ſcd̃m ordinẽ prioris ⁊ poſterioris. Tercia eſt ꝙ ille partes ſint continue ſic ꝙ copulant̃ ad aliquẽ terminũ cõmunẽ q̃ ſit ꝑncipiũ vnius. ⁊ finis alterius. Et per hoc excludunt̃ numerus ⁊ oratio. ℂ Tercio ſupponit̃ ꝙ ſcd̃m veritatẽ locus nõ eſt ſpecies quantitatis diſtincta a ſuperficie. ſed eſt idem realiter ſuperficiei vt poſtea dicetur.

His ſuppoſitis dicit̃ ꝙ ꝑdicte ſole tres quantitates habent poſitionẽ in ſuis partibus. patet ꝑ ea que dicta ſunt. Et quo infert̃ ꝙ diſtinguunt̃ realiter a ſubſtantia ⁊ qualitate. Patet. q̃a nulla ſubſtantia ⁊ ſimiliter nulla qualitas dicit̃ habere poſitionẽ in ſuis partibus ſcd̃m ſe. Qd̃ patet. q̃a ſi aliqua ſubſtãtia haberet poſitionẽ cũ ipſa ſubſtãtia ſcd̃m opinionẽ nominaliũ ſic etiã tempus ⁊ tempus nõ haberet poſitionẽ. eadẽ ſubſtãtia habebit poſitionẽ ⁊ nõ poſitionẽ. qd̃ implicat contradictionem. ⁊c̃.

## Quarta difficultas. Vtrũ locus

⁊ tempus ſint quãtitates cõtinue a tribus predictis ⁊ a rebus quas mẽſurãt realit̃ diſtincte. ℂ Pro cuius ſolutione ſupponitur primo ꝙ loc' dupliciter accipit̃. Vno modo formalit̃ ꝓ reſpectu locantis ad locatum. et iſto modo locus eſt ſpecies ꝑdicamẽti vbi. Alio modo accipit̃ fundamẽ

taliter ꝑ ſupficie cōcaua corpis locantis aut ambiētis locatū. Et iſto mo
do capit philoſophus locū quarto phiſicoꝝ cū dicit Locus eſt ſupficies
corpis cōtinētis immobilis p̄mū. Ex quo ſequiť ꝙ locus eſt min⁹ cōmu
nis quā ſupficies. qa oīs loc⁹ eſt ſupficies ⁊ nō ecōtra. ¶ Secūdo ſuppo
nitur. ꝙ de loco duplex fuit opinio antiquorum. Quidaꝫ dicebant locum
eſſe ſpaciū ſeparatū cōtentū inť latera corpis cōtinētis. cuiuſmodi eſt to
tū ſpaciū qđ cōtineť infra doliū. Et iſto modo capit philoſophus locū in
textu p̄cedēti q̄ dicit ꝙ ad eūdē ťminū ťminanť vel copulanť particule lo
ci ad quā copulanť particule corporis locati. Alia fuit opinio quorundā
alioꝝ. quā tenet philoſophus quarto phiſicoꝝ ꝙ locus eſt ſupficies con
caua corpis cōtinentis. Et de iſto loco ſic accepto querit p̄ſens difficul
tas. ¶ Tercio ſupponiť ꝙ tempus eſt quātitas cōtinua mēſuratiua mo
tus ſcđm prius ⁊ poſterius habens partes ad nūc intrinſice copulatas

His ſuppoſitis diciť p̄mo ꝙ locus
eſt quātitas cōtinua a ſupficie nō realiť diſtincta. Probať p̄mo qa locus
eſt ſupficies igiť. Antecedēs patet ꝑ diffinitionē loci. Scđo ꝓbať aucto
ritate cōmētatoris q̄nto methaphiſice dicētis ꝙ philoſoph⁹ poſuit ibi
motū de ſpecieb⁹ quātitatis quē nō poſuit hic ſcilicet in libro p̄dicamen
torū. ⁊ hic poſuit locū quē nō poſuit ibi. Et ſubdit ꝙ forte dimiſit locum
qa apud ip̄m eſt de paſſiōibus quantitatis. ideo nō poſuit ip̄m i eis que
ſunt quanta ꝑ ſuā ſubſtātiā. Tercio ꝓbať auctoritate eiuſdē cōmentato
ris in hoc libro vbi dicit ꝙ philoſophus nō vult hic inq̄rere de loco ſm
veritatē. ſed ſolū hic loquiť ſcđm opinionē alioꝝ. ¶ Sed cōtra iſtud dictū
obijciť dupliciť. Primo. qa ſupficies mēſurat intrinſice id cuius eſt ſuper
ficies. ſed locus menſurat extrinſice id cuius eſt locus. ergo locus nō ē ſu
perficies. Scđo qa ſi aliqua ſupficies nō eſt locus. ergo locus nō eſt ſupfi
cies. Ad p̄mū diciť ꝙ ratio mēſure nō eſt ꝓpria ratio quātitatis ideo non
eſt ſufficiēs. Ad diſtinguēdū ſpecies quātitatis inť ſe. Quāuis igiť ſupfici
es vt ſupficies habeat aliā rationē mēſure a ſeip̄a vt locus eſt. tamē ex hoc
nō ſequitur ꝙ ip̄a ſint diſtincte ſpecies. quia reſpectus ſupadditus alicui
abſoluto nō facit ip̄m eſſe aliā ſpeciē a ſeip̄o abſolute capto. ⁊ ſic cū ſol⁹ re
ſpectus ſuperadditus ſuperficiei faciat ſuperficiē eſſe locū videlicet reſpe
ctus cōtinētie. ſequiť ꝙ locus nō eſt ſpecies quātitatis a ſuperficie diſtin
cta. Ad ſcđm diciť ꝙ illa cōſequentia non valet qa arguiť a non diſtributo
ad diſtributū ex parte p̄dicati cōuertentis qđ diſtribuiť. ⁊ in cōuerſa non

diſtribuebat̄. Dicit̄ ſecūdo ꝙ locus eſt a re quā menſurat realiter diſtinct⁹ Probat̄ q̄a locus menſurat locatū. ſed locus realiter diſtinguit̄ a locato. igit̄. Dicit̄ tercio ꝙ tempus eſt quātitas cōtinua a tribus ꝑdictis realiter diſtincta. Prima pars patet ꝑ philoſophū in textu. Secunda pars pa tet. q̄a tempus eſt quātitas ſucceſſiua. quā impoſſibile eſt habere plures partes ſimul. Sed tres ꝑdicte ſunt quātitates ꝑmanētes. que poſſunt ha bere oēs ſuas partes ſimul. Sed cōtra hoc obijcit̄ ꝙ ſcōm philoſophū q̄nto methaphiſice tempus eſt quantū per accidēs. ſcilicet ꝑ motū. ⁊ mo tus ꝑ magnitudinē. ergo tēpus nō eſt ſpecies quātitatis cōtinue. Ad iſtō dicit̄ p̄mo ꝙ ſicut nō ſequit̄. homo eſt animal ꝑ aliō. ergo nō eſt formalit̄ animal. ſic nō ſequit̄. tempus eſt quātū ꝑ aliud. ergo temp⁹ nō eſt forma liter quantū. Dicit̄ vltra ꝙ tempus eſſe quātū ꝑ accidēs poteſt dupliciter i telligi. Uno modo effectiue ſic ꝙ efficiat̄ quantū ab alio. ⁊ ſic debet intelli gi ꝓpoſitio philoſophi. Alio modo formalit̄ ⁊ inheſiue ſic ꝙ ſibi inſit q̄n titas vt accidēs ſubiecto. a qua dicit̄ denoiatiue quātū. ⁊ iſto modo nō intelligit philoſophus. Dicit̄ quarto ꝓ nūc ꝙ tempus diſtinguit̄ realit̄ a re quā menſurat ſcilicet a motu. Probat̄ ſimili ratiōe qua ꝓbatū eſt ora tionē diſtingui a re quā mēſurat. ¶ Circa hūc textū reſtant duo parua du bia. Primū vtrū multū ⁊ paucū. magnū ⁊ paruū. longū ⁊ breue. latum et ſtrictū. ꝓfundū ⁊ nō ꝓfundū ſint quantitates. Ad qđ reſpōdet cōmenta tor q̄nto methaphiſice dicēs ꝙ iſta dupliciter accipiunt̄. Uno modo fm ꝙ ſunt multitidinis aut magnitudinis diſpoſitiōes eſſentiales. ⁊ iſto mo do ſunt paſſiones ⁊ accidētia quātitatis Alio modo accipiunt̄ ſcōm ꝙ vnū dicit̄ in reſpectu alterius. ⁊ iſto modo videt̄ collocari in ꝑdicamento relatiōis. Relatio eīm accidit quātitati. ⁊ ſic de alijs ꝑdicamētis. Alit̄ ſolet reſpōderi ꝙ iſta poſſunt dupliciter accipi. Uno modo ꝓ fundamētis exceſ ſus. ⁊ ſic ſunt quātitates. Alio modo ꝓ ip̄is exceſſibus. ⁊ ſic ſunt relatiōes Scōm dubiū. vtrū hec cōſequētia ſit bona. hoc eſt magnū ad hoc. ⁊ par uū ad illud ergo eſt magnū ⁊ paruū. Dicit̄ ꝙ ſic. q̄a ibi arguit̄ equalenter per locū a parte in modo ad ſuū totū. Iſte eīm determinatiōes ad hoc ⁊ illō nō diminuūt de ratiōe magni ⁊ parui. ¶ Sed ſi argueret̄ ſic. hoc ē magnū ad hoc ⁊ paruū ad illud. ergo eſt magnū ⁊ nō magnū. paruū ⁊ non paruū Cōſequētia nō valeret. ſed fieret fallacia ignoratie elenci. Iſtō aūt alias eſt declaratū capitulo de ſpecie in ſecūda difficultate Cetera dubia q̄ poſſunt moueri circa ſpecies ⁊ proprietates quantitatis ſunt terminata in ſumu lis.

# Queſtões ĩ p̄dicamẽta ariſtotelis

Cõcluſio reſponſalis Philoſoph⁹
cõuenienter aſſignat in textu diuiſiones. ſpecies ⁊ ꝓprietates quãtitatis.
Hec cõcluſio patet ex dictis.

Ad ratiões ante oppoſitũ. Ad pri
mã dicit̃ negãdo antecedẽs. Et ad p̄mã ꝓbationẽ. ꝙ q̃uis cõtinuũ poſ
ſit diuidi in partes. qua diuiſione facta ſint a ſeinuicem diſtincte. tamẽ ex
hoc nõ ſequit̃ ꝙ cõtinuũ fiat diſcretũ. Ad hoc ꝙ aliqd fiat diſcretũ opor
tet ꝙ habeat partes nõ poſſibiles vniri alicui aut vni t̃cio. Ad ſcd̄az ꝓba
tionẽ dicit̃ ꝙ hic cõmentator gloſat ſeip̄m dicẽs ꝙ diſcretũ eſt diuiſibile ĩ
vnitates indiuiſibiles. ⁊ cõtinuũ eſt diuiſibile in vnitates diuiſibiles. Ad
cõfirmationẽ dicit̃ ꝙ cõtinuũ ⁊ diſcretũ poſſunt accipi duplicit̃. Vno mo
do formalit̃. ⁊ ſic important reſpectus. nec ſunt ſpecies quantitatis. Alio
modo fundamentaliter. ⁊ ſic ſunt ſpecies quantitatis.

Ad ſcd̄am rationẽ quo ad primã
partẽ patuit qd ſit dicendũ in fine difficultatis. Sed quo ad ſcd̄am dicitur
ꝙ per illã diuiſionẽ diuidit̃ quantũ. ⁊ nõ quãtitas. qd̄ bene p̄dicat̃ de illis
Et licet philoſophus videat̃ ponere iſtud abſtractũ quantitas. tamẽ di
citur ꝙ debet accipi pro ſuo concreto quod eſt quantum.

Ad terciaz dicit̃. Neget̃ tale ante-
cedens. Ad p̄mã ꝓbationẽ p̄me partis dictũ eſt ſupra. Ad ſcd̄am ꝓbati
onẽ dr̃ ꝙ maior forte eſt vera de quãtitate ꝑmanẽte. ſed nõ de ſucceſſiua.
Vel aliter dicat̃ ꝙ ſicut dictũ eſt ꝙ orationis tres ſunt menſure ⁊c̃. Ad ter
ciã ꝓbationẽ dicit̃ negando antecedens. qa ſi querat̃. quanta eſt hec ora
tio ꝑ ſe vere poteſt reſpõderi ꝙ eſt longa vel breuis. Ad p̄mã ſecũde par
tis ꝙ exẽplificat de numero. Ad ſcd̄am dicit̃ negãdo minorẽ. Eſt eñ ens
vnũ ꝑ ꝓpriã ſuã differentiã ſicut alia accidentia. ⁊ licet materialiter ſit ali
cuius vnitatum. tamẽ formaliter eſt ens per ſe vnũ. Ad terciã ꝓbationem
dicit̃ ꝙ licet vnitas nõ ſit ꝑ ſe ⁊ formalit̃ quantitas. tamẽ eſt quantitas re
ductiue. Ad quartam dicitur negando antecedens.

Ad quartã rationẽ negat̃ antece-
dens. Et ad ꝓbationẽ dicit̃ negando cõſequẽtiã. Ad ꝓbationẽ cõſequen
tie dicit̃ ꝙ eſt longa vna longitudine tm̃ illa ſubſtãtia. nec eſt incõueniens

cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti vt dictū eſt aliquā ſpeciē vt materialiter accipiť eſſe partē materialem alterius ſpeciei.

Ad q̇ntā patuit quid ſit dicenduz.

Ad ſextā diciť ſcd̄m cōmentatorē ꝙ nō eſt cōſuetudo vt motus mēſureť per ſuā partē. ſed per ſpaciuz ⁊ per ſuū tempus. ideo philoſophus nō nomiauit ipm̄ hic. qa ſolum intendit ſpecies famoſas quantitatis.

Ad ſeptimā diciť negādo cōſequētiā. qa ſuſceptio magis ⁊ minus ſit per gradus intēſionis. ⁊ maius ⁊ minus ſint per partes extenſionis.

Ad octauā diciť ꝙ illa relatiua diſiunctiue ſumpta circūloquiť paſſiones quantitatis.

# Ad aliq̇d v̇o talia dicuntur. ⁊ cetera.

Iſtud eſt quartū capitulū ſecūdi tractatus huius libri. in quo philoſophus determinat de tercio p̄dicamēto. ſcilicet de relatiōe que nominať ꝑ hoc cōplexū ad aliq̇d. Et diuidiť in duas partes. In p̄ma deťminat de relatione diffinitiue ⁊ de ꝓprietatibus relatiōis. Et diuidiť in duas particulas. In p̄ma ponit diffinitionem relatiōis datā a platone. que eſt hec. Ad aliq̇d v̇o talia dicunť quecūq̨ hoc ipm̄ qđ ſunt alioꝝ dicunť vel quomodolibet aliter ad aliud. ⁊ debet ſic exponi. talia id eſt illa dicunť ad aliquid quecūq̨ hoc ipm̄ ꝙ ſunt. id eſt ſcd̄m ſuū eſſe dicunť alioꝝ. id eſt referunť ad aliud ſub habitudine genitiui caſus vel quomodolibet aliť ad aliđ. id ē ſub habitudine alterius alicuius caſus. exemplū de his que dicūť ad aliđ ſub habitudine genitiui caſus. vt duplū diciť dimidij duplū. ⁊ ſimiliť diſciplina habitus ⁊ diſpoſitio dicūť alicuius. Nam diſciplina diciť diſciplinati diſciplina. Exemplū de his que dicunť ſub habitudine alteri⁹ caſus. vt mons diciť magn⁹ ad aliū montē. ⁊ ſimile diciť alicui ſimile. Et qa dedit exemplū de poſitiōe. ideo enumerat quaſdā poſitiōes dicēs ꝙ accubitus. ſtatio ⁊ ſeſſio ſunt poſitiones. ſed ſedere. ſtare ⁊ iacere nō ſunt poſi-

tiones. licet dicant̃ denomiatiue a poſitiōibus. In ſecunda particula po
nit duas cōmunitates ⁊ duas ꝓprietates relatiōis. Prima communitas.
Relatio habet ꝯtrariū. ꝓbat̃ qa vt⁹ ⁊ viciū ſūt relariōes ⁊ tñ ꝯtrariant̃. igr̃
relatio habet contrariū. Nec aūt cōmunitas nō cōuenit oībus relationi
bus. qđ patet. qa duplū ⁊ ſimplex. id eſt dimidiū que ſunt relatiua nō ha
bent cōtrariū nec ſimilia. Secūda cōmunitas. Relatio ſuſcipit magis et
minus. ꝓbat qa ſimile ⁊ inequale ſunt relatiua ⁊ tamē ſuſcipiūt magis et
minus. Nec aūt cōmunitas nō cōuenit oībus relatiuis. ſicut nec prima.
patet de duplo ⁊ dimidio. Nihil em̄ dicit̃ magis aut min⁹ duplū ꝗ̄ aliđ.
Prima ꝓprietas. Oīa relatiua dicunt̃ ad cōuertentiā. Probat inductiue
qa ſeruus dicit̃ dn̄i ſeruus. ⁊ dn̄s ſerui dn̄s. duplū dimidij duplū. ⁊ dimi
diū dupli dimidiū. ⁊ maius minore maius. ⁊ minus maiore minus. ⁊ ſic
de alijs. igr̃. Et ſubdit ꝙ nō oīa relatiua dicunt̃ ad cōuertentiā ſcđm ha
bitudinē eiuſdem caſus. patet. qa diſciplina dicit̃ diſciplinati diſciplina. ⁊
ſic refert̃ ſub habitudine genitiui caſus. Sed diſciplinatū dicit̃ diſcip lina
diſciplinatū. ⁊ refertur ſub habitudine ablatiui caſus. Et ſimile eſt de ſen
ſu ⁊ ſenſato. Nam ſenſus dicitur ſenſati ſenſus. ſed ſenſatū dicitur ſenſu ſen
ſatum. ¶ Cōtra hanc ꝓprietatē ponit vnū impedimentū dicēs. ꝙ oīa
relatiua dicuntur ad cōuertētiā ſi fiat cōueniēs aſſignatio correlatiui. ſed
ſi nō fiat ꝯueniēs aſſignatio tūc nō dicūt̃ ad ꝯuertētiā. vt ſi ala aſſignet̃ aui
tāꝗ̄ ſuo correlatiuo aſſignatio ē cōueniēs nec dr̃ ad ꝯuertētiā. qa nō oīs
ala eſt auis ala. cū ſint multe ale que nō ſunt auiū. ſicut muſcarū ⁊ quorū
dā aliorū. Et ſubdit ꝙ illud impedimentum poteſt cōtingere ꝓpter duo.
Primū eſt quando correlatiuo nō eſt nomē impoſitū. ſed ad euitan dum
iſtud ponit philoſophus tale documentū Quādocūq; correlatiuo alicu
ius relatiui nō eſt nomē impoſitū tunc neceſſe eſt fingere nomē ſcđm no
men relatiui. vt remus refertur ad aliqđ ⁊ hoc nō poteſt ad nauem. cum
ſint multi naues quarum nō ſunt remi. oportet igitur fingere nomen pu
ta remitum. ⁊ tunc remus diceetur rei remite remus. ⁊ remitum dicitur
remo remitum. ⁊ eſt conueniens aſſignatio. Similiter caput dicitur rela
tiue ad aliqđ. ſed hoc nō eſt ad animal. qa multa ſunt animalia capita non
habentia. Si ergo fingetur correlatiuū ſcđ; nomen relatiui vis capitatu;
caput. ⁊ illud diceretur ad conuertentiam. ⁊ ſubdit ꝙ oportet fingere no
mina illorum correlatiuorū ſcđm nomina ſuorum relatiuorū. vt ab ala
alatum. ⁊ a remo remitum. ⁊ a capite capitatum. Secundū propter quod
poteſt contingere illud impedimentū eſt ex hoc ꝙ ꝗ̄uis relatiuo ⁊ cor
relatiuo ſint nomina impoſita. tamen relatiuu; non aſſignatur ad ſuum

propꝛium coꝛrelatiuũ. ſed ad aliquod accidens ſui coꝛrelatiui. ſicut ſi ſeruus nõ aſſignetur dñi ſeruus. ſed hominis vel bipedis aut alicuius alterius tunc non erit conueniens aſſignatio. nec diceretur ad conuertentiā

¶ Ad cognoſcendum autem coꝛrelatiuũ alicuius relatiui ponitur vnum documentum quod continet duas conditionales. Quarũ pꝛima eſt hec Si aliquod relatiuũ aſſignetur alicui opoꝛtet videre an circũſcriptis omnibus accidentibus relatiui ꝛ relicto ſolo coꝛrelatiuo adhuc tale relatiuũ referatur ad ipſum. ꝛ ſi ſic tunc erit conueniens aſſignatio. vt ſi ſeruus ad dominũ dicatur omnibus circumſcriptis que ſunt accidentia domino. vt eſſe hominẽ eſſe bipedem ꝛ eſſe ſcientie ſuſceptibilem. ꝛ relicto hoc ſolo qđ eſt dominus adhuc ſeruus refertur ad dominũ. Semper enim ſeruus dicitur domini ſeruus. ꝛ ideo ſeruus conuenienter aſſignatur ad dominũ Secunda conditionalis. Si relatiuũ aſſignetur alicui ꝛ circũſcriptis omnibus alijs ꝛ relicto illo ſolo nõ plus ſic referatur ad ipſum tunc non eſt conueniens aſſignatio. ſicut ſi ſeruus aſſignetur ad hominẽ ꝛ ab homine circũſcribatur eſſe dominũ. tunc ſeruus non plus refertur ad hominẽ ꝛ ideo non conuenienter aſſignatur. Similiter ſi ala aſſignetur ad auem et ab aue circumſcribatur eſſe alatum tunc ala non plus refertur ad auem. ꝛ ſic non eſt conueniens aſſigatio.

**Ex pꝛedictis infert ꝙ omnia rela**tiua dicuntur ad conuertentiam ſi fiat conueniens aſſignatio relatiui. ꝛ ſi coꝛrelatiuo ſit nomen impoſitũ facile erit conuenienter aſſignare. Si võ nõ ſit nomẽ ĩpoſitũ tũc neceſſe erit fingere nomẽ coꝛrelatiui a noīe relatiui

**Secũda ꝓpꝛietas. Relatiua ſunt** ſimul natura. Pꝛobatur. quia duplum ꝛ dimidium ſunt ſimul natura. et etiā dñs ꝛ ſeruus. quia ſi duplum eſt dimidium eſt. ꝛ econtra. ꝛ ſi ſeruus eſt dñs eſt ꝛ econtra. Ipſa etiam perempta ſe perimunt. quia ſi nõ eſt duplum non eſt dimidiũ. nec econtra. ꝛ ſic eſt de omĩbus alijs relatiuis. igiť omnia relatiua ſunt ſimul natura. ¶ Sed contra hanc pꝛopꝛietatem obijcitur dupliciť. Pꝛimo quia ſcibile ꝛ ſcientia ſunt relatiua ꝛ tamen nõ ſunt ſimul natura. igitur. Minoꝛẽ pꝛobat. quia ſcibile eſt pꝛius ſcientia. quod patet tribus rationibus. Pꝛima ratio eſt. quia in pluribus res exiſtunt anteꝗ̃ de ipſis accipiamus ſcientiam. ymmo in paucis vel in nullis videmus ſceentiam eſſe ſimul cum re ſcibili.

Secūda ratio. deſtructo ſcibili deſtruit̃ ſciētia. ſed deſtructa ſcientia non
deſtruit̃ ſcibile ergo ſcibile eſt prius ſcientia. Antecedēs patet. q̄a ſi ſcibi-
le nō ſit. nō eſt ſcientia. ſi tamē nō eſt ſciētia nō oportet ſcibile nō eſſe. cum
quadratura circuli ſit quoddā ſcibile. cuius tamē ſciētia nōdū eſt inuēta.
Tercia ratio. deſtructo animali deſtruit̃ ſciētia. q̄a om̄is ſciētia eſt ſubiecti
ue in aīa que eſt pars animalis. ⁊ tamē deſtructo animali poſſunt eſſe plu
ra ſcibilia. ergo ſcibile eſt prius ſcientia. ¶ Secūdo obijcit̃ ꝙ ſenſus ⁊ ſen-
ſibile ſunt relatiua. ⁊ tamē nō ſunt ſimul natura. igit̃ nō om̄ia relatiua ſunt
ſimul natura. Minorē ꝓbat duabus ratiōibus. Prima. deſtructo ſenſibi
li deſtruit̃ ſenſus. ſed deſtructo ſenſu nō deſtruit̃ ſenſibile. ergo ſenſibile eſt
prius q̄z ſenſus. Prima pars antecedentis patet. q̄a deſtructo corꝑe de-
ſtruitur ſenſibile. eo ꝙ om̄e corpus eſt ſenſibile ſed ſenſus circa corpꝰ eſt.
⁊ in corꝑe eſt. ergo deſtructo ſenſibili deſtruit̃ ſenſus. Secūda pars ante-
cedētis patet. q̄a deſtructo animali deſtruit̃ ſenſus. ſed deſtructo anima-
li nō deſtruit̃ om̄e ſenſibile. q̄a poteſt remanere corpus calidū. dulce ⁊ ama
rū. ergo deſtructo ſenſu nō deſtruit̃ ſenſibile. Secūda ratio. ſenſus fit ſimul
cū ſenſato. ſed ſenſibile eſt prius q̄z ſenſatū. igit̃ ſenſibile eſt priꝰ q̄z ſenſus
Maior patet. q̄a quādo fit animal fit ſenſus. Minorem ꝓbat. q̄a ignis ⁊
aqua ⁊ alia ex q̄bus cōſtat animal prius ſunt ꝙ animal. Has aūt obiecti
ones nō ſoluit philoſophus in textu. ſed poſſunt ſolui dicendo ꝙ p̄dicta
ꝓprietas eſt ītelligēda de relatiuis p̄mi modi ⁊ ſecūdi modi que ſunt mu-
tua. ⁊ nō de relatiuis tercij modi. cuiuſmodi ſunt iſta de q̄bus obijcitur.
Sunt aūt relatiua p̄mi modi illa que referunt̃ ad inuicē modo numeri vt
duplū ⁊ dimidiū. Sed relatiua ſecundi modi ſunt illa que referunt̃ modo
potentie. vt pater ⁊ filius. Et relatiua tercij modi ſunt illa que referunt̃ mo
do menſure. vt ſcientia ⁊ ſcibile. ſenſus ⁊ ſenſibile. ¶ In ſecūda parte huiꝰ
capituli que incipit ibi. Habet autem aliā dubitationē. philoſophꝰ mo-
uet ⁊ ſoluit vnā queſtionē que eſt hec. Vtrū aliqua ſubſtātia dicat̃ ad ali-
quid vel nō. Et p̄mo ꝓbat ꝙ p̄me ſubſtātie nec ſcd̄m ſe totas nec ſcd̄m ſu
as partes dicūt̃ ad aliq̄d. q̄a aliq̄s homo nō dicit̃ alicuius hōis aliq̄s ho
mo. nec aliq̄s bos dicit̃ alicuius bouis aliq̄s bos. Similit̃ aliqua manꝰ
nō dicit̃ alicuiꝰ aliq̄ manꝰ. ſed alicuiꝰ manꝰ. nec q̄ddā caput dicit̃ alicuius
q̄ddā caput. ꝫ alicuiꝰ caput. Scd̄o ꝓbat. q̄a ſecūde ſubſtātie nō dicūt̃ ad
aliq̄d. q̄a homo nō dicit̃ alicuius homo. nec bos alicuius bos. nec lignū
alicuius lignū. ſed alicuius poſſeſſio. Secundo aliq̄s dubitaret ꝙ partes
ſecundarū ſubſtantiarū ſint ad aliq̄d. q̄a caput dicit̃ alicuius caput. ⁊ ma-

cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

nus ⁊ ſic de alijs partibus ſecundarū ſubſtātiarū. ergo partes ſecūdarū ſubſtantiarū videnť dici ad aliqd. Predictā queſtionē ſoluit philoſoph⁹ cōditionaliť dicēs: ꝙ ſi diffinitio ad aliqd ſuperius data ſit ſufficiens aut modo difficile aut etiā impoſſibile eſt ſaluare ꝙ nulla ſubſtantia dicatur ad aliqd. Si aūt nō ſit ſufficiens detur iſta ad aliqd ſunt qbus hoc ipm eſſe eſt ad aliud quodāmodo ſe habere tūc facile erit ſoluere p̄dictā obiectionem. Hec aūt diffinitio differt a p̄ma. qa illa diffinitio cōuenit oīb⁹ relatiuis ſiue ſint relatiua quoꝝ totū eſſe eſt ad aliud ſiue nō. Hoc aūt ſolū cōuenit relatiuis quoꝝ totū eſſe eſt ad aliud. ¶ Ex hac difficultate infert philoſophus vnū corollariū qd̄ cōmuniť poniť ꝓ vna ꝓprietate. ⁊ eſt iſtud. Si qs diffinite nouerit vnū relatiuoꝝ diffinire noſcet ⁊ reliquū. patet. qa ſi qs nouerit qd ſit dimidiū ſtatim noſcet qd ſit duplum. Et ſi nouerit qd ſit maius ſtatim noſcet qd ſit minus. Ex his ſoluit p̄dictā queſtionē ⁊ intēdit talē cōcluſionē. Partes ſecūdaꝝ ſubſtātiaꝝ nō ſunt ad aliqd. patet. qa aliqs poteſt diffinite cognoſcere partes ſecūdarū ſubſtātiaꝝ ⁊ nō cognoſcere eas quarū ſunt partes. qa q̄uis diffinite nouerit qd ſit man⁹ vel caput nō oportet cognoſcere cuius eſt caput vel manus. ⁊ ſic nō ſunt ad aliquid. ⁊ ꝑ cōſequēs verū eſt dicere ꝙ nulla ſubſtātia eſt ad aliqd. Finaliter ſe excuſat de dictis in hoc capitulo ⁊ aſſignat rationē ꝓpter quā in illo capitulo ꝓceſſit dubitatiue plus q̄ȝ in alijs dicēs ꝙ fortaſſe eſt difficile declarare aliqd cōfidenť de huiuſmodi rebus niſi ſepe ꝑtractata ſint. ideo dubitare de ſingulis nō erit inutile de ſingulis ſcilicet dubitationibus per rationes probabiles ad vtrāqȝ partem.

Circa hūc textū queriť vtrū ad aliqd ſit vnū generaliſſimū cuius diffinitio ⁊ ꝓprietates ſint cōuenienter aſſignate in textu.

Et arguiť p̄mo cōtra p̄mā partem qa ad aliqd nō eſt generaliſſimū. ergo nō eſt vnū genus. Antecedēs ꝓbať quadrupliciť. qa nullū genus generaliſſimū diciť tam de ente reali q̄ȝ de ente rationis. Sed ad aliqd diciť tam de ente reali q̄ȝ de ente rationis. Equaliter eñ ſecūde intentiones ſunt ad aliqd ſicut entia realia. igiť. Secūdo qa nullū generaliſſimū cōtinet ſub ſe traſcēdentia. Sed ad aliqd continet ſub ſe tranſcendentia. videlicet ydemptitatē ⁊ diuerſitatē. igiť. Tercio. qa nullū generaliſſimū eſt cōmune oīnibus predicamētis. ſed ad aliqd eſt cōmune

omnibus predicamētis cū poſſit fundari in quolibet p̄dicamento. igit̃. Quarto. q̄a ad aliq̄d in cōmuni habet correlatiuū ad q̄d refert̃ ⁊ nō ſeip̄m q̄a eſt relatiuū reale. ⁊ eiuſ vĕ ad ſeip̄m nō eſt relatio realis. nec aliq̄d ſuperius aut inferius aliq̄d equale. vel etiā illud equale eſt generaliſſimuꝫ ſicut ip̄m. vel nō eſt generaliſſimū. Si p̄mū tūc in genere relatiōis erūt duo generaliſſima. ⁊ ꝑ cōſequēs erūt plura generaliſſima q̄ʒ decē. Nec eſt dicēdū ſcd̄m. q̄a nō eſt maior ratio quare ad aliq̄d ſit generaliſſimū q̄ʒ ſuū correlatiuū cum ſint eque communia.

Scd̄o ſic. Cuiuſlibet generis ſunt tm̄ due ſpecies p̄me. ſed relatiōis vel ad aliq̄d nō ſunt tm̄ due ſpecies p̄me ḡ ad aliq̄d nō ē vnū generaliſſimū. minor ꝓbat̃. q̄a ſi ſic tūc ſint ille due ſpecies a ⁊ c. oportebit q̄ referāt̃ ad aliq̄d. ⁊ tūc q̄rit̃ vtrū a referat̃ ad c ⁊ b referat̃ ad c. ⁊ ſic erūt relatiua eq̄parātie. ⁊ ꝑ ꝯſequēs oīa relatiua ſub eis cōtēta eſſent eq̄parātie. Et ſi ſint relatiua ſuppoſitiōis oportebit q̄ ſint in aliq̄ generaliſſimo. Vel querit̃ vtrū a referat̃ ad b. aut ecōuerſo. ⁊ ſic omēs ſpecies coꝝ referūt̃ ad ſeinuicē. q̄a ſcd̄m philoſophū quarto topicoꝝ. ſi genꝰ ad genus ⁊ ſpecies ad ſpecie. ⁊ ſi ꝓpoſitū in ꝓpoſito tūc oppoſitū eſt in oppoſito. ſic q̄ ad relatiue oppoſitū antecedentis. ſequit̃ relatiue oppoſituꝫ cōſequentis. Si aūt a ⁊ b referant̃ ad ſeinuicē mutuo. ⁊ etiā om̄ia inferiora eoꝝ tunc oppoſita relatiua erunt diſquiparantie. ⁊ per cōſequens relatiua equiparantie nō erūt in hoc genere. Aut querit̃ vtrū a referat̃ ad aliud q̄ʒ ad b. vt puta ad c. ⁊ ad aliud q̄ʒ ad a vt puta ad d tunc iſta quattuor erunt ſimul natura. ⁊ nullū prius aut poſterius alio. ⁊ ꝑcōſequēs erunt quatuor ſpecies eque prime eiuſdem generis.

Tercio ſic arguit̃. Species huius p̄dicamēti nō ſunt diſtincte a ſpeciebus alioꝝ p̄dicamentoꝝ. ergo nō eſt vnū generaliſſimū ab alijs diſtinctū. Antecedens ꝓbat̃ p̄mo. q̄a ſtatio ⁊ ſeſſio ſunt ſpecies poſitiōis ⁊ ſpecies ad aliq̄d. Scd̄o q̄a ſciētia eſt ſpecies ad aliq̄d ⁊ etiā ſpecies qualitatis. Tercio q̄ materia ⁊ forma ſunt ſubſtātie ⁊ tamē dicūt̃ ad aliq̄d vt patet ſcd̄o phiſicoꝝ. Quarto q̄a om̄is res poteſt intelligi in habitudine ad aliq̄d. ergo om̄is res eſt ad aliq̄d. ⁊ percōſequens ad aliq̄d nō diſtinguit̃ a rebus alioꝝ generū.

Quarto arguit̃ ſi diffinitio relationis eſſet ſufficienter poſita ſequeret̃ q̄ om̄is res eſſet ad aliq̄d. cōſequēs ha-

cũ reſolutiõe text' ad itẽtionẽ ſcoti

het philoſophus pro incõuenienti quarto methaphiſice.igiẽ.cõſequẽtia
patet de pᷓma.qa oĩa poſſunt referri ad aliud ſub habitudine genitiui ca
ſus. Sed de ſecũda patet.qa totũ eſſentiale cuiuſlibet rei create eſt ab al.o.
ergo ſaltem quelibet res creata eſt ad aliud.

Quinto ſic. Illa que ſe habẽt ſcdꝫ
prius ⁊ poſterius nõ ſunt ſimul natura.ſed aliqua relatiua ſe habẽt ſcđm
prius ⁊ poſterius.vt patet de patre ⁊ filio ergo nõ oĩa ſunt ſimul natu
ra.Et cõfirmaẽ.qa genus ⁊ ſpecies ſunt relatiua ⁊ tamẽ genus eſt pri' na
tura ſpecie.cũ ab ipa ad ſpeciẽ nõ cõuertiẽ eſſendi cõſequẽtia.igiẽ aliqua re
latiua nõ ſunt ſimul natura.

In oppoſituꝫ arguiẽ auctoritate
philoſophi in ꝑcedenti.❡ Pro ſolutione queſtionis ⁊ declaratione text'
precedentis mouentur alique difficultates.

Prima difficultas Utrũ ad aliqd
ſit vnũ generaliſſimũ in textu ſufficienter diffinitũ.❡ Pro cuius ſolutione
ſupponiẽ pᷓmo ꝙ generaliſſimũ huius ꝑdicamẽti poteſt ſignificari trib'
noibus.videlicet ad aliqd.relatiuũ ⁊ relatio que diuerſimode ipm ſignifi
cãt.qa ad aliqd ſignificat relationẽ in habitudine ad ſuũ ẽminũ.id ẽ ẽm ꝙ
eſt habitudo ad aliquẽ terminũ.⁊ qa illud eſt entitas relatiõis ꝓpria con
ueniẽt ſignificaẽ ꝑ illud nomẽ ad aliqd. Sed relatiuũ ſignificat ipm ĩ ha
bitudine ad ipm ſbiectũ. Relatio vᵒ videẽ ſignificare ipm abſolute ſine
vtraqꝫ habitudine.❡ Ex quo inferẽ pᷓmo ab aliqbus ꝙ ꝑ hoc nomẽ rela
tio nõ ſignificaẽ cõueniẽt generaliſſimũ huius ꝑdicamenti.tum qa ꝑ il
lud nomẽ debet ſignificari generaliſſimũ hui' ꝑdicamẽti ꝑ qᵒ poteſt eſſe
ꝑncipiũ denominãdi ad aliqd in habitudine ad aliud ſeu referẽdi ad aliud
Sed hoc nõ eſt ꝑ iſtud nomẽ relatio.qa oĩe nomẽ ſignificat aliquã rem
prout eſt ab alijs diſtincta debet eã ſignificare ſcđm illud eſſe ſcđm quod
diſtinguiẽ ab alijs rebus.ſed eſſe relationis ꝑ qᵒ diſtinguiẽ ab alijs eſt eſ
ſe ad aliud.ergo nomẽ ſignificãs eã debet eã ſignificare ſcđm habitudinẽ
ad aliud.ſed hoc nomen relatio nõ eſt huiuſmodi. Scđo inferẽ ꝙ genera
liſſimũ huius ꝑdicamenti cõueniẽt ſignificaẽ ꝑ hoc nomẽ relatiuũ pa
tet qa hoc nomen relatio poteſt eſſe principium denominandi ad aliqd
in habitudine ad aliud. Dicitur enim relatiuum relatiui relatiuum

p iiij

¶ Sed cōtra iſtud corollariū obijcit̄ dupliciter. Primo. nullū nomē ſignifi-
cans aggregatū p accidēs cōuenient̄ ſignificat generaliſſimū alicuius p̄di-
dicamenti. Sed hoc nomē relatiuū ſignificat aggregatū p accidēs. igitur
per ip̄m nō ſignificat̄ cōuenient̄ generaliſſimū huius p̄dicamenti. Maior
patet. q̄a generaliſſimū huius p̄dicamēti eſt ens p ſe vnū. Minor ꝓbatur
q̄a reſpectiuū eſt nomē cōcretū. ſed ꝯcretū habet ſemp duplex ſignificatū
ſubiecti videlicet ⁊ accidētis. Videt̄ em̄ dicere philoſophus ſcd̄o topicoꝝ
ꝙ albū nō eſt in genere. ꝓpter ſuū duplex ſignificare. Scd̄o ſic. p illud nomē
ſignificat̄ cōuenient̄ generaliſſimū huius p̄dicamēti ſcd̄m qd̄ poteſt for-
mari ꝓpoſitio negatiua immediata. negās ip̄m de aliquo genere generaliſ-
ſimo. ſed hoc eſt p hoc nomē relatio. nō aūt p hoc nomen relatiuū. igitur
hic poteſt dici ꝙ generaliſſimum huius p̄dicamēti q̄a poteſt diuerſimo-
de cōcipi poteſt etiā diuerſis noībus cōuenient̄ ſignificari. ⁊ ſic cōuenient̄
ſignificant̄ p hoc nomē relatiuū ⁊ p hoc nomē relatio. ⁊ licet ſcd̄z hoc no-
men relatio nō cōueniat ſibi eſſe p̄ncipiū denominādi ad aliqd ad aliud
nec ſcd̄m hoc nomē relatiuū poſſit vere negari de alio genere generaliſſi-
mo. tamen hoc non impedit quin poſſit illis noībus deſignari. patet in ſi-
mili de qualitate. qualitati em̄ cōuenit denoīare aliqd quale. ⁊ tamē hoc
nō eſt ſcd̄m hoc nomē qualitas. ergo qualitas nō ſignificat cōuenient̄ ge-
neraliſſimū qualitatis. Cōſequētia illa nō valet. p̄ma em̄ diſtinctio p̄dica-
mētoꝝ nō eſt p modū p̄dicandi de p̄ma ſubſtātia. ſed eſt p modos eſſen-
di q̄ cōueniūt reb⁹ ſiue ſignificent̄ abſtractiue ſiue cōcretiue. Ad p̄mū iſto-
rū dicit̄ ꝙ relatiuū quādo ponit̄ ſignificare generaliſſimū hui⁹ p̄dicamē-
ti debet accipi p̄ciſe ꝓ formali ſignificato cōcretiue deſignato. ⁊ vt ſic non
eſt aggregatū. Ad ſcd̄m dicit̄ ꝙ nō oportet ꝙ ſcd̄m qd̄libet nomē ſignifi-
cās aliqd̄ generaliſſimū poſſit vere negari ip̄m generaliſſimū de alijs p̄di-
camēt̄. ſed ſufficit ꝙ ſcd̄z nomē abſtractū vel mediāte noīe abſtracto poſ-
ſit vere negari. ea em̄ que attribuunt̄ p̄dicamētis nō attribuūt̄ eis ſcd̄m ꝙ
ſignificant̄ p abſtracta p̄ciſe. vel p cōcreta p̄ciſe. ſed ſcd̄m ꝙ ſignificantur p
vnū vel p aliud. ¶ Scd̄o ſuppo nit̄ ꝙ ſicut qualitati in genere generaliſſi-
mo cōuenit denoīare aliqd quale. ſic relationi ī genere generaliſſimo cō-
uenit denoīare aliqd in habitudine ad aliud. patet p̄mo. q̄a oīe accidēs
ineriſtēs alicui ſubiecto denoīat ip̄m tot denoīatiōib⁹ q̄t includit p̄-
dicata q̄ditatiua. ſꝫ aliqd̄ relatiuum. puta pat̄ ineriſtit alicui ſubiecto. g̊ de-
noīat ip̄m ſm̄ hoc p̄dicatū relatiuū qd̄ cōuenient̄ dicit̄ de eo. Maior pa-
tet. q̄a ſi albedo inſit alicui illud dr̄ albū coloratū ⁊ quale. ymmo qd̄ plus
eſt dr̄ ens tale denoīatiue ab ente. Scd̄o patet q̄a qd̄ cōuenit aliqb⁹ pluri

## cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

bus eis cōuenit ꝑ aliquā rationē cōmunē cui ꝑmo cōuenit. ꝫ denomiari
aliqd in habitudine ad aliḋ cōuenit oīb⁹ ſpecieb⁹ relatiuoꝝ. ꝫ eis ꝯuenit
ꝑ ſuā rationē cōmunē q̄ ē relatiuū. ⁊ ꝓcōſequēs relatiuū ꝑmo denominat
rem in habitudine ad aliḋ. Tercio q̄lis ē ordo in eſſendo talis ē ordo ī de-
nominādo. ꝫ gen⁹ generaliſſimū ꝑus ē ꝙ̄ ſua inferiora. cū ſit eis ꝑus na-
tura. igiẗ etiā ꝑmo denomiat in habitudine ad aliḋ. Sed qd ſit illud aliud
in cui⁹ habitudine denomiat relatiuū in cōi dr̄ ꝑmo ꝙ illḋ aliḋ eſt qḋdam
cōe qḋ dr̄ de oīb⁹ t̄minis t̄minātib⁹ relatiōes. ⁊ ſic cū relatio poſſit t̄mina-
re relationē ⁊ etiā ens abſolutū ſequiẗ ꝙ t̄min⁹ relatiōis in cōi eſt aliquid
cōe ad ens abſolutū ⁊ reſpectiuū. Diciẗ ſcḋo ꝙ relatio in cōi nō referẗ ſimi-
liter. nec ſpecies ei⁹. ꝫ ſunt ꝑncipia referēdi. hoc eſt em̄ ꝓpriū relatiōi ꝙ ſit
ꝑncipiū referēdi. id eſt denominādi reſpectiue ſubiectū in q̄ ē in ordine ad
aliud ſcilicet ad t̄minū. Diciẗ t̄cio ꝙ relatio in cōmuni nō habet relationē
ſibi oppoſitā. nec etiā relatiuū in cōi habet correlatiuū ſibi oppoſitū ad
qḋ referẗ. patet. qa relatio in cōi ꝯtinet ſub ſe oēm relationē. ⁊ relatiuū om̄e
correlatiuū. Diciẗ q̄rto ꝙ relatio in cōi ē ꝑncipiū referēdi idē ad ſeipm̄ ſci-
licet relatiuū ad relatiuū. ⁊ ſic nō ſunt duo genera ꝫ vnū. ¶ Sed ꝯtra hoc
obijciẗ qa nulla relatio realis ē ꝑncipiū referēdi idē ad ſeip̄m. ꝫ relatio ī cōi
eſt relatio realis cū ſit vnū decē ꝑdicamētoꝝ. igiẗ nō ē ꝑncipiū referēdi idē
ad ſeip̄m. Ad hoc dr̄ ꝙ duplex ē relatio realis. q̄dā ē ſingularis ⁊ īdiuidua
ſicut ē hec paẗnitas vel hec filiatio. ⁊ talis nō ē ꝑncipiū referēdi idē ad ſe-
ip̄m. Alia ē generica aut ſpeciuoca cuiuſmodi ē relatio in cōi. ⁊ talis bene
eſt ꝑncipiū referēdi idē genere aut ſpecie ad ſeip̄m. Et ex hoc patet ſolutio
duarū rationum q̄ fiebāt ante oppoſitū. Ad ꝓbandum ꝙ relatio non ſit
vnū gen⁹ generaliſſimū. relatiuū em̄ nō referẗ ad relatiuū ab ip̄o diſtinctū
genere. nec etiā duo ꝑmo ꝯcreta imediate cōtēta ſub relatiuo referūẗ ad ſe-
inuicē aut ad alia duo diſtincta ſpecie. Et ſi arguaẗ ḡ erūt relatiua eq̄parā-
tie. Diciẗ ad hoc ꝙ relatiuū eq̄parātie dupliciẗ accipiẗ. Vno mō generali-
ter ꝓ om̄i relatiuo noiato eodē noīe ſicut ſuū correlatiuū ſiue ſummaẗ ab
eadē forma ſpeciuoca ſiue nō. Et hoc mō illa duo ꝑma cōcreta. ymmo eti-
am oīa relatiua ſm nomē relatiui ſunt relatiua eq̄parātie. Alio mō accipiẗ
ſpecialiẗ ꝓ ratiōe q̄ ē ratio referēdi aliqd ad aliud ⁊ ecōtra ſm eādē rationē
⁊ hoc mō illa nō ſunt relatiua eq̄parātie. ¶ Tercio ſupponiẗ ꝙ relatiuum
ſm aliq̄s diffiniẗ ꝑ ſuū correlatiuū. qḋ ꝓbāt ꝑmo ſic. qa ꝑ illud diffiniẗ re-
latiuū ad qḋ t̄minaẗ. ꝫ relatiuū t̄minaẗ ad correlatiuū igr̄ diffiniẗ ꝑ corre-
latiuū. Maior patet. qa idē ē ad qḋ dr̄ relatiuū ⁊ qḋ t̄minat relationē ⁊ ꝑ
qḋ diffiniẗ relatio. Minor ꝓbaẗ qa correlatiuū ad illud t̄minaẗ ad qḋ re-

ferṫ. ⁊ ad illō referṫ ad qō diceretˀ circūſcp̄to om̄i alio. ꝫ illō ē correllatiuū. et nō aliq̄d abſolutū. ğ relatiuū ṫminatˀ ad correlatiuū ⁊ nō ad abſolutū. ⁊ ꝑ ꝯſeq̄ns diffiniṫ ꝑ ip̄m. Scd̄o ſic ꝑ illō ꝯuenienṫ diffiniṫ aliq̄d ꝑ qō explicatˀ ei⁹ natura ⁊ q̄ditas. ꝫ natura ⁊ q̄ditas relatiui explicatˀ ꝑ correlatiuū. igiṫ. Tercio ſic ſm purphiriū relatiua diffiniūṫ ꝑ ſeiuicē neceſſe ē i vtrorūq; ratiōib⁹ vtriſq; vti. ğ relatiuū diffiniṫ ꝑ correlatiuū. Aliṫ tn̄ dr̄ ꝙ nl̄lū relatiuū ꝯuenienṫ diffiniṫ ꝑ ſuū correlatiuū. patet. q̄a al̄s idē diffiniretˀ ꝑ ſeip̄m. nā ſi paṫ diffiniatˀ ꝑ filiū tūc ſi loco filij ponatˀ ſua diffinitio. i diffinitiōe patrˀ ponetˀ paṫ. Scd̄o ſic. oīs pars diffinitiōis debet eſſe prior diffinito. ꝫ correlatiuū nō ē p̄us relatiuo cū ſit ſimul natura cū eo. igr̄ nō poteſt eſſe pars diffinitiōis relatiui. Diciṫ vlteri⁹ ꝙ relatiuū ꝯuenienṫ diffiniṫ ꝑ fundamētū ſui correlatiui. patet. q̄a ꝑ illō ꝯuenienṫ diffiniṫ relatiuū ad qō ṫminatˀ relatio. Sed relatio terminatur ad fundamentum correlatiui. igitur. Minor patet. quia circumſcripto omni reſpectu ab albedine que eſt in ſocrate adhuc plato alb⁹ diceretˀ ſil̄is ſocrati. licet nō ecōtra. ⁊ tn̄ in ſocrate nō eſt aliq̄d reſpectiuū ꝙ poſſit ṫminare ſil̄itudinē platonis ad ſocratē. ğ relinquiṫ ꝙ albedo ſocratˀ ṫminat depēdētiā ſil̄itudinis platonis ad ſocratē. Ex quo ſequiṫ ꝙ hec diffinitio patrˀ in q̄ dr̄. paṫ eſt res habēs filiū nō valet. ꝫ debet ſic diffiniri. paṫ eſt aīal qō ex ſemine ſuo genuit aliō aīal ſibi ſil̄e in eſſe. Pro ſolutiōe tn̄ p̄mi argumēti intelligēdū ē ꝙ triplices ſunt relatiōes. Quedā eſt relatio q̄ fundatˀ in abſoluto ⁊ ṫminatˀ ad abſolutū. ſicut ſil̄itudo q̄ ē inṫ duo alba. Alia ē q̄ fundatˀ in reſpectu ⁊ ṫminatˀ ad reſpectū. ſicut diſtinctio q̄ ē inṫ duas ſil̄itudines. Tercia ē q̄ fundatˀ in abſoluto ⁊ ṫminatˀ ad reſpectū. ſicut diſtinctio albedinis a ſil̄itudine vel p̄oritate ei⁹. Quarta eſt q̄ fundatˀ in reſpectu ⁊ ṫminatˀ ad abſolutū. Dicēdū eſt ğ ꝙ nulla relatio ṫminatˀ ad ſuā correlationē. ꝫ ad fundamētū ſue correlatiōis. ⁊ ꝑ illō habet diffiniri. ⁊ negatˀ ꝙ correlatiuū ad illō ṫminatˀ ad qō referṫ. Ad ſcd̄m dr̄ negādo minorē. Ad ṫciū diciṫ ꝙ dictū purphirij. ⁊ etiā illō corollariū in quo ph̄s dicit ꝙ ſi q̄s diffinite nouerit vnū correlatiuū ⁊c̄. debet ītelligi quo ad diffinitionē deſcp̄tiuā aut incōpletā. ¶ His ſuppoſitˀ dr̄ p̄mo ꝙ ad aliq̄d ē vnū gen⁹ generaliſſimū. patet ꝑ diffinitionē generis generaliſſimi. patet etiā q̄a habet ꝓpriū modū eſſendi ⁊ ꝓpriū modū denominādi p̄mā ſubſtātis diſtinctū a modis alioꝝ p̄dicamentoꝝ. Qꝛ aūt ſit vnū ꝓbatū eſt. Diciṫ ſcd̄o ꝙ eſt in textu ꝑ ſcd̄am diffinitionē ſufficienṫ diffinitū. illius autē diffinitionis declaratio viſa eſt in ſumulis.

## Scd̄a difficultas Utrū om̄is relatio ſit repoſibilis in h̄ p̄dicamēto ad aliq̄d

Pro cui⁹ ſolutōe ponūṫ octo

diſtinctões ⁊ vna differẽtia. Differẽtia ẽ. int̃ iſta tria habitudo. reſpect⁹ ⁊ re
latio. q̃a habitudo ẽ cõmunior reſpectu. nã int̃ aliq̃ ẽ habitudo int̃ q̃ nõ ẽ re
ſpect⁹. vt patet int̃ superi⁹ ⁊ iferi⁹. Silr̃ reſpect⁹ ẽ ꝯmunior relatõe. q̃a reſpe
ctus dr̃ de ſex vltimis p̃dicamẽt. relatio aũt nõ dr̃ de illis ſaltẽ ꝓprie. Pri
ma diſtinctio. duplicia ſt̃ relatiua. q̃dã ſt̃ relatiua ſ̃m eſſe. alia ſt̃ relatiua ſ̃m
dici. Relatiua ſ̃m eſſe ſt̃ q̃ ſ̃m ſuũ totũ eſſe q̃ditatiuũ ⁊ ſpecuiocũ ſt̃ in p̃di
camẽto relatõis. vt paṫnitas ⁊ filiatio. Relatiua ſ̃m dici ſt̃ illa q̃ ſ̃m ſe ſt̃ ab
ſolta. ita ꝙ illd̃ qd̃ iportãt de ſuo p̃ncipali ſignificato ẽ alioꝝ generꝝ. intelli
git̃ tñ in habitudine ad aliũd. man⁹ ⁊ caput ⁊ cetere ꝑtes p̃maꝝ ſbaꝝ. Scd̃a
diſtinctio. relatiuũ ſ̃m eſſe ẽ duplex. qd̃dã ẽ reale. aliũd ẽ ratiõis. Relatiuũ
ratiõis ẽ qd̃ iportat relationẽ fabricatã ab itellectu. qd̃ depẽdet in eſſe ⁊ ꝯſer
uari ab intellectu. ſicut gen⁹ ⁊ ſpecies. Relatiuũ reale ẽ qd̃ iportat relationẽ
ex natura rei exiſtẽtẽ in reb⁹. Et ad iſtud tres ꝯditiões reqrũt̃ vt viſum ẽ in
ſumul. Tercia diſtinctio. Relatiuũ reale ẽ duplex. qd̃dã ẽ aptitudinale ſiue
fundamẽtale. aliud ẽ relatiuũ reale actuale. Relatiuũ reale aptitudinale eſt
illud qd̃ reqrit t̃minũ ſuũ in aptitudine tm̃. ſicut ẽ riſibile ⁊ etiã aſſimilabile
⁊ iſtud neceſſario ineſt ſuo fundamẽto nec diſtinguit̃ realit̃ ab eo. cũ ſe ha
beat ad ip̃m ſicut ꝓpria paſſio ad ſb̃ctm̃. Relatiuũ actuale ẽ qd̃ reqrit fun
damẽtũ ⁊ t̃minũ i actu. ſicut ẽ ſilẽ. ⁊ iſtud ꝯtingent̃ ineſt ſuo fundamẽto. ⁊
diſtinguit̃ realit̃ ab eo. Quarta diſtinctio. relatiuũ actuale adhuc ẽ duplex
qd̃dã ẽ qd̃ iportat relationẽ intrinſec⁹ aduenietẽ. aliũd ẽ qd̃ iportat relatio
nẽ extriſec⁹ aduenietẽ. Relatio itrinſec⁹ aduenieñs ẽ illa q̃ neceſſario ponit̃
poſit fundamẽto ⁊ t̃mino in q̃cũqȝ diſtãtia ponãt̃. ſicut ſt̃ relatões hui⁹
p̃dicamẽti. Relatio extriſec⁹ aduenieñs ẽ illa nõ q̃ imediate ponit̃ poſit fũ
damẽto ⁊ t̃mino. ſȝ ip̃is poſit adhuc reqrit aliqd. videlicȝ applicatio vni
us ad alterũ. ſicut ẽ calefactio poſito eñi igne ⁊ ꝯbuſtibili nõ adhuc ponit̃
ꝯbuſtio. ſȝ p̃reqrit̃ applicatio ꝯbuſtibilis ad ignẽ. Quinta diſtinctio. rela
tionũ q̃dã ẽ diſtincta realit̃ a ſuo fundamẽto. ſicut paṫnitas in creaturis.
Alia vͦo nõ ẽ diſtincta. ſicut creatio paſſiua. Sexta diſtinctio. relationũ q̃
dã ẽ trãſcẽdẽs q̃ nõ ẽ alicui⁹ p̃dicamẽti. ſicut ſt̃ ordo. diſtinctio. idem. diuer
ſum relatões originis q̃ ſt̃ in diuinis ⁊ etiã relatões cõmunes q̃ ſt̃ in diui
nis. Alia ẽ p̃dicamẽtalis cuiuſmodi ſt̃ relatões diſtincte a ſuo fundamẽto
Dicũt eñi aliq̃ ꝙ oĩs relatio q̃ ẽ eadẽ realit̃ ſuo fundamẽto ẽ ex ſe trãſcẽdẽs
ſ̃ꝫ ꝑ oppoſitũ relatio diſtincta realit̃ a ſuo fundamẽto ẽ p̃dicamẽtalis. Se
ptima diſtinctio. duplr̃ aliq̃ dicunt̃ relatiua. Vno mõ denoĩatiue. ⁊ h̃ mõ
ſb̃e qb⁹ inſunt relatões dicũt̃ relatiua vt ſocrates ⁊ plato qb⁹ inſunt paṫni
nitas ⁊ filiatio. Alia ſt̃ relatiua q̃ditatiue ⁊ eſſentialit̃. ⁊ ſic illa dicũt̃ relatiua
q̃ ſt̃ ꝯcreta abſtractoꝝ importãtium relationẽ. ſicut pat̃ ⁊ fili⁹. Octaua di
ſtinctio. Duplices ſunt relationes reales. Quedaȝ ſunt reales in vtroqȝ ex
tremo. Alie ſunt reales in vno extremo tm̃. ſicut relatio ſcibilis ad ſcientiã.

¶His diſtinctiōibꝰ p̄miſſis dr̄ p̄mo ꝙ ſolū illa relatiua dicūt̃ eſſe in hoc p̄dicamēto q̄ dicūt̃ relatiua ꝑditatiue ꝛ eſſentialit̃. patet qꝛ relatiua denominatiue ſunt alioꝝ p̄dicamētoꝝ. Dicit̃ ſc̄do ꝙ ad hoc qd̄ aliq̄ relatio ſit i hoc p̄dicamēto q̄tuoꝛ cōditiōes reqrunt̃. Prima ꝙ ſit relatio realis. ꝛ per hoc excludunt̃ relatiōes ratiōis. Sc̄da ꝙ ſit finita ꝛ limitata ꝛ nō trāſcendēs. ꝛ ꝑ hoc excludunt̃ relatiōes deſcēdētes. Tercia ꝙ ſit relatio formalis ꝛ actualis. ꝛ ꝑ hoc excludūt̃ relatiōes aptitudinales que reducūt̃ ad p̄dicamētū ſui fundamēti. Quarta ꝙ ſit relatio intrinſecus adueniens. ꝛ ꝑ hoc excludunt̃ ſex vltima p̄dicamēta que ſunt relatiōes extrinſecꝰ aduenientes Dicit̃ aūt aliq̄ relatio extrinſecꝰ aduenire nō qꝛ ſit de intrinſeca ratione ſui fundamēti aut ſubiecti. ꝫ qꝛ ē a cauſa q̄ ē in ſuo ſubiecto cui ineſt. ꝛ nō eſt a cauſa extrinſeca. vt puta ab approximatiōe ſuoꝝ extremoꝝ. Et ꝑ hoc oppoſitum dicit̃ relatio extrinſecus adueniens.

## Tercia difficultas Utrū cōmuni-

tates ꝛ ꝓprietates relatiōis ſint ſufficient̃ a pħo aſſignate. ¶Pro cuiꝰ ſolutione ſupponit̃ p̄mo ꝙ ſc̄d̄m beatū auguſtinū in ſuis p̄dicamētis relationis q̄tuor ſunt ꝓprietates. Prima. ꝓpriū relatiōi qd̄dammodo cointelligi cū ſuo t̃mino. patet. qꝛ om̄e qd̄ eſt a ſe poteſt intelligi nullo alio intellecto ꝫ ſi relatio debet intelligi neceſſario reqrit ſuū t̃minū cointelligi. Sc̄da proprietas. oīa relatiua dicūt̃ ad cōuertētiā Tercia. relatiue oppoſita poſſunt ineſſe eidē reſpectu diuerſoꝝ. Quarta ē ſpecialis modꝰ p̄dicatiōis. relatiuū em̄ recipit p̄dicationē ſui correlatiui in obliq̄. ꝛ ſi videat̃ cōuenire alicui abſoluto. tamē nō ē ſine cōcomitātia reſpectꝰ. ¶Sc̄do ſupponit̃ ꝓ declaratione duaꝝ cōmunitatū ꝙ ſm aliq̄s nulla relatiua ſm ſe habēt ꝯtrariū. aut ſuſcipiūt magis aut minꝰ. ꝫ hoc eis cōuenit ꝑ ſua fundamēta. Ex q̄ ſequit̃ ꝙ ſola relatiua quoꝝ fundamēta habēt ꝯtrariū aut ſuſcipiūt magis ꝛ minus dicūt̃ habere ꝯtrariū aut ſuſcipe magis aut minꝰ. Sed ꝯtra iſtud arguit̃ multipliciť. Primo qꝛ cōformitas ꝛ difformitas ad rectā ratiōnē q̄s cōſignificāt iſti t̃mini ỽtus ꝛ viciū ſunt relatiua ꝛ tamē nō cōtrariāt̃ ꝑ ſua fundamēta. qꝛ qualitates ille cū ſint ſpirituales nō ſunt adinuicē ꝯtrarie. igit̃. Sc̄do ſic. Si relatio nō ſuſcipet maiꝰ aut minꝰ niſi ratiōe ſui fundamēti ſequeret̃ ꝙ fundamēto manēte eodē ꝛ eq̄li relatio nō poſſet intendi ꝛ remitti. ꝯſeq̄ns eſt falſum. qꝛ manēte eadē q̄ntitate in aliquo nō aucta nec diminuta illd̄ poteſt fieri maiꝰ aut minꝰ ineq̄le alteri. ſimilit̃ manēte eat ē albedine in aliquo non intenſiua neqꝫ remiſſiua poteſt fieri magis aut minus fieri ſimile alteri.

Tercio ſic. Relatio diſtantie intendit̄ nullo appoſito/aut remoto ad extrema illius diſtantie. ergo relatio poteſt ſuſcipere magis aut min⁹ ſine hoc q̄ ſuū fundamentū ſuſcipiat magis aut minus. ſi dicat̄ q̄ diſtantia nō eſt maior intenſiue. ſed ſolū extenſiue. Cōtra. illa diſtātia nō eſt in ſpacio intercepto inter res diſtantes ſicut in ſubiecto. ſed eſt immobilis. ſed nullū accidēs extendit̄ vltra ſuū ſubiectū. ergo illa diſtātia nō eſt maior extenſiue ꝓpter ſpaciū. Sed eſt maior extenſiue ꝓpter intenſionē graduuꝫ. Quarto ſic. Approximatio eſt relatio. ⁊ tamē ſuſcipit magis ⁊ minus ſine ſuis extremis. igit̄. Aliter igit̄ dicūt aliq̄ q̄ relatiua ſcd̄m ſe habent cōtraria. ⁊ ſm ſe ſuſcipiūt magis ⁊ min⁹. Probat̄ qa hoc fuit de intentiōe philoſophi qa ſicut hic cōcedit de relatiuis. ita ſuperius negauit de quātitate. ⁊ tamē cōſtat q̄ multa ſubiecta nō intendunt̄ ⁊ remittūt̄. igit̄. Et cōfirmat̄. qa quādo calor ꝓducit̄ p motū ꝓpter hoc dicit̄ intendi. qa pars eiuſdē rationis apponit̄ alteri parti infra eā. ſicut in augmento pars quātitatis apponit̄ alteri extra eā. ſed quālibet partē caloris cōcomitat̄ pars ſimilitudinis. ergo eadē ratione qua calor ſcd̄m ſe intendit̄ ſimilitudo ſcd̄m ſe intenditur. Vterqꝫ aūt iſtoꝝ modoꝝ duoꝝ dicendi vidē probabilis. tamē primus eſt cōmunior. Videt̄ eñ magis probabile q̄ nulla relatio ſuſcipit magis aut minus niſi ſuū fundamentū aut ſuus terminus. aut aliqd̄ qđ preexigitur ad fundandā talē relationē ſuſcipiat magis aut minus. aut maius ⁊ minus qđ dicit̄ ꝓpter inequalitatē. cuius fundamentū nō ſuſcipit magis aut minus. ſed maius ⁊ minus. Et ratio huius forte eſt q̄ relatio eſt minime entitatis ⁊ cōſiſtit in indiuiſibili. Et ſi querat̄. quare ergo termini relatiui p̄dicant̄ cū his aduerbijs magis ⁊ minus. hoc eñ eſt ſignū intenſionis ⁊ remiſſionis in re ſignificata p illos terminos. dicet̄ forte q̄ illi t̄mini p̄dicant̄ cū iſtis aduerbijs magis ⁊ minus donotantibus maioritatē ⁊ minoritatē in fundamēto ⁊ nō in p̄ncipali ſignificato. ¶ Tercio ſupponitur q̄ relatiua dici ad cōuertentiā nō eſt aliud q̄ȝ ipa referri ad ſeinuicem ſm mutuā dependētiā. videlicet q̄ ſicut relatiuū mediāte obliquo ſui correlatiui p̄dicat̄ de ſeipo. ita correlatiuū mediāte obliq̄ ſui relatiui p̄dicat̄ de ſeipſo. vt ſicut dñs de ſeipō. vt ſicut dñs eſt ſerui dñe. ſic ſeru⁹ eſt dñi ſeru⁹ ¶ Quarto ſupponit̄ q̄ ſecūda ꝓprietas que eſt hec. Relatiua ſunt ſimul natura diuerſimode exponit̄. Quidā eñ ſic exponunt eā. Relatiua ſunt ſimul natura id eſt ſimul naturali intelligentia. ita q̄ vno intellecto neceſſario aliud itelligit̄. ⁊ tūc eā ſic exponēdo coincidit cū p̄ma ꝓprietate poſita ab auguſtino. Alij ſic exponūt. Relatiua ſunt ſimul natura. id eſt naturali dependentia. ſic q̄ vnum dependet ad aliud. ita econtra. Sed iſti duo

modi exponēdi nō ſunt de intentione philoſophi. ideo alit̄ exponūt̄. Re-
latiua ſunt ſimul natura. id eſt naturali exiſtētia. ita ꝙ vno exiſtēte aliud ex
iſtit ⁊ ecōtra. Hec aūt expoſitio eſt de intētiōe philoſophi. Qđ patet p̄mo
q̄a ip̄e ꝓbat eā ſic. Relatiua poſita ſe ponūt. ⁊ ꝑempta ſe perimunt. qđ nō
poteſt intelligi niſi de actuali exiſtētia Scđo q̄a dicit ſcibile ⁊ ſciētiā nō eſ-
ſe ſimul natura eo ꝙ ſcibile p̄exiſtit ſciētie. neq̄ꝫ em̄ ſenſibile ⁊ ſenſus. eo ꝙ
ſenſibile p̄exiſtit ſenſui Hec aūt expoſitio cōſonat dicto auguſtini dicētis
ꝙ relatiua ſunt ſimul natura quo ad ortū ⁊ occaſum. Sed contra iſtū mo
dū exponēdi arguit̄ duplicit̄. Primo q̄a prius natura ⁊ poſterius natura
ſunt relatiua ⁊ tamē nō ſunt ſimul natura. igit̄. Scđo q̄a p̄us tēpore ⁊ po-
ſterius tēpore ſunt relatiua ⁊ tamē nō ſunt ſimul natura quātū ad actua-
lem exiſtentiā. q̄a prius tp̄e exiſtit prius q̄ꝫ poſteri⁹ tp̄e. ¶ Ad p̄mū iſtorū
dicit̄ ꝙ prius ⁊ poſterius natura accepta ꝓ ſe ſignificatis ſ̄m ſuppoſiti
onē ſimplicē ſunt relatiua ⁊ ſimul natura ſimultate exiſtentie. ſed ſi capiat̄
pro denominatis ⁊ ſcđm ſuppoſitionē ꝑſonalē nō ſunt relatiua niſi deno
minatiue. nec ſunt ſimul natura. Ad ſecūdū dicit̄ ꝙ ꝓprietas debet intelli-
gi de relatiuis ꝑmanētib⁹ ⁊ nō de ſucceſſiuis cuiuſmodi ſunt prius tēpo-
re ⁊ poſterius tēpore, talia em̄ non ſimul exiſtūt q̄ꝫuis ſint ſimul natura q̄
ad dependentiā. q̄a quādocūq̄ꝫ dicit̄ de vno ꝙ eſt prius tēpore. de alio di
citur ꝙ eſt poſterius tempore.

His ſuppoſitis dicit̄ ꝙ cōmunita-
tes ⁊ ꝓp̄etates ſūt ꝯuenient̄ a philoſopho aſſignate patet ſatꝭ ex declaratꝭ

## Quarta difficultas. Utrū relatio

ſit aliqua entitas p̄ter aīam a rebus abſolutis videlicet ſubſtātia ⁊ qualita
te realit̄ diſtincta. De qua ſunt due opiniones. Secūdū p̄mā opinionē di
cit̄ p̄mo ꝙ oīs res eſt ſubſtātia vel qualitas. ⁊ ſic omnis res eſt abſoluta.
Quia ſi aliqua res eſſet realit̄ diſtincta a re abſoluta ſequeret̄ ꝙ impoſſibi-
le eſſet ſocratē ſibi ſimil̄ē alicui albo ſine aliqua tali entitate. cōſeq̄ns eſt fal
ſum. q̄a poſſibile eſt ſocrate albo exiſtēte pariſius aliud albū generari ro-
me nulla entitate de nouo acq̄ſita in eo qđ patet. q̄a ſi ad generationē albi
rome generaret̄ noua entitas in ſocrate albo. vel hoc eſt a deo vel a creatu
ra. nō a deo vt notū eſt. nec a creatura. q̄a actio ei⁹ nō eſſet potēs ad tantā
diſtātiā. Scđo ſic. Illud qđ aduenit alicui nulla mutatiōe facta in eo nō eſt
aliqua res diſtincta a re abſoluta. ſed relatio aduenit alicui nulla mutatio
ne facta in eo. vt patet ꝑ p̄hm q̄nto phiſicoꝝ. ergo relatio nō eſt res diſtin
cta a rebus abſolutis. Tercio ſic. Ois entitas realis eſt termin⁹ alicuius

ꝑductiōis realis. ꝫ relatio nō eſt ṫmin⁹ alicui⁹ ꝑductiōis realis. ergo nō eſt aliqua entitas realis. ſaltē alia a re abſoluta. igiṫ. Sūmaṫ gratia exēpli paṫnitas. Si eñ paṫnitas ſit ṫminus alicui⁹ ꝑductiōis. cū ꝑductio ſit relatio quero cui⁹ actiōis eſt termin⁹. ſi alicui⁹ tūc quero de illa ſicut de iſta. ⁊ ſic ꝓcedereṫ i īfinitū. Nō eſt dicēdū ꝙ nulli⁹. qa cum ſit entitas realis ſicut paṫnitas eſt ṫmin⁹ alicui⁹ ꝑductiōis ſicut paṫnitas. Quarto ſic. Si relatio eſſet res aliqua diſtincta a reb⁹ abſolutis ſequereṫ ꝙ in eadē re eſſent infinite entitates reales nō faciētes aliqd vnū. cōſeqñs eſt impoſſibile. igiṫ Cōſeqñtia patet qa eadē res eſt diſtincta ab infinitis reb⁹. ꝫ cū diſtinctio ſit quedā relatio in eadē re erūt infinite relatiōes. Diciṫ ſecūdo ꝙ oīs ſubſtātia eſt relatio. ⁊ oīs qualitas eſt relatio. patet. qa oīe qd̄ poteſt ad aliud cōparari eſt relatio ꝫ oīs ſubſtātia. ⁊ ſimiliṫ oīs qualitas eſt huiuſmodi. igiṫ. Diciṫ ṫcio ꝙ oīa que reponūṫ in ꝑdicamēto ad aliqd ſunt ṫmini ſignificātes res abſolutas cōnotādo illas referri ad aliud. nec differunt illi termini a ṫminis abſolutis penes rem ſignificatā. ꝫ ſolū penes cōnotationē. Et iſtud videṫ eſſe de intētiōe philoſophi in textu ꝓcedēti. patet p̄mo qa dicit relatiua dici ad aliud in genitiuo vel aliquo alio obliquo. ſed hoc ſolū cōuenit ṫmino. Scd̄o qa dicit ꝙ oīa relatiua dicūṫ ad ꝯuertētiā ſed caſu aliquotiēs differūt ſcd̄m locutionē. Tercio. qa dicit ꝙ neceſſe eſt aliquotiens fingere noīa ſi nō fuerit nomē ad qd̄ dicaṫ couenienṫ relatiuu3. ꝫ iſta couenīūt ſolis ṫminis. igiṫ. Ex iſto ſequiṫ p̄mo ꝙ nulla res diſtinguendo rem quaſi ſignū eſt in ꝑdicamēto relatiōis ſic ꝙ generaliſſimū relatiōis ꝑ diceṫ ꝑ ſe de ea. Scd̄o ſequiṫ ꝙ abſolutū ⁊ reſpectiuū nō ſunt differētie reꝝ ſed ſunt differētie terminoꝝ. Terminoꝝ eñ qdā eſt abſolut⁹. alius reſpectiu⁹. Rerū aūt nulla eſt reſpectiua que ſit a reb⁹ abſolutis realiṫ diſtincta Tercio ſequiṫ ꝙ iſti ṫmini ad aliqd relatiuū ⁊ relatio nō ſunt ṫmini prime intētiōis. patet. qa oīs ṫmin⁹ immediate ſuppōnēs ꝓ alijs ṫminis vt ſunt ⁊ verificabilis de eis materialiṫ acceptis eſt ṫmin⁹ ſcd̄e intētiōis. ꝫ iſti ṫmini ſunt huiuſmodi. igiṫ Quarto ſequiṫ ꝙ cū aliqs dṙ paṫ vel ſimilis. hoc nō ē ꝑ aliquā entitatē ſibi ihērētē ab eo realiṫ diſtinctā. Diciṫ qrto ꝙ relatio nō ē aliq res diſtincta realiṫ a reb⁹ abſolutis. Iſtō ꝓbaṫ ratiōib⁹ poſitis ꝑ p̄mo dicto. Et adhuc ꝓbaṫ alijs ratiōib⁹. Prima ratio. Si relatio eſſet res aliq realiṫ diſticta a reb⁹ abſolutis ſeqreṫ p̄mo ꝙ ſocrates eſſet paṫ platonis quē nunq̄ genuit. Secundo ꝙ ſocrates eſſet pater platonis quē tamen genuit. Sed iſta ſunt inconuenientia. igiṫ conſequentia p̄mi patet. qa ſi paṫnitas ſit res diſticta a cicerone q genuit platonē poteſt ſeparari ab eo ꝑ potentia diuinam poteſt eſſe in ſocrate ⁊ denominare ſocratem.

⁊ per conſequens ſocrates denominabitur pater platonis quem genuit. Secūda cōſequētia patet. Ablata paternitate a ſocrate qua dicit̄ pat̄ platonis. nō dicit̄ ampli⁹ pater platonis. ſed hoc eſt impoſſibile. ſi paternitas ſit res diſtincta a ſocrate. q̄a vnā rem ab alia re realiter diſtinctā deus poteſt deſtruere illa re remanente. igit̄. Secūda ratio cauſalitatis eſt relatio. ⁊ tamē nō diſtinguit̄ realit̄ a ſuo fundamento. igit̄. Minor patet. q̄a vera cauſalitas reſpectu omniū eſt in deo in ordine ad creaturā. ⁊ tamē illa cauſalitas nō eſt alia res a deo. ergo relatio nō eſt aliqua res diſticta a rebus abſolutis. Tercia ratio. Si relatio eſſet aliqua res diſtincta a rebus abſolutis ſequeret̄ q̄ moto digito in qualibet re vniuerſi acquireret̄ vna noua res. Cōſequēs videt̄ incōueniens. igit̄. cōſequētia patet. q̄a in qualibet re vniuerſi acquireret̄ nouus ordo reſpectu alicuius rei ſed ordo eſt relatio igit̄. Similit̄ poſſet argui q̄ muſca volante totū vniuerſum mutaret ordinem. iſta ſunt incōuenientia. igit̄. Quarta ratio. Relatio nō poteſt eſſe ſine rebus abſolutis p̄ quācūq; potentiā. ergo relatio nō eſt res diſtincta a rebus abſolutis. Antecedēs patet. q̄a nihil poteſt dici ſimile alicui vel pat̄ alicuius niſi ſit qualitas aut ſubſtātia. Alia eſt opinio philoſophoꝝ realiū. ¶ Pro cuius declaratione ſupponit̄ p̄mo q̄ decē p̄dicamēta ſunt decē res eſſentialit̄ ⁊ realit̄ diſtincte. ⁊ cū hoc aliqua eoꝝ ſunt abſoluta. videlicet ſubſtātia. quātitas ⁊ qualitas ⁊ aliqua reſpectiua ſicut alia ſept̄. ſequitur q̄ aliquę res ſunt abſolute ⁊ aliquę reſpectiue. Iſtud eſt de intentione philoſophi in pluribus locis. Ex quo infero q̄ abſolutū ⁊ reſpectiuū non ſunt differentie terminoꝝ ſeu rerū. ¶ Secūdo ſupponit̄ q̄ ad relationem huius p̄dicamenti q̄nq; requirūt̄. ſcilicet. ſubiectū. fundamētū. terminus ad quē. correlatiuū ⁊ ip̄a relatio. Subiectū eſt q̄d denominat̄ ab ip̄a relatione. vt ſocrates q̄ denominat̄ ſimilis a ſimilitudine. Fundamentum eſt aliq̄d accidēs abſolutū mediante q̄ relatio q̄ eſt minime entitatis inheret ſubſtātie. ſicut eſt albedo inexiſtens ſocrati ſcđm quā ſocrates dicit̄ fundamentaliter ſimilis alicui albo. Termin⁹ ad quē eſt illud q̄d fundat relationem que dicit̄ ad cōuertentiā alteri relationi. ſicut eſt albedo que eſt ī alio ſubiecto cui ſocrates dicit̄ ſimilis. Relatio eſt entitas reſpectiua a qua ſubiectū denominat̄ taliter ſe habere ad aliud. ſicut eſt ſimilitudo ſcđm quā ſocrates dicit̄ formalit̄ ſimilis alicui albo. Dictū eſt aūt notant̄ ad relationem huius predicamenti. q̄a multe ſunt relationes ad quas nō requirunt̄ illa q̄nq;. Nam in multis idem eſt ſubiectū ⁊ fundamentū. ſicut patet de prioritate qua ſubſtātia eſt prior accidente. ⁊ de diſtinctione qua vna res diſtinguit̄ ab alia re. ¶ Tercio ſupponit̄ q̄ ſcđm diuerſitatē rerū diuerſitas

eſt terminoꝝ ſignificātiū illas res. Ex quo ſequit̄ ꝙ cū alique res ſint abſolute ⁊ alique reſpectiue aliq̄ termini ſignificāt res abſolutas ⁊ ꝑdicant̄ de ſeipis in ꝓpoſitiōe cauſante cōceptū cōpletum ⁊ ꝑfectū ſecluſo omī opere Ulterius tamē ⁊ aliȷ̄ ſignificāt res reſpectiuas ⁊ nō poſſunt ꝑdicari de ſe ipis in ꝓpoſitiōe cauſante cōceptū cōpletū ⁊ ꝑfectū ſine aliquo alio ei addito. ſicut patet dicēdo pat̄ eſt pat̄. cōceptus illius ꝓpoſitiōis nō eſt completus. Sed ſi dicat̄. pat̄ eſt filiȷ̄ pat̄ tunc eſt completus ⁊ perfectus.

His ſuppoſitis dicit̄ ꝙ oīs relatio ꝑdicamētalis eſt a ſuo fundamento realit̄ diſtincta. Probat̄ pmo ſic. Illa que ſunt diuerſoꝝ ꝑdicamentoꝝ ſunt res diſtincte. ſed relatio ⁊ ſuū fundamentū ſunt huiuſmodi ergo. Maior patet. qa eſſentie ꝑdicamentoꝝ ſunt impmixte. Minor ꝓbat̄. qa fundamentū eſt qualitas vel quantitas Scdo ſic. Illa quoꝝ vnū poteſt multiplicari alio nō multiplicato ſūt res realiter diſtincte. ſed relatiōes poſſunt multiplicari fundamēto nō multiplicato. igit̄. Maior eſt nota. Minor ꝓbat̄. qa ſi ſocrates eſt albus ipe eſt ſimilis cuilibet alteri albo. Sed hoc nō eſt p eandē ſimilitudinē. cū poſſit eſſe ſimilis alicui ſine hoc ꝙ deſinat eſſe ſimilis aliȷ̄s. Tercio ſic. Illa quorū vnū poteſt remanere reliquo corrupto ſūt realit̄ diſtincta. ſed fundamentū poteſt remanere relatiōe corrupta. vt patet de ſocrate q̄ deſinit eſſe pat̄ cū fili' ei' morit̄. igit̄. Quarto ſic. Illa quoꝝ vnū eſt depēdēs ad aliud ⁊ reliquū nō eſt depēdēs ſūt ab inuicē diſtincta. ſed relatio eſt depēdēs a ſuo correlatiuo. fundamentū aūt nō eſt dependēs ab eo. igit̄. Quinto ſic. Quecūq̧ ſic ſe habent ꝙ vno intēſo aliud remittit̄ illa ſūt realiter diſtincta. ſed fundamentū ⁊ relatio ſūt huiuſmodi. igit̄. Maior patet. qa impoſſibile eſt ſimul intendi ⁊ remitti idē. Minor ꝓbat̄. qa albedine intenſa ſimilitudo remittit̄. poſito eñ ꝙ ſocrates ⁊ plato ſint ſimiles. ⁊ vterq̧ ſit remiſſe albus tunc ſi intendat̄ albedo ſocratis remittetur ſimilitudo eius Sexto ſic. Quādocūq̧ ſūt aliqua duo quoꝝ p vnū aliqua res dependet ab aliqua re. ⁊ p aliud nullomodo dependet illa ſunt realit̄ diſtincta. ſꝫ ſubſtantia dependet p relationē ab alia re. ⁊ nō p fundamentum. igit̄ relatio ⁊ fundamentū diſtinguunt̄ realit̄. Septimo ſic. Unio ypoſtatica verbi dei cū natura humana eſt realit̄ diſtincta a rebus vnitis. ſed vnio eſt relatio ergo relatio eſt res diſtincta a rebus abſolutis. Minor eſt nota. Maior ꝓbat̄. qa ſi illa vnio nō eſſet diſtincta realit̄ a rebus vnitis ſequeret̄ ꝙ verbū poſſet eſſe incarnatū ſine eo ꝙ aſſūmeret carnē humanā. cōſequēs eſt incōueniēs. igit̄. cōſequētia patet. ꝓbat̄ qa ſi deus feciſſet naturā humanā

eandẽ cũ illa nunc aſſumpta ſine eo ꝙ ipſam aſſumpſiſſet ex quo vnio nõ eſt realit̃ eadẽ cũ rebus vnibilibus erit vnio ypaſtatica verbi cũ natura ſine aſſumptione ipſius nature. ergo ⁊ incarnatio. tenet conſequentia. quia incarnatio nõ eſt alia qꝫ vnio ypoſtatica verbi cũ natura. Dicit̃ ſcd̃o ꝙ aliqua relatio nõ eſt realit̃ diſtincta a ſuo fundamẽto. Probat̃ qa in eſſentialiter ordinatis ⁊ realiter diſtinctis deus poteſt facere prius ſine poſteriori. Cũ ergo fundamentũ eſſentialiter ſit prius relatione. ſi om̃e fundamentũ eſſet realiter diſtinctũ a ſua relatione poſſet realiter ſeparari ab ea. ſed hoc eſt incõueniens qa tunc creatura poſſit ſeparari ab eius dependẽtia ⁊ etiã cõpoſitũ a dependentia quã habet a materia ⁊ forma. aut ſaltẽ materia ⁊ forma poſſent ſeparari a cõpoſito. ¶ Ad cognoſcendũ aũt que relatio ſit eadem ſuo fundamento ponit̃ talis regula. Omnis relatio eſt eadẽ ſuo fundamento realiter. ſic ꝙ fundamẽto repugnat eſſe ſine termino. Dicit̃ tercio ꝙ om̃is relatio eſt a ſuo fundamẽto diſtincta formaliter ⁊ ex natura rei. ꝓbat̃ per p̃ncipiũ inueſtigandi diſtinctionẽ formalẽ. ¶ Ad rationes alterius opinionis. Ad p̃mã que ſit pro p̃mo dicto dicit̃ negãdo minorẽ. Et ad ꝓbationẽ. qa vel talis entitas generaret̃ a deo vel a creatura. Dico ꝙ ſi creatura ꝓducit albũ rome ꝓducit ex cõſequenti ſimilitudinem in ſocrate q̄ eſt pariſius ꝓpter neceſſitatẽ cõcomitãtie quã habet relatio ad ſua extrema. Nec eſt incõueniẽs creaturã ꝓducere talẽ entitatem que nõ ꝓducit̃ ꝑ motũ. nec habet cõtrariã ad quãcũqꝫ diſtantiã. Ad ſecũdam dicit̃ ꝙ duplicit̃ aliqd dicit̃ mutari vno motu ad ſe. ⁊ iſto modo relatio adueniens alicui non facit mutationẽ in eo. Alio modo in ordine ad aliud. ⁊ iſto modo bene facit mutationẽ. Ad terciã dicit̃ negãdo maiorez Nam entitates alique ꝑ ꝓductionẽ realẽ accipiũt eſſe. Alie per quandaz coexigẽtiã ponunt̃ in eſſe. ſicut ſunt forte relationes que poſitis extremis de neceſſitate ponunt̃ extremis coexigẽtibꝰ. Vel alit̃ dicit̃ negãdo minorem. Et ad ꝓbationẽ dicit̃ ꝙ nõ eſt ſimile de paternitate ⁊ ꝓductiõe. qa productio eſt mediũ agẽdi ⁊ idẽ ꝑ qđ agens denomiat̃ agere. tale aũt nõ dicit̃ ꝓduci ab alio. vt patet ꝑ duas regulas. Prima. quãdocũqꝫ aliqd eſt tale denoiatiue ⁊ aliqd eſt formalit̃ tale tũc ſtandũ eſt in illo qđ eſt formalit̃ tale. Secũda regula. quãdocũqꝫ aliqd eſt mediũ ĩ aliquo ordine nõ oportet tali medio aſſignare aliqđ mediũ. ſed ipm̃ ſeipo in tali ordine eſt medium. ſicut relatio ꝓducit̃ ꝓductiõe denomiatiue. ꝓductio aũt nõ ꝓducit̃ aliqua ꝓductiõe. Ad quartũ dicit̃ ꝙ hoc nõ eſt incõueniẽs de rebus aut entitatibus relatiuis que cõcomitant̃ qualeſcũqꝫ mutationes rerũ ad il-

# cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

la que adducunt. Pro tercio dicto dicit q illa nihil ꝓbāt cōtra p̄dicta. nā philoſophus viti noībus pro rebus. Ad p̄mā ꝓbationē ꝑ quarto dicto dicit negādo cōſequētiā pro vtraqꝫ ſui parte. qa ꝓpter naturalē exigentiā extremoꝝ ad relationē relatio nō poteſt ſeparari a ſuo fundamento extremis manētib⁹ in eſſe. Ad ſcōm dicit q cauſalitas qua deus denominatur cauſa eſt relatio ex tēpore. ideo eſt ſolū r relatio ratiōis. qa nihil de nouo poteſt realiter denominare deū. Ad terciā dicit q illud nō eſt inconueniens. Ad quartā dicit negādo cōſequētiā. qa ad hoc q aliqd ſit realit diſtinctā ab alio ſufficit q vnū eoꝝ poſſit eſſe ſine alio. ꝛ qa res abſolute poſſunt eſſe ſine relatione. ideo diſtinguuntur realiter a relatione.

## Quinta difficultas. Utrū relatio

poſſit immediate fundari in ſubſtātia. Et vtrū pat habēs plures filios habeat tot paternitates in ſe quot habet filios. aut ad oēs illos referat eadem paternitate. ¶ Pro ſolutione p̄me partis dicit p̄mo q aliqua relatio poteſt immediate fundari in ſubſtātia. patet p̄mo. qa ſubſtātia eſt cauſa omniū accidētiū ꝛ prior omī accidēte. ꝛ vna ſubſtātia ſcōm ordinē eminēcie ꝛ pfectiōis eſt prior ꝛ ſuperior altera. ꝛ alia eſt imꝑfectior ꝛ inequalis. ſed cauſalitas prioritas ꝛ ordo ſunt relatiōes. igit. Dicit ſcdo q nulla relatio p̄dicamētalis fundat immediate in ſubſtātia. patet qa omīs talis relatio eſt de ſe trāſcēdēs que fundat immediate in ſubſtātia. igit. Pro ſolutione ſecūde partis ſupponit p̄mo ſcōm aliquos q pat nō habet hūc filiū vel illū pro t̄mino adeq̄to. ſed filiū in cōmuni. Et ideo deſtructo hoc filio nō deſtruit terminus paternitatis niſi ſcōm qd. ꝛ p cōſequēs nec etiā paternitas deſtruit ſimpliciter. ſed ſolū ſcōm qd ꝛ in ordine ad filiū deſtructū. ¶ Secundo ſupponit q a diſtinctione numerali ſubiectoꝝ ꝛ nō fundamentorū ſummit diſtinctio numeralis relationū. ¶ Tercio ſupponit q poſſibile eſt patrem vnica generatione actiua producere plures filios. ¶ Ex his dicit q pater eadē paternitate ꝛ nō pluribus refertur ad omēs ſuos filios Et eodē modo albedo eadem ſimilitudine refertur ad omnia alba. patet. qa ſi in eodem ſubiecto eſſent plures paternitates ſequeretur q idem homo eſſet plures patres. Conſequens eſt inconueniens. ergo. conſequentia patet. qa ſi quelibet forma accidentalis cauſat ſuū effectū formalem in ſuo ſubiecto diſtincto ab effectu alterius. ergo quelibet paternitas denominat ſuū ſubiectum patrem Secūdo qa impoſſibile eſt plura accidētia ſolo numero diſtincta eſſe in eodem ſubiecto. vt vult philoſoph⁹ quinto methaphiſice. igit nō poſſunt eſſe plures relatiōes ſimul in eodē ſubiecto.

Aliter tamen dicit̄ ꝙ impoſſibile eſt idē referri ad multa eadē relatio in nu mero. ⁊ ſic pat̄ nō eadē pat̄nitate in numero ſed pluribus refert̄ ad plures filios. Probat̄ p̄mo ſic. qa ſicut pat̄nitas fundat̄ ſup genuiſſe. ita hec pat̄nitas ſup hoc genuiſſe. ⁊ hec generatio ſup hoc genitū eſſe. ſed in patre ſūt plura genuiſſe ſiue plures generatiōes actiue. ergo ſunt in eo plures pat̄ nitates. Scd̄o ſic. Correlatiua ſunt ſimul natura. ita ꝙ deſtructo vno deſtruit̄ ⁊ reliquū. ergo deſtructa hac filiatiōe in hoc filio deſtruit̄ hec pater nitas in hoc patre. cū ergo maneat pat̄ reſpectu filij ſecūdi mortuo p̄mo. ſequit̄ ꝙ alia pat̄nitas fuit prius ad ſecundū filiū. qa nulla noua paternitas aduenit p hoc ꝙ p̄mus filius corrūpit̄. ſicut nec noua generatio poſito ꝙ ſecūdus filius fuiſſet genitus viuente p̄mo filio Tercio ſic. Diſtinctio prioris infert diſtinctionē poſterioris. ſed relatio naturaliter ſequit̄ nō tm̄ ſuppoſitum relatum. ſed etiā fundamētū. ergo multiplicato fundamento multiplicat̄ relatio. cū ergo in patre ſunt plura fundamenta. vt puta plures generatiōes ſequit̄ ꝓpoſitū. Quarto ſic ꝙ q̄ādo aliqd̄ eſt in aliquo vltimate tale illud nō poteſt manere in eo niſi habēs illud ſit tale ſicut nō poteſt albedo eſſe in ſupficie quin ſuperficies ſit alba ſi ſupficies ſit vltimate albedine alba. Sed relatio eſt illud quo habens eā eſt vltimate ad aliud. ergo nō poteſt manere relatio eadem in aliquo quin illud ſit idē ad aliud. ergo nō manet eadē pat̄nitas termino deſtructo ad quē habēs eaꝫ dicit̄ formaliter tale illa relatione. ¶ Ad p̄mā dicit̄ ratiōnē alterius opinionis dicit̄ negādo cōſequētiā. Et ad ꝓbationē ꝙ q̄uis homo q̄ genuit ſit qualibet pat̄nitate pat̄. tamē nō eſt vna pat̄nitate alicuꝰ pat̄ q̄n ſit alia paternitate alteriꝰ pat̄. ſicut habēs plures ſciētias q̄libet dicit̄ ſciens. tamen nō dicit̄ plures ſciētes. qa nō oportet forma multiplicata ſubiectū multiplicare. Ad ſcd̄m dicit̄ ꝙ antecedens eſt verū de quibuſdā accidentibꝰ abſolutis. ſed nō de accidentibus reſpectiuis. ⁊c̄.

## Cōcluſio reſpōſalis. Ad aliqd̄ eſt

vnū genus generaliſſimū. Cuius diffinitio ⁊ ꝓprietates ſunt cōuenienter ſufficienter aſſignate in textu. Hec concluſio relinquitur probata ex dictis.

## Ad p̄mū dicit̄ negādo antecedēs

Et ad ꝓbationē p̄mā. ꝙ hic nō accipit̄ ad aliqd̄ ſcd̄m ſuū cōceptū cōmunem ad relationē realē ⁊ relationē rationis. ſed p̄ciſe pro relatiōe reali. Ad ſcd̄am ꝓbationē dicit̄ ꝙ relatio realis adhuc nō ponit̄ generaliſſimū huiꝰ p̄dicamēti. ſed relatio realis p̄dicamētalis ⁊ nō trāſcēdēs. Ad terciā ꝓba

cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

tionē dicit̄ q̄ relatio nō eſt cōmunis om̄ibus p̄dicamētis cōmunitate p̄dicati formalis ſed ſolū cōmunitate p̄dicati denomīatiui ſi poſſet fundari in om̄ibus illis. qd̄ nō videt̄ verū ſaltē de relatiōibus huius p̄dicamēti Ad quartā ꝓbationē patet qd̄ ſit dicendū ex dictis.

Ad ſcd̄am patet etiā q̄d ſit dicendū ex prima difficultate.

Ad terciaꝫ dicit̄. negando antecedens. Et ad p̄mā ꝓbationē q̄ ſtatio ⁊ ſeſſio nō ſunt ſpecies huius predicamenti. Et licet philoſophus exēplificat de eis, tamē hoc nō eſt ſ̄m opinionē ꝓpriā. ſed ſolū ſcd̄m opinionē alioꝝ. Ad ſcd̄am dicit̄ q̄ ſciētia ſ diuerſimode accipit̄ quādo ponit̄ ſpecies qualitatis ⁊ ſpecies ad ad aliqd̄. Ad terciā ꝓbationē dicit̄ q̄ iſti termini materia ⁊ forma bene cōnotant reſpe ſpectus. ſed ſignificant ſubſtantias. Ad quartā ꝓbationem dicit̄ q̄ q̄uis om̄is res poſſit dici ad aliqd̄ denominatiue aliqua relatiōe, nō tamē quiditatiue ⁊ eſſentialiter. Nec ex hoc ſequitur q̄ diffinitio ad aliqd̄ conueniat om̄ibus rebus q̄a totū eſſe ⁊ ꝓpriū cuiuſlibet rei eſt ad aliud quoddāmodo ſe habere.

Ad quartā patet q̄d ſit dicenduꝫ ex illo quod immediate dictum eſt.

Ad q̄ntā dicit̄. negādo minorē Et ad ꝓbationē dicit̄ q̄ q̄uis pat̄ ⁊ fili⁹ accepti pro denomīatis ſe habeāt ſcd̄m prius ⁊ poſterius. nō tamē accepti pro formalibus ſignificatis cōuenit eſſe eſt ſimul natura. Ad confirmationem q̄ denomiatū ab intentione generis bene eſt prius natura denominato ab intentione ſpeciei, ſed intentio nō eſt prior intentione.

# Qualitas eſt. ⁊ cetera

Iſtud eſt q̄ntū capitulū huius tractatus in quo philoſophus determinat de quarto p̄dicamento ſcilicet de qualitate. Et diuidit̄ in tres partes. In prima determinat de qualitate in abſtracto ponendo diffinitionē ⁊ ſpecies eius. Et p̄mo ponit diffinitionē dicēs q̄ qualitas eſt ſcd̄m quā quales eſſe dicimur. In qua diffinitione debet ſub intelligi forma accidentalis ad

excludēdū differētias eſſentiales. Scđo diuidit qualitatē dicēs. Qualitas de numero eoꝝ que multiplicit̄ dicunt̄. id eſt de numero eoꝝ que habent ſub ſe multos modos vel multas ſpecies. Prima aūt ſpecies eius eſt habitus ⁊ diſpoſitio. Differunt aūt habitus ⁊ diſpoſitio dupliciť. Primo. ꝗa habitus eſt ꝑmanētioꝛ ⁊ diuturnioꝛ ipa diſpoſitiōe. Probať dupliciť Primo exēplo. ꝗa ſciētie ⁊ virtutes que ſunt habitus ſunt de difficili mobiles a ſubiecto. Sciētia em̄ videť eſſe ꝑmanētiū ⁊ de numero eoꝝ que difficile mouenť. Si qs em̄ ſcientiam mediocriter ſumat vel ꝑfecte de difficili mutať. niſi grandis ꝑmutatio facta ſit. vel ab egritudine. vel ab alio huiuſmodi. Similiť virtus. iuſticia ⁊ caſtitas nō videnť poſſe moueri. nec faciliter permutari. ſed affectiones. id eſt diſpoſitiones. vt caloꝛ. frigiditas. egritudo ⁊ ſanitas ſunt faciliť mobiles ⁊ cito trāſmutabiles. Homo em̄ cito tranſmutať ex ſanitate in egritudinē. niſi forte ꝑ longitudinē tēporis tales diſpoſitiones transferanť in naturā ſubiecti. ꝗa tunc dicunť habit⁹. eo ꝙ ſunt de difficili ꝑmutabiles. Secūdo probat ſigno. ꝗa in diſcipulis ſciētias male retinētes dicūť nō habere habitū ꝗuis ſint ad diſciplinam melius vel peius diſpoſiti. Et hoc eſt ꝗa habitus eſt de difficili mobilis. ⁊ diſpoſitio eſt de facili mobilis. Scđo differunt. ꝗa habitus ſunt diſpoſitiones. ſed nō eſt neceſſe diſpoſitiones eſſe habitus. Probat ꝗa illi q̄ retinēt habitū quodāmodo ſunt diſpoſiti ad ea que habent ſcilicet peius vel melius. Sed illi qui diſpoſiti ſunt nō omnino retinent habitum ſcđm genus qualitatis. ſeu ſecūda ſpecies eſt ſcđm ꝙ dicimus eſſe aliquos pugillatores. curſores. vel ſalubres vel inſalubres. et quecūq; dicunť ſcđm naturalē potentiā vel impotentiā. ¶ Sed cōtra hoc obijciť. ꝗa curſoꝛ ⁊ pugillatoꝛ ſunt diſpōſitiōes. ergo nō ſunt in ſecūdo genere ſubalterno qualitatis. Ad hoc reſpōdet philoſophus ꝙ curſoꝛ ⁊ pugillatoꝛ nō capiuntur hic pro diſpoſitionibus ab arte denominatis. ſed vt denominanť a naturalibus potentijs quibus faciliter fiunt illi actus. vel ꝗbus faciliter fit reſiſtentia ne aliqd paciant̄ a contrarijs. Exemplū de hac ſpecie. vt ſanitatiuū ⁊ egrotatiuū. Sanitatiui aūt dicunť qui habent naturalem potentiam nihil paciendi. Sed egrotatiui dicunť q̄ habent naturalem impotentiam nihil paciendi. Similiť molle ⁊ durū ſunt in hac ſpecie qualitates. Durū em̄ diciť ꝙ habet naturalē potentiā ad nō cito ſecari. ſed molle eſt qđ habet naturalē impotentiā ad nō cito ſecari. Tercia ſpecies qualitatis ſunt paſſibiles qualitates ⁊ paſſiones. exemplum vt amaritudo ⁊ dulcedo. auſteritas ⁊ ſimilia. ſimiliť caloꝛ frigus albedo nigredo. ⁊ ꝙ ſint qualitates

patet q̄a ſcd̄m ea dicunt̄ quales. Mel em̄ dicit̄ dulce a dulcedine quam ſu-
ſcipit. Corpus dicit̄ albū ab albedine. ⁊ ſic de alijs. nec dicunt̄ paſſibiles
qualitates. q̄a ſubiectū earū aliq̄d paciat̄ ab eis. vt mel nō dicit̄ dulce. eo ꝙ
ſit aliq̄d paſſum a dulcedine. Sed dicunt̄ paſſibiles qualitates ꝙ inferūt
paſſiones ſenſui vel inferunt̄ a paſſione. Exemplū de his que inferunt paſ
ſiones vt dulcedo infert paſſionē guſtui ⁊ calor tacui. Exēplū de his que
inferunt̄ a paſſione. vt albedo nigredo ⁊ alij colores. Nō em̄ dicunt̄ paſſi
biles qualitates q̄a inferant paſſionē ſenſui. ſed q̄a naſcunt̄ ⁊ inferunt̄ ab
aliquibus paſſionibus Qꝛ aūt inferātur a paſſionibus ꝓbat. q̄a propter
paſſiones fiunt multe mutationes coloris. Aliquis em̄ erubeſcens fact⁹
eſt rubeus. ⁊ timens factus eſt pallidus. ⁊ nō ſolū inferuntur a paſſionib⁹
aduenticijs. ſed etiam a paſſionibus naturalibus. q̄a ſi q̄s a natura habe
at aliquā taliū paſſionū oportet eū ſimililē colorē habere. q̄a affectio que
nunc ob verecundiā circa corpus facta eſt. etiā per paſſionem naturalem
ſimilis fieri poteſt. ita vt naturalis color ſimilis ſit. Differunt autē paſſio
⁊ paſſibilis qualitas dupliciter. Primo. q̄a paſſibiles qualitates cauſant̄
a paſſionibus de difficili mobilibus a ſubiecto ⁊ ideo denomināt nos ta
les. Declarat primo in qualitatibus corporeis. q̄a color ⁊ nigredo ſiue ꝓ
ueniant ex naturali paſſione ſiue aduenticia. aut ex egritudine lōga vel eſtu
ſunt de difficili mobiles. ⁊ ſcd̄m eas dicimur quales. ſed paſſiones cauſan
tur a paſſionibus cito tranſeuntibus. ideo ſunt faciliter mobiles. q̄a non
dicimur quales ſcd̄m ip̄as. vt ille q̄ propter verecundiam factus eſt rube⁹
nō dicitur rubeus. Nec ille cui ineſt pallor propter timorem dicitur palli
dus. ſed aliq̄d paſſus. Secundo declarat iſtas differētias in qualitatibus
anime. q̄a qualitates anime que ſunt difficiliter mobiles ſunt paſſibiles
qualitates ⁊ ſcd̄m eas dicimur quales. vt ſcd̄m iracundiā dicimur iracun
di. ⁊ ſcd̄m dementiam dementes. Sed ille qui ſunt facile mobiles ſunt paſ
ſiones. nec ſcd̄m ip̄as dicimur quales. quia ille qui iraſcitur propter tri-
ſticiam non dicitur iracundus. ſed magis aliquid paſſus. ideo tales dicū
tur paſſiōes. qualitates v̊o minime Quarta ſpecices qualitatis ſiue quar
tum genus ſubalternum eſt forma ⁊ circa hoc aliquid conſtans figura
ſicut rectitudo ⁊ curuitas ⁊ ſimilia. Qꝛ ſint qualitates ꝓbatur. quia ſm̄
eas dicimur quales. Nam triangulum vel quadrangulum dicitur quale
⁊ rectum ⁊ curuum.

Et ſi queraꝛ̄ vtrū iſta quattuoꝛ rarū. denſum. aſperum ⁊ leue ſint qualita
tes reſpōdet philoſophus ꝙ non. ſed ſunt poſitiones. ꝓbat. quia impoꝛ-
tant poſitionē quandā parciū. vt patet ꝑ diffinitionē eorū. Spiſſum em̄
eſt cuius partes ſunt ſibiinuicē ꝓpinque. Rarū v̄o eſt cuius partes a ſein
uicem diſtant. Aſperū eſt cuius vna pars ſuperioꝛ ⁊ alia inferioꝛ. Leue eſt
cuius partes in rectū iacent. ¶ Cōſequēter philoſophus ſe excuſat ſup aſ
ſignatiōe p̄dictoꝝ modoꝝ dicēs ꝙ foꝛte ſunt multi modi qualitatis. ſed
illi q̄ dicti ſunt illi q̄ maxime dicunꝛ̄. id eſt magis ſunt vſitati. In ſecunda
parte huius capituli que incipit ibi. Qualia dicunꝛ̄ determinat de deno-
minatiuo qualitatis. ⁊ diffinit ip̄m ſic. Qualia dicunꝛ̄ que ſc̄dm hec deno-
minatiue dicunꝛ̄ vel q̄uomodolibet aliꝛ̄ ab his. Exemplū de his que de-
nominatiue dicunꝛ̄. vt candid⁹ dr̄ a candoꝛe. grāmaticus a grāmatica. et
iuſtus a iuſticia. Exemplū de his que dicunꝛ̄ non denominatiue. vt cur-
ſoꝛ ⁊ pugillatoꝛ. Et notat hic philoſophus ꝙ aliqua dicunꝛ̄ nō denomi-
natiue dupliciꝛ̄. Vno modo. q̄a abſtractis eoꝝ nō eſt nomen impoſitum
⁊ iſto modo curſoꝛ ⁊ pugillatoꝛ pꝛout ſignificant naturales potentias di-
cunꝛ̄ nō denominatiue. q̄a illis naturalibus potentijs nō ſunt noīa im-
poſita. licet ſc̄dm ꝙ ſignificant habitus dicantur denominatiue ab arte
curſoꝛia ⁊ arte pugillatoꝛia. Secūdo modo. q̄a nomen cōcretū nō foꝛma-
tur a noīe abſtracti. ⁊ hoc nō eſt in multis. vt ſtudioſus diciꝛ̄ nō denomi-
natiue a virtute. In t̄cia parte philoſophus ponit tres ꝓꝓꝛietates quali-
tatis. Pꝛima eſt habere cōtrariū. Exemplū vt iuſticia cōtrariaꝛ̄ iniuſticie
⁊ albedo nigredini. ⁊ iniuſtū iuſto. ⁊ albū nigro. tamen hoc non conuenit
om̄ibus qualitatibus. q̄a rubeo ⁊ pallido ⁊ alijs coloꝛibus medijs nihil
eſt cōtrariū. Ex quo ſequiꝛ̄ ꝙ ſi vnū cōtrarioꝝ fuerit quale reliquū erit qua-
le. patet q̄a ſi iuſticia contrarieꝛ̄ iniuſtia. ⁊ iuſticia eſt quale etiam iniuſti-
cia. eo ꝙ iniuſticia nō poteſt eſſe q̄ntitas nec ad aliq̄d. nec vbi nec aliq̄d ali-
oꝛū p̄dicamentoꝝ ꝙ nō ſit quale. Sc̄da ꝓꝓꝛietas eſt ſuſcipere magis ⁊ mi-
nus. vt albū. iuſtū ⁊ cādidū. Hec aūt ꝓꝓꝛietas nō cōuenit om̄ibus quali-
tatib⁹. Qd̄ ꝓbaꝛ̄ dupliciꝛ̄. Pꝛimo q̄a poteſt eſſe cuilibet dubiū ſi iuſticia
ſanitas ⁊ grāmatica ſuſciperet magis ⁊ minus. licet nō ſit dubiū de ſuis
denominatiuis. id eſt cōcretis. q̄a indubitanꝛ̄ vn⁹ diciꝛ̄ grāmaticioꝛ. ſani-
oꝛ ⁊ iuſtioꝛ altero. Sc̄do q̄a triangulus. quadꝛangulus ⁊ alie figure nō ſu-
ſcipiunt maius eſt minus. igiꝛ̄. Antecedēs patet. q̄a quecūq̧ ſuſcipiūt diſ-
finitionē trianguli vel circuli ſimiliter ſunt trianguli vel circuli. Et inter il-
la que nō ſuſcipiunt diffinitionē trianguli vel circuli. cuius eſt quadratus

# cũ reſolutiõe text⁹ ad itẽtionẽ ſcoti

altera parte longius vnũ nõ dicitᷣ magis triangulus vel circulus altero. Et ratio eſt. qa ad hoc ꝙ aliqd dicitᷣ magis tale ꝙ̃ aliud opoꝛtet vtrũq₃ eſſe tale. ſed quadꝛatũ nõ eſt triangulus. igitᷣ. Ex his infert ꝙ habere contrariũ ⁊ ſuſcipere magis ⁊ minus non ſunt ꝓꝛia qualitati. quarto modo ſupple. Tercia ꝓꝛietas qualitas que eſt ſibi ꝓꝛie ꝓꝛia eſt ſcõm eam ſimile vel diſſimile dici. ⁊ hoc cõuenit ſolis qualitatibus. patet. qa ſcõm ſolas qualitates dicitᷣ aliqd ſimile vel diſſimile. ℭ Circa p̄dicta aliquis poſſet obijcere qa philoſophus inſufficiẽter determinat de qualitatibus eo ꝙ multa relatiua interpoſuit que nõ pertinent ad genus qualitatis. Ad hoc reſpondet philoſophus ꝙ nõ opoꝛtet cõturbare ꝙ dẽminando de qualitate interpoſuit relatiua. cuiuſmodi ſunt habitus ⁊ diſpoſitio. que in p̄cedẽti capitulo dicta ſunt eſſe ad aliqd. hoc em̃ factuʒ eſt ꝓpter duas cauſas. Pꝛima. qa multotiens genera ſunt ad aliqd. ⁊ tamẽ ſingularia eorũ. id eſt inferioꝛa. ſcilicet ſpecies ⁊ indiuidua nõ ſunt ad aliqd ſicut diſciplina eſt ad aliqd. qa diſciplina eſt alicuius diſciplina. ſed grãmatica que eſt ſpecies eius nõ eſt ad aliqd. cũ nõ ſit alicuius grãmatica. nec etiã muſica cũ nõ ſit alicuius muſica. ſed foꝛte alicuius diſciplina. ideo in talib⁹ genera ſunt ad aliqd. ⁊ tamen ſingularia ſunt qualitates. qa ſcõm ſingulas ſcientias dicimur ſcientes. Scd̃a cauſa eſt. qa nõ eſt incõueniẽs idem eſſe quale ⁊ ad aliqd. ideo nõ eſt incõueniens enumerare idem in vtriſq₃ generibus.

# Recipit auteʒ facere.

Iſtud eſt vltimũ capitulũ huius tractatus. in quo philoſophus breuiter determinat de ſex vltimis p̄dicamentis. Et diuiditur in duas particulas In p̄ma determinat de actione ⁊ paſſione ponendo duas ꝓꝛietates earꝫ Pꝛima. agere ⁊ pati recipiũt cõtraria. Patet. qa calefacere ⁊ frigefacere ſũt cõtraria. ⁊ etiã frigefieri ⁊ calefieri. delectari ⁊ cõtriſtari. Scd̃a. agere ⁊ pati ſuſcipiũt magis ⁊ minus. patet. qa calefieri ⁊ calefacere dicunᷣ ſcõm magis ⁊ minus. ⁊ ſimiliter cõtriſtari. In ſecũda particula ſe excuſat de alijs q̃tuoꝛ dicens ꝙ de ſitu dictũ eſt in p̄dicamẽto ad aliqd. Dictum eſt em̃ ibi ꝙ ſitum eſſe ſcilicet ſedere iacere ⁊ ſtare dicunᷣ denominatiue a poſitionibus. De alijs aũt ſcilicet de quando vbi ⁊ habere nihil dicetᷣ p̄ter ea que dicta ſunt in p̄ncipio. vbi dictũ eſt ꝙ habere eſt vt calceatũ eſſe. vel armatũ eſſe. vbi, in loco eſſe. ⁊ illa que dicta ſunt quodãmodo ſufficiunt de p̄dictis

generibus. Nam dicendum eſt conſequenter quot ſunt diſpoſitiones.

Circa hūc textū querit᷑ Utrū diffi-
nitiones ⁊ ſpecies qualitatis ⁊ qualiū ſint ſufficient᷑ aſſignate.

Et arguit᷑ p̄mo q̄ nō. q̄a in diffiniti
one qualitatis ponit᷑ quale. ⁊ in diffinitione qualiū ponit᷑ qualitas. ergo nō ſunt bona. cōſequētia tenet. q̄a om̄is diffinitio debet dari per priora ⁊ nociora. ergo ſi ille eſſent bone idem eſſet prius ⁊ poſteri⁹. nocius ⁊ ignocius reſpectu eiuſdē. Et cōfirmat᷑. ſemp loco diffiniti licet ponere ſuā diffinitionē. vt patet p vnā maximā topicā. ergo ſi qualitas bene diffiniretur per quale ⁊ quale p qualitatē. idem poterit diffiniri per ſeip̄m ⁊ ponī ī ſua diffinitione. Sed hoc eſt falſum. igitur.

Sc̄do ſic. Habit⁹ ⁊ diſpoſitio non
ſunt vna ſpecies qualitatis. ergo male ponūt᷑ pro p̄ma ſpecie qualitatis. Antecedens ꝓbat᷑ quadrupliciter. Primo. q̄a habitus eſt vnū p̄dicamētū ab alijs diſtinctū. Sc̄do q̄a habitus ⁊ diſpoſitio ſunt ſpecies ad aliquid. Tercio q̄a habit⁹ ⁊ diſpoſitio differūt ratione formali. ergo non ſunt vna ſpecies. Antecedēs patet. q̄a habitus eſt qualitas de difficili mobilis ⁊ diſpoſitio eſt q̄litas de facili mobilis. Quarto q̄a ſi eſſent vna ſpecies vel illa diſtinguerent᷑ ab alijs tribus vel cōtinerent᷑ ſub eis. Nō p̄mū. q̄a tūc illa que cōtinerent᷑ ſub ea nō cōtinerent᷑ ſub alijs. qd̄ eſt cōtra philoſophum ponentē calorē ⁊ frigiditatē in p̄ma ſpecie ⁊ etiā in tercia. Et cōfirmat᷑. q̄a ſi eſſent vna ſpecies qualitatis vel eſſent ſpecies ſubalterna. Nō p̄mū. q̄a philoſophus innuit q̄ ſunt generaliſſima in textu dicens q̄ aliud genus qualitatis eſt ſc̄dm q̄ curſores ⁊ pugillatores. Nec poteſt dici ſecundū q̄a tūc ille ſpecies calor. frigiditas cōtinent᷑ ſub eis qd̄ eſt falſū. q̄a nō oīs calor eſt habitus vel diſpoſitio. Nec etiā om̄is frigiditas. cum aliq̄s ſit calor p quē ſubiectū nō ad peius vel melius diſpoſitū. qd̄ tamē requirit᷑ ad hoc q̄ aliquid ſit habitus vel diſpoſitio.

Tercio ſic. Potētia ⁊ impotentia
nō ſunt ſpecies qualitatis. ergo male ponūt᷑ pro ſecūda ſpecie qualitatis Antecedens ꝓbat᷑ quadrupliciter. Primo. q̄a potētia eſt de p̄dicamento ad aliq̄d. vt patet p cōmētatorē nono methaphiſice. Sc̄do q̄a potētia eſt qd̄dā trāſcēdēs cū poſſit in quolibet p̄dicamēto reperiri. igit᷑. Tercio. q̄a actus nō eſt ſpecies qualitatis. ergo nec potētia. tenet cōſequētia. q̄a ſunt

oppoſita. ⁊ oppoſita debent eſſe eiuſdē generis. Quarto qa nullū p̄uatiuū eſt ſpecies poſitiui. ſed impotētia eſt p̄uatiuū. igit̄ nō eſt ſpecies q̄litatis que eſt qd poſitiuū. Et cōfirmat̄. qa ſcd̄m philoſophū q̄nto methaphiſi-ce potētia ⁊ impotētia nō ponunt̄ modi qualitatis. ergo debent hic poni

**Quarto ſic. Paſſio ⁊ paſſibilis qua**litas ſunt diſtincte ſpecies qualitatis. ergo nō ſunt t̄cia ſpecies qualitatis Antecedēs ꝓbat̄. qa paſſio ⁊ paſſibilis qualitas differunt diffinitione. ſed quecūq3 differūt diffinitiōe ſunt diuerſe ſpecies. igit̄. Unde paſſio dicitur qualitas illata a paſſione ⁊ eſt facile ſeparabilis. Sed paſſibilis eſt que infert paſſionē ſenſui ⁊ eſt difficulter mobilis.

**Quinto ſic. Illud qd̄ equalit̄ dicit̄** de qualitatib⁹ p̄me ſpeciei ſecūde ⁊ tercie ⁊ formis ſubſtātialib⁹. nō tamē ponit̄ quarta ſpecies qualitatis. Sed forma equalit̄ dicit̄ de qualitatibus prime ſecūde ⁊ tercie ſpeciei qualitatis ⁊ formis ſubſtātialib⁹. Minor ꝓbatur. qa qualitates p̄me. ſecūde ⁊ tercie ſpecierū dicunt̄ forme. ſimilit̄ forma ſubſtantialis dicit̄ forma. Et cōfirmat̄. qa om̄is qualitas diſtinguitur realiter a quantitate. ſed figura nō diſtinguit̄ realit̄ a quātitate. quod patet qa figura eſt que t̄mino vel t̄minis claudit̄. ſed hoc cōuenit quātitati. igit̄

tia ⁊ diuerſitas ſolū cōueniunt entibus. ſcd̄m qd̄ dicit philoſophꝰ quarto
methaphiſice nec ens non enti. nec non ens non enti eſt idem aut diuer-
ſum. Ad ſcd̄m dicit̄ negando minorē. ⁊ ad ꝓbationē p̄me partis dicitur
ꝙ quāuis cōtradictio habea eſſe inter rem ⁊ rem ſummēdo rem cōmuniſ-
ſime prout dicit̄ tam de affirmationibus q̄ negationibus. ⁊ prout dicit̄
tam de poſitiuis q̄ p̄uatiuis. tamē cōtradictio nō eſt int̄ rem ⁊ rem ſum
mēdo rem ꝓ omī poſitiuo extra nihil. Ad hoc aūt ꝙ aliqua relatio ſit rea
lis oportet ꝙ ſit int̄ rem ⁊ rem accipiēdo iſto mō rē. ⁊ ſic patet ꝙ phus
capit rē i textu ꝯmuniſſime. ¶ Tercio ſupponit̄ ꝙ duplex ē oppoſitio. q̄-
dā ē ꝯpleta. alia ē incōpleta. Oppoſitio ꝯpleta ē duplex. q̄dā ē de oppoſitꝭ
extremis vel oppoſito extremo cuiuſmodi ē oppoſitio q̄ ē int̄ has ꝓpoſi-
tiōes. ſocrates ē ſanꝰ. ſocrates ē lāguidꝰ. ⁊ d̄ iſta dicet̄ i fine ſcd̄i p̱iarmēias

Alia eſt cōplexa. que eſt inter ꝓpoſitiões eorundē extremoꝝ differentiuꝫ in
qualitate ⁊ in quantitate. in veritate aut falſitate. ⁊ iſta vocaṫ oppoſitio ꝓ
poſitionū. de qua fiet ſermo p̄mo periarmenias. Oppoſitio incōplexa eſt
repugnantia duoꝝ extremoꝝ enciū nō permittentiū ſe ſimul ⁊ ſemel in eo
dem reſpectu eiuſdē. ⁊ iſta ſolet vocari oppoſitio t̄minoꝝ. ⁊ de ip̄a eſt. hic
ſermo. Dictū aūt eſt notanṫ reſpectu eiuſdē. q̄a quāuis relatiua poſſunt ſi-
mul eſſe eidem. ⁊ ſimiliṫ priuatiue oppoſita nō tamē reſpectu eiuſdem. vt
vt quāuis aliq̄s ſimul ſit paṫ ⁊ filius reſpectu diuerſoꝝ. tamē non reſpectu
eiuſdē. Relatiua aūt nō dicunṫ oppoſita niſi opponanṫ ad idem. Simili
ter aliq̄s licet poſſit eſſe ſimul ſenſibilis ſenſu viſus ⁊ inſenſibilis ſenſu au-
ditus hoc tamē nō eſt ſcd̄m idem. Unde ſenſibile ⁊ inſenſibile quāuis ſ̄m
ſe opponanṫ p̄uatiue. tamē cū illis det̄minatiōibus ſenſu viſus ⁊ ſenſu au
ditus nō opponunṫ p̄uatiue. Et ſi arguiṫ oppoſitio de qua hic eſt ſermo
cōtinet ſub ſe cōtradictionē. ſed cōtradictio eſt oppoſitio cōplexa. cum ſit
inter aliqua duo. quoꝝ neceſſe eſt vnū eſſe verū ⁊ alterū falſum. qđ nō con-
uenit alijs oppoſitis vt patet in textu. ergo male dictū eſt q̄ de oppoſitio
ne incōplexa eſt hic ſermo. tenet cōſequētia. q̄a veritas ⁊ falſitas ſolū ſunt
in cōplexis. Ad iſtud diciṫ vno modo q̄ philoſophus aſſignās iſtā pro-
prietatē de cōtradictorijs aſpiciebat ſolū ad cōtradictoria cōplexa. Aliter
diciṫ q̄ dictū philoſophi debet intelligi ſi duo cōtradictoria enunciantur
de aliquo ſemꝑ neceſſariū eſt alterū vere enunciari de illo. Et hoc nō con-
uenit alijs oppoſitis. q̄a ſi ſocrates nō ſit de eo vere nō enunciaṫ alteruꝫ
cōtrarioꝝ. nec alterū relatiuoꝝ. nec alterū p̄uatiue oppoſitoꝝ. nec alterū
relatiue oppoſitoꝝ. Et ex iſto poſſet haberi q̄ ad veritatē huius ſocrates
nō eſt albꝰ nō req̄riṫ cōſtātia ſubiecti ſicut dicūt aliq̄. cōſequēs poteſt pa-
tere ex differentia quā dat philoſophus hic inter cōtradictoria ⁊ alia op-
poſita.

His ſuppoſitis diciṫ p̄mo q̄ modi
oppoſitionis ſunt ſufficienṫ a philoſopho aſſignati. Iſtud poteſt ꝓbari
per ſufficientiā. q̄a om̄is oppoſitio incōplexa eſt inter ens ⁊ ens. vel inter
ens ⁊ nō ens. Si inter ens ⁊ ens hoc iterū eſt dupliciṫ vel ambo ſunt re-
ſpectiua. ⁊ ſic eſt oppoſitio relatiua. vel ambo abſoluta ⁊ ſic eſt oppoſitio
cōtraria. Si inter ens ⁊ nō ens hoc iterū eſt dupliciṫ. vel eſt īter ens ⁊ nō
ens ſimpliciṫ ⁊ ſic eſt oppoſitio cōtradictoria. vel inter ens ⁊ non ens qđ
aliquo modo ſcilicet ſcd̄m qđ eſt ens. eo q̄ det̄minat ſibi aliqđ ſubiectum

⁊ ſic eſt oppoſitio priuatiua. Dicit̃ vl'ra ꝙ iſti modi nõ ſunt ſpecies oppoſitionis. patet. qa oppoſitio nõ dicit̃ ſcðm eandẽ rationẽ de eis. ¶ Sed circa predicta orit̃ dubiũ que eſt maxima oppoſitio int̃ quatuor oppoſitiones. Dico p̄mo ꝙ cõtradictoria maxime repugnant extenſiue. patet. qa illa extrema maxime repugnant extenſiue quoꝝ alterũ extremoꝝ nullũ cõceptibile poteſt ſubt̃fugere ſiue ſit ens ſiue nõ ens. Sed ſic eſt de cõtradictorie oppoſitis incõplexe. ⁊ nõ de alijs oppoſitis. igit̃. Minor patet. qa inter cõtradictoria nõ eſt mediũ. nec ꝑ abnegationẽ nec ꝑ participationem. Dicit̃ ſecũdo ꝙ cõtradictoria maxime repugnant intẽſiue. ꝓbat̃. qa illa maxime repugnãt intenſiue que ꝑ nullã potentiã finitã aut infinitã ſũt cõponibilia in eodẽ ſubiecto. ſed cõtradictoria ſunt huiuſmodi. igit̃. Minor patet. qa alias iſtud p̄mũ p̄ncipiũ impoſſibile eſt idem ſimul ineſſe ⁊ nõ ineſſe nõ eſſet validũ. Dicit̃ tercio ꝙ cõtradictoria maxime repugnant excluſiue. patet qa. qa illa maxime repugnant excluſiue que excludũt quodlibet p̄dicatũ quidditatiuũ cõmune i quo cõuenit. ſed cõtradictoria ſunt huiuſmodi. qa in nullo cõmuni cõueniunt. igit̃. Dicit̃ quarto. cõtradictoria poſſunt maxime ⁊ minime repugnare fundamentalit̃ ⁊ ꝑmiſſiue. patet. qa illa maxime repugnãt fundamentalit̃ ⁊ permiſſiue. quoꝝ fundamenta ſunt maxime repugnantia. vt creator ⁊ nõ creator. ⁊ illa minime quoꝝ fundamenta minime repugnant ſed ſic eſt de cõtradictorijs. igit̃. poſſunt enim fundari in maxime differentibus ⁊ in minime differentibus. ſicut ea que differunt ſolũ ex natura rei. vt diffinitio ⁊ diffinitũ. igit̃. Ex his patet ꝙ oppoſitio cõtradictoria eſt maxima inter alias quattuor oppoſitiones.

## Scða difficultas. Utrũ iſte ꝓpoſitiones

quas ponit philoſophus in textu neceſſe eſt alterũ cõtrarioꝝ immediatoꝝ ſemꝑ ineſſe ſuo ꝓprio ſuſceptibili. ⁊ impoſſibile ignem eſſe frigidum. ⁊ niuem eſſe nigrã. ⁊ ſi vnũ cõtrarioꝝ eſt nõ eſt neceſſe alterum eſſe ſint vere. Pro intellectu p̄me dicit̃ p̄mo ꝙ illa ꝓpoſitio in rigore ſermõis eſt falſa. Probat̃ dupliciter. Primo ſic. qa omĩs ſanitas omni egritudini eſt immediate cõtraria. ⁊ tamẽ nõ eſt neceſſariũ omnẽ ſanitatẽ aut omnẽ egritudinẽ ſemꝑ ineſſe ſuo ꝓprio ſuſceptibili. igit̃. Maior patet. qa omĩs ſanitas eſt eiuſdẽ ratiõis cũ alia ſanitate. etiã cõtrarietas fundat̃ in ratiõibus formalibus. ergo ſi cõueniat aliqbus duobus etiã cõuenit omĩbus alijs habentibus eandẽ rationẽ formalẽ. Minor probat̃. qa nec ſanitas ſocratis. nec egritudo platonis inſunt petro cuiuis ſit ꝓpriũ ſuſceptibile il-

loꝝ vnius ſicut alterius ſanitatis ⁊ egritudinis. Secūdo ſic. nullū cōtrarioꝝ immediatoꝝ eſt neceſſe ieſſe ſuo ꝓprio ſuſceptibili. ergo nō eſt neceſſe alterū ineſſe. tenet cōſequētia p eqpollētiā. Antecedēs patet inductiue. qꝛ nec eſt neceſſe id ſcilicet ſanitatē ineſſe ſuo ꝓprio ſuſceptibili. qꝛ animal neceſſario eſſet ſanū. nec illud ſcilicet egritudinē. qꝛ tunc neceſſario eſſet egrū Dicit̃ ſecūdo ꝙ illa ꝓpoſitio eſt vera tribus intellectis. Primo qꝫdiu ſubiectū ꝓpriū eſt. ſuſceptibile eſt. Secūdo ꝙ intelligat̃ ſic. neceſſe eſt alterū ineſſe. id eſt vnū vel reliquū diſiunctim ⁊ nō diſiunctiue. qꝛ intelligendo diſiūctiue quelibet pars eſt falſa. Tercio ꝙ intelligat̃ ſic ꝙ neceſſe eſt alterum vel ſibi ſimile in ſpecie ineſſe ſuo ſuſceptibili ꝓprio. Nō eñ oportet ꝙ ipm idem in numero vel ſuū cōtrariū inſit. qꝛ nō oportet hanc ſanitatē vl' hāc egritudinē ineſſe ſuo ꝓprio ſuſceptibili qꝫdiu eſt cū qꝺlibet animal ſit ſuſceptibile vtriuſqꝫ illoꝝ. ſed ſufficit hunc vel ſibi ſimilē in ſpecie ineſſe.

¶ Pro intellectu ſecunde partis dicit̃ p̄mo ꝙ nō eſt poſſibile ignem naturaliter eſſe frigidū ⁊ niuem eſſe nigram. qꝛ qꝺlibet iſtoꝝ ineſt a natura ſubiecto. Dicit̃ ſecūdo ꝙ caliditas eſt nata ſeparari a ſuo ſubiecto ſcilicet ab igne. ⁊ albedo a niue. patet. qꝛ aliqua caliditas poteſt naturaliter ſeparari a ſuo ſubiecto. ergo om̄is caliditas eſt ſeparabilis a ſuo ſubiecto. tenet cōſequentia. qꝛ ſeparabilitas eſt paſſio caliditatis. ergo prius ineſt caliditati in cōmuni qꝫ alicui indiuiduo eius. ⁊ ſi ineſt caliditati in cōmuni ſequit̃ ꝙ ineſt om̄i indiuiduo. ¶ Sed contra p̄mū dictū obijcit̃. contraria ſunt nata fieri circa idem ſubiectū vt patet per diffinitionē contrarioꝝ. ſed caliditas ignis frigiditati contrariat̃. ergo frigiditas poteſt ineſſe igni. Et confirmatur. qꝛ ſcd̄m philoſophū ſecundo topicoꝝ ſi alicui ſubiecto aſſignetur ineſſe aliqꝺ ꝑdicatū oportet videre ſi contrariū illius poſſit ineſſe ⁊ ſi nō deſtruendū eſt probleuma. Pro ſolutione huius dicitur tercio ꝙ quelibet contraria ſunt fieri nata circa idem ſubiectū. nō tamen oportet ꝙ circa qꝺcūqꝫ ſubiectū vnū fieri ꝙ circa idem reliquū habeat fieri. ſed ſufficit ꝙ circa aliqꝺ ſubiectū circa qꝺ natū eſt fieri vnū ꝙ circa illud idem natum ſit fieri illud reliquū. ⁊ ſic qꝫuis frigiditas nō ſit nata fieri circa ignem tamen caliditas ⁊ frigiditas ſunt nate fieri circa aliqꝺ ſubiectū vnū ⁊ idem vt puta circa aquā. Vel poteſt dici ꝙ quāuis frigiditas non ſit nata fieri circa ignem ſicut caliditas. nō oportet ꝙ poſſibile ſit ignē eſſe frigidū. qꝛ nō om̄e qꝺ natū eſt dicit̃ poſſibile. Eſt aūt differentia inter aptitudinem ⁊ potentiā. qꝛ aptitudo inſequit̃ naturā rei. ⁊ illud dicit̃ poſſibile qꝺ ex natura ſua vel ab extrinſeco aduenit alicui. vt ferri ſurſum lapidi. Dicit̃ quar-

# cũ reſolutiõe text⁹ ad itẽtionẽ ſcoti

to ꝙ cõſederationes topice nõ om̃es ſunt vere vniuerſaliter. ſed vt in pluribus. Vel poteſt dici ꝙ philoſophus vult dicere ꝙ ſi vnũ inſit. reliquuꝫ eſt natũ ineſſe ſi habet aptitudinem ad ineſſendum. non tamen oportet ſi nõ habeat potentiam. ¶ Pro intellectu tercie ꝓpoſitionis ſupponiẗ primu ꝙ duplex eſt neceſſitas ſcilicet abſoluta ⁊ cõditionata. Neceſſitas abſoluta eſt qua aliqd eſt neceſſariũ ſcđꝫ ſe. Sed neceſſitas conditionata eſt qua aliqd eſt neceſſariuꝫ in ordine ad aliud. ¶ Tercio ſupponiẗ ꝙ duplex eſt genus prout ſufficit ad ꝓpoſitũ. ſcilicet morale. vt malũ ⁊ bonũ. ⁊ logicale. vt anima.

# His ſuppoſitis diciẗ p̈mo ꝙ hec ꝓ-

poſitio. ſi vnũ contrariũ ſit nõ eſt neceſſe alterũ eſſe eſt vera ſi neceſſe dicat neceſſitatẽ abſolutã. Sed ſi contraria debeant agere ad inuicem ⁊ per ſuas actiones t̃minare generationes ⁊ corruptiones tunc neceſſe eſt ꝙ ſi vnũ ſit in natura ꝙ etiam alterum ſit. Et ſic intelligit ſcđo celi ⁊ mundi cũ dicit ꝙ ſi vnũ contrarioꝝ ineſt a natura neceſſe eſt reliquũ eſſe. Vel aliter diciẗ ꝙ illa ꝓpoſitio nõ eſt vera de eſſe in actu. ſed de eſſe in potentia ⁊ in contrarijs que mutuo ſe expellunt ab eodem ſubiecto. qa tunc ſi vnũ contrarioꝝ ſit. ſubiectũ eius eſt. Et ſi ſubiectũ eius eſt. ergo ſicut reliquũ contrarium eſt in potentia ad vnũ contrariũ. ita eſt in potentia ad reliquũ. Dicitur vltra ꝙ illa ꝓpoſitio. contraria ſunt aliquando in diuerſis generibus. ⁊ aliquando ſunt met diuerſa genera. debet intelligi de genere morali ⁊ non de genere logicali. qa contraria ſemꝑ ſunt ſub eodem genere logicali.

# Tercia difficultas Utrũ modi pri-

oris ⁊ ſimul ſint ſufficienter a philoſopho aſſignati. ¶ Pro cuius ſolutione ſupponiẗ p̈mo ꝙ prius tempore accipiẗ dupliciẗ. Uno modo accipiẗ ꝓ eo qđ eſt i aliq̃ oppoſiti tꝑis vel i aliq̃ ꝑte tꝑis i q̃ nõ eſt aliud. ⁊ iſto mõ om̃is cauſa eſt prior tempore ſuo effectu. Alio modo accipiẗ prius tempore pro eo qđ poteſt habere actualem exiſtentiam ſine alio. ⁊ prius eſt eo quantũ eſt ex ſe. ſed aliud non poteſt eſſe ſine eo. Et iſto modo accipit philoſophus prius tempore ſeptimo methaphiſice vbi dicit ꝙ ſubſtantia eſt prior natura tempore ⁊ diffinitione iꝑo accidente. Non enim accipit ibi prius tempore pro priori ſcđm aliquam durationem temporis. quia maximũ eſt ꝙ primũ mobile nõ fuit prius ſcđm aliquam durationẽ motu qui eſt accidens eius.

tẽ

Ex quo ſequit̄ ꝙ iſtud prius poteſt dici prius natura. Patet. q̄a nihil eſt
prius natura qͦ nō ſit prius tēpore illo modo. Philoſophus aūt accipit
hic prius tēpore ꝑmo modo. qͦ patet. q̄a dicit ꝙ prius ſcd̄m tēpus dicit̄
qͦ eſt antiquus. Secūdo ſupponit̄ ꝙ prioritas nature ſcd̄m ſcotū eſt que
conſurgit ex ratiōibus formalibus prioris ⁊ poſterioris. Unde quando
cūqꝫ aliqua duo ſic ſe habent ꝙ vnū quantū eſt de ſe poteſt eſſe ſine alio ⁊
nō ecōtra illud qͦ poteſt eſſe ſine alio eſt priꝰ natura. Ex q̄ ſequit̄ ꝑmo ꝙ
om̄e ſuperius eſt prius natura ſuo inferiori. Secūdo ſequit̄ ꝙ ſubiectum
eſt prius natura ſua paſſione. Tercio ſequit̄ ꝙ partes ſunt prius natura
ſuo toto. Et ſi dicat̄. Subiectū nō poteſt eſſe ſine ſua paſſione. ergo nō eſt
prius natura paſſione. Dicit̄ ꝙ nō repugnat ſubiecto quātū eſt de ſe poſ
ſe eſſe ſine paſſiōe. cū nō includit eā in ſuo cōceptu q̄ditatiuo. ſed repugnat
ſibi ꝓpter hoc ꝙ paſſio ydemptificat̄ realit̄ cū eo. Aliter dicit̄ ſcd̄m eūdeꝫ
ꝙ prioritas nature eſt ꝓſuppoſitio huius adhuc in quadā alteritate na-
ture. Ex quo ſequit̄ ꝑmo ꝙ int̄ indiuidua eiuſdē ſpeciei qualitercūqꝫ ſe ha-
beant nō eſt ordo nature. patet. q̄a i idiuinis eiuſdē ſpeciei nō eſt alterei-
tas nature cū habeat eandē naturā ſiue rationē q̄ditatiuā. Secūdo ſequit̄
ꝙ inter ꝑſonas in diuinis nō eſt prioritas nature. patet. q̄a in eis non eſt
altereitas nature. cū ſint vnius ⁊ eiuſdē eſſentie ſingularis. Tercio ſequit̄
ꝙ prioritas nature differt a prioritate temporis ꝑmo modo dicto. tum
q̄a prioritas tēporis poteſt eſſe inter ea que ſunt eiuſdē rationis. ſicut int̄
ſocratē q̄ genuit ⁊ platonē q̄ genitus eſt. Sed prioritas nature nunq̄ eſt
inter ea que ſunt eiuſdē rationis. tum q̄a prioritas tēporis eſt ordo acci-
dentalis que poteſt immutari. ſic ꝙ idem qͦ eſt prius per aliquā cauſam
poteſt aut potuit fieri poſterius aut econtra. Sed prioritas nature eſt or
do eſſentialis qui nō poteſt ꝑ aliquā potentiā immutari. ¶ Tercio ſuppo
nitur ꝙ quāuis hec cōſequētia ſit bona gratia materie. ens eſt. ergo deus
eſt. tamē ex hoc nō ſequitur quin ens ſit prius natura deo. Et ratio eſt q̄a
om̄e ſuperius eſt prius natura ſuo inferiori. ſed ens eſt ſuperius ad deum
ergo ens eſt prius natura deo. Et cōfirmat̄. q̄a diuidētia equalit̄ continēt̄
ſub diuiſo. ſed deus ⁊ creatura equaliter diuidunt ens. ergo deus ⁊ creatu
ra equaliter cōtinent̄ ſub ente. Sed creatura continet̄ ſub ente ſicut aliqͦ
natura poſterius ente. ergo ⁊ deus. Et ſi dicat̄ a priori natura ad poſteriꝰ
nō cōuertit̄ eſſendi cōſequētia. ſed ab ente ad deū cōuertit̄ eſſendi cōſequē-
tia. q̄a ſequit̄ deus eſt. ergo ens eſt. ita ecōtra ſequit̄. ens eſt. ergo deus eſt
Ad iſtud dicit̄ vno modo ꝙ ens bene eſt prius deo ſcd̄m cōmunitatem

# cū reſolutiōe textꝰ ad itētionē ſcoti

ꝑdicatiōis ⁊ etiā prius ſcd̄m naturā.nō tamē ſcd̄m prioritatē nature. de qua hic loquit̄ philoſophꝰ qa prius natura de quo eſt hic ſermo poteſt eſſe ſine poſteriori Alit̄ dicit̄ ꝙ cōſequētia que fit ab ente ad deū nō eſt niſi ꝓpter neceſſitatē cōſequētis. Unde ſi cōſequēs eſſet cōtingēs cōſequentia nō valeret.ſicut hic nō valet.ens eſt.ergō creatura eſt. ¶ Et ſi querat̄ vtrū animal ſit prius natura aliquo animali.dico ꝙ aliqd̄ animal eſt prius natura ſcd̄m qntū modū prioris.ſed nō ſcd̄m ſecundū modū.patet. qa animal ⁊ aliqd̄ animal cōuertunt̄ ſcd̄m eſſendi cōſequētiā.⁊ aliqd̄ animal eſt cauſa quare animal eſt.⁊ nō ecōtra.Ex ꝑdictis poteſt patere intellectꝰ duorū ꝑmoꝝ modoꝝ ſimul. ¶ Quarto ſupponit̄ ꝙ qꝫuis qntꝰ modus prioris dicatur prius natura ſicut ſecūdus tamē differt a ſecūdo. tum qa in ſecūdo nō oportet priꝰ eſſe cauſam poſterioris. Sed in qnto oportet prius eſſe cauſam poſterioris.tum qa ſtat aliqua eſſe ſimul natura ſcd̄m ſecū modū prioris.quoꝝ tamē vnū eſt prius alio ſcd̄m qntū modū.ſicut patet de ſubiecto ⁊ paſſione. Qꝫ aūt ſit ſimul natura ſcd̄m ſecundū moduꝫ patet.qa cōuertunt̄ ſcd̄m eſſendi cōſequētiā. De iſto qnto modo prioris dat philoſophus exemplū ꝙ vera oratio nō eſt cauſa rei.ſed res videtur quodāmodo cauſa oratiōis vere. ¶ Ex quo dicto eliciūt aliq ꝙ ad veritatē ꝓpoſitiōis requirit̄ exiſtentia rei.patet.qa philoſophus volēs oſtendere ꝙ eſſe rei eſt cauſa veritatis in oratiōe dicit ab eo ꝙ res eſt vel nō eſt oratio dicit̄ vera vel falſa. ¶ Sed cōtra iſtud arguit̄ quadrupliciter. Primo qa iſta regula eſt eterna.duo ⁊ tria ſunt qnqꝫ.⁊ tamē nulla tria ſeu duo ſūt ab eterno exiſtētia.Secūdo.qa iſta regula.Om̄e totū eſt maius ſua parte eſt neceſſaria ⁊ incōmutabilis veritatis cū ſit per ſe nota.⁊ tamē om̄e totū ⁊ partes poſſunt deſtrui.Tercio.qa iſta eſt vera.Om̄i tēpore pluuia eſt aqua ⁊ tamē nō om̄i tēpore exiſtit pluuia. Quarto.qa iſta eſt vera in hyeme ſicut in eſtate.roſa eſt flos.⁊ tamē roſa nō eſt niſi in eſtate. ¶ Sciendū eſt ergo ꝙ ad veritatē ꝓpoſitiōis nō requirit̄ vniuerſale ex natura rei de q̄ format̄ illa ꝓpoſitio.Et cōfirmat̄ iſtud.tum qa in tēpore format̄ ꝓpoſitio vocalis de inſtanti.vt cū dicit̄.Om̄e inſtans eſt indiuiſibile. ⁊ tamē in toto iſto tempore.nec in aliqua eius parte eſt. tum qa in inſtanti poteſt formari aliqua cōceptio apud intellectū humanū vel angelicū de tp̄e.vt qd̄ om̄e tēpus eſt ſucceſſiuū.⁊ tamē certū eſt ꝙ in illo inſtanti nō exiſtit tempus aut ſucceſſio eius.Dicendū eſt igit̄ ad philoſophū ꝙ hic non loquit̄ niſi de ꝓpoſitionibus in quibus ponit̄ hoc verbū eſt ſecūdo adiacens.qa de illis exemplificat cū dicit.ꝙ hominē eſſe conuertit̄ cū illa oratione.ho

mo eſt. ⁊ talis cōmuniter ſolet deſignare eſſe actualis exiſtentie.

**His ſuppoſitis ⁊ his que dicta ſūt** in ſumulis dicit̄ ꝙ philolophus cōuenient̄ aſſignat modos prioris ⁊ ſimul qui valent ad cognoſcendū p̄dicamenta. Dicit̄ aūt notant̄ q̄ valent ad cognoſcendū p̄dicamēta. q̄a eoꝝ ſunt plures aliȷ̄ modi quos philoſophus nō enumerat hic. ꝓpterea q̄a nō ordinantur ad cognoſcendum predicamenta.

**Quarta difficultas. Utrum modi** motus ⁊ habere ſint a philoſopho ſufficienter aſſignati. ¶ Pro cuius ſolutione ſupponit̄ p̄mo ꝙ motus accipit̄ duplicit̄. Uno modo ſpecialit̄ pro mutatione ſucceſſiua que eſt de t̄mino affirmato in terminū affirmatum. ⁊ ſic generatio ⁊ corruptio nō ſunt motus. vt dicit̄ q̄nto phiſicorum nec hoc modo accipit̄ hic motus. Alio modo accipitur motus generalit̄ pro omni mutatione requirente aliquod ſubiectū qd̄ tranſmutetur de aliquo in aliquid ſiue illa ſit inſtantanea ſiue ſucceſſiua. ſiue etiam ſit de termino affirmato in terminū affirmatū. ſiue habeat vnū terminū affirmatiuū ſiue negatiuū vnū. ⁊ hoc modo generatio ⁊ corruptio bene ſunt motus. hoc modo etiā accipit̄ hic motus cū diſtinguuntur ſex ſpecies eius. non quidem accipiendo ſpeciem proprie. ſed generaliter pro modo ſpeciali. ⁊ hoc modo motus eſt vnum poſtpredicamentum ſcꝫ diuerſos modos eius reducibile ad diuerſa predicamenta. motus enim materialiter acceptus pro forma acquiſita reducitur ad predicamentum ſui termini ad quē Et iſto modo generatio ⁊ corruptio reducuntur ad predicamnetum ſubſtantie. Augmentatio ⁊ diminutio ad predicamentum quantitatis. Et alteratio ad predicamentum qualitatis. Et loci mutatio ad predicamentum vbi reducuntur. Et ſi queratur quare non ponuntur due ſpecies motus contrarie in qualitate ⁊ vbi ſicut in aliȷ̄s. dico ꝙ nulla realis ratio poteſt aſſignari. Patet. q̄a qualitas ita per motum acquiritur ⁊ amittitur ſicut quodlibet alioꝝ. ⁊ ſimiliter vbi. Ex quo infero ꝙ octo ſunt ſpecies motus. Dico vlterius ꝙ propter hoc ꝙ nomen alterationis cōuenit vtriqꝫ motui qualitatis. ⁊ nomen loci mutationis vtriqꝫ motui locali. videlicet acquiſitiuo ⁊ deperditiuo. idō philoſophꝰ nō ponit niſi ſex ſpecies. ¶ Secundo ſupponitur ꝙ duplex eſt augmentatio ſcilicet mathematica ⁊ phiſica. Augmentatio mathematica bene fit ſine quacūqꝫ alteratione penes paſſiones ⁊ paſſibiles qualitates. quadratū eñ vt dicit textꝰ

## cũ reſolutiõe text⁹ ad itẽtionẽ ſcot

abſq; hoc ꝙ muteẽ ſcđm paſſibiles qualitates creuit ⁊ augmẽtatũ eſt cir
cũpoſito gnomone. Eſt autẽ gnomon ſupplementũ vel additio facta ali-
cui laterũ quadrati vt hic Augmentatio phiſica eſt illa que fit per conuer
ſionem nutrimenti in ſubſtantiã nutriti. Et ad illã requirit alteratio que
nutrimentũ quod eſt prius diſſimile ⁊ contrariũ nutrito fiat ſibi ſimile et
cõueniens. Hic aũt accipiunt augmentatio ⁊ diminutio prout continẽt
ſub ſe rarefactionẽ ⁊ condenſationẽ. ¶ Tercio ſupponit ꝙ vt dicitur in te
xtu fortaſſis nõ enunciant ſufficienter octo modi habere. Aliqd em̃ dicit
habere actionem ⁊ paſſionem ⁊ multas relationes quoꝝ modi habendi
nõ diſtinguunt in textu. Unde vt cõmunit dicit modi habẽdi ad diuerſa
p̄dicamẽta reducunt. vt ſcđm ꝙ res habita eſt in diuerſis p̄dicamẽtis. ha
bere em̃ qualitatẽ eſt in p̄dicamẽto qualitatis ⁊ habere quãtitatẽ reducit
ad predicamentũ quantitatis. habere autem ea que circa corpus ſunt eſt
predicamentum ab alijs diſtinctum. ſed habere membrũ aut partem in
tegralem eſt in predicamento ſubſtantie. habere autẽ poſſeſſionem. con-
tentum ⁊ vxorem reducunt ad predicamentũ relationis. Dicendũ eſt er-
go ꝙ habere ſiue habitus eſt reſpectus habentis ad rem habitam qui a
re habita ⁊ a re habente realiter diſtinguit frequenter cum poſſint mane
re res habens ⁊ res habita ſine illo reſpectu. ¶ Quarto ſupponit ꝙ vt di
cit cõmentator qnto methaphiſice habitus predicamentũ eſt quidem re
ſpectus contenti ad continens. cuiuſmodi eſt reſpectus animalis ad cu-
tem ⁊ arboris ad corticem. ſed reſpectus ſibi mutuus q̄ eſt cõtente ad cõ
tinens vel loci ad locatum eſt in predicamento vbi. Unde dicit ꝙ vniuer
ſaliter reſpectus q̄ eſt in predicamento vbi eſt cõuerſus illi q̄ eſt in p̄dica
mento habitus. Dicit vltra ꝙ iſti reſpectus ſunt propinq ⁊ quaſi eiuſdẽ
generis. Eſt em̃ reſpectus comparationis inter continens ad contentũ.
⁊ econtra. Si ergo fuerit continentis ad contentũ eſſet predicamentum
vbi. Si ergo ⁊ conuerſo erit predicamentũ habitus. ¶ Ex quo ſequit pri-
mo ꝙ habere partem integralem non eſt in predicameo ſubſtantie. nec
habere contentum eſt in predicamento relationis ſicut dicitur commu-
niter. Secundo ſequitur ꝙ reſpectus motus nõ ſunt ſemper in eodẽ pre-
dicamento. ⁊ ſic non eſt inconueniens actionem ⁊ paſſionem facere di-
ſtincta predicamenta.

## His p̄miſſis ⁊ etiã his q̄ dicta ſunt

in ſumulis dr ꝙ modi mot⁹ ⁊ habere ſunt a pho ſufficient aſſignati patet
ex dictis.

**Quinta difficultas Utrū ſunt po-**
nenda aliqua cōplexa ſignificabilia diſtincta ab entitatibus rerū incōple-
xe ſignificabiliū. Ad quā dicit̄ vno modo q̄ ſic. Probat̄ multipliciter. pri
mo auctoritate philoſophi in textu precedenti dicentis. Ea que ſubiacēt
affirmationi ⁊ negationi ſunt oppoſita ſicut affirmatio ⁊ negatio. Dicit̄
vltra q̄ ſicut in affirmatione ⁊ negatiōe vna eſt vera ⁊ reliqua falſa. ſic etiā
in his que ſubiacent affirmationi ⁊ negationi vnū eſt verū ⁊ reliquum eſt
falſum. ſed hoc nō poteſt itelligi de aliq̄ entitate incōplexe ſignificabili. er-
go ſunt ponenda ꝯplexa ſignificabilia. Secūdo ſm̄ philoſophū caplo de
ſubſtātia. ⁊ etiā caplo de priori ab eo q̄ res eſt vel nō eſt oratio vera vel fal
ſa dicit̄. ſꝫ hoc nō poteſt eſſe verū de aliquo incōplexe ſignificabili. nulla em̄
res eſt icōplexe ſignificabilis ꝓpter eius eſſe vel nō eſſe orō ſit vera vel falſa
Tercio ſic. Hoiem eſſe animal eſt aliqd cū ſit. cū ſit quoddā conceptibile
ab intellectu. ⁊ tn̄ nō eſt entitas incōplexe ſignificabilis. ergo eſt aliqd cō-
plexe ſignificabile. Quarto ſic. Omīs ſcientia eſt de aliquo neceſſario ⁊ per
petuo. ſꝫ nulla res incōplexe ſignificabilis alia a deo eſt neceſſaria ⁊ perpe
tua. ergo ponendū eſt cōplexū ſignificabile de quo ſit ſcientia ¶ Cōtra iſtā
opinionem dicit̄ pmo q̄ nō ſunt ponenda complexa ſignificabilia ab in
cōplexis ſignificantibus diſtincta. Patet. qa ſi eſſent. vel eſſent dependen-
tia vel idepēdētia. nō depēdētia. qa tūc nō eſſent ꝑpetua. qđ ē ꝯtra illos q̄
ponunt talia cōplexa ſignificabilia. Dicūt em̄ q̄ talia ꝯplexe ſignificabilia
ſunt perpetue neceſſaria ⁊ impoſſibiliter aliter ſe habere. nec independen-
tia. qa ſolus deꝰ eſt indepēdēs. igr̄ Et cōfirmat̄. qa ſi eſſent talia cōplexe ſi-
gnificabilia. vel eſſent ſubſtantia vel accidens. Sed nullū iſtoꝝ eſt dicen-
dū. igit̄. Maior patet. qa ens ſufficient̄ dividit̄ in ſubſtantiā ⁊ accidens.
Minor ꝓbat̄ pmo q̄ nō ſint ſbſtātie. qa ꝯplexe ſignificabile correſpōdēs
orationi iſti ſocrates ſedet. vel iſti. ſocrates eſt albꝰ. includit accidēs ſicut
ſubſtantiā. ergo nō eſt ſubſtantia. Secūdo patet q̄ nō ſint accidētia p idē.
Dicit̄ ſecūdo q̄ ponēda ſunt cōplexe ſignificabilia que nō ſunt diſtincta
ab incōplexe ſignificabilibus. patet quia quelibet res eſt incōplexe ſignifi-
cabilis. ergo cōplexe ſignificabile nō eſt ab incōplexe ſignificabili diſtinctū
Dicit̄ tercio q̄ quelibet res inquantū includit aliqđ p̄dicatū ſibi cōueniēs
ꝑ ſe vel ꝑ accidēs vocat̄ cōplexe ſignificabile. vt homo ꝓut icludit animal
vel riſibilitatē vel ſanū dicit̄ cōplexe ſignificalis. patet qa omīs res cōcepti
bilis ab itellectu vt id de q̄ aliđ dr̄ vl̄ etiā vt id qđ dr̄ de alio ē icōplexe ſigni
ficabilis. ſed q̄libet res mūdi ſiue ſit vniuerſalis ſiue particularis ē huiuſ

modi.igr̄ Maior patet q̄a eſſe ꝯplexe ſignificabile nihil aliud eſt qꝫ aptū natum ſignificari ꝑ cōplexionē ſiue cū cōplexiōe. Ex his ſequit̄ ꝙ nō ſunt ponenda cōplexe ſignificabilia diſtincta ab incōplexis ſignificabilibus. Ad ſaluandā ſcientiā ſicut ponit gregorius in prologo ſententiarū. Iſta aūt cōplexe ſignificabilia vident̄ coincidere cū ꝓpoſitiōibus realib' quas ponunt aliq̄ de q̄bus dicet̄ in ſequētibus. ¶ Ad ratiōes alterius opinionis Ad p̄mā dicit̄ cōcedēdo ꝓpoſitiōes philoſophi. ⁊ cū dicit̄ hoc nō poteſt intelligi de aliqua entitate incōplexe ſignificabili. dico ꝙ hoc eſt falſum. qd̄ patet. q̄a ſi ſummant̄ iſta duo cōtradictoria. oīs homo eſt homo. ⁊ q̄dā homo nō eſt homo. ea que ſubiacēt illi affirmationi ⁊ negationi non ſunt aliud qꝫ entitas vna incōplexe ſignificabilis. videlicet homo q̄ ē vna res que affirmat̄ aut negat̄ de ipā. Ad ſcd̄m dicit̄ negando minorē. dico eī̄ ꝙ int̄ cōplexa ſignificabilia eſt diuerſitas. Nā quedā ſunt de rebus realit̄ diſtinctis. alia ſunt de rebus diſtinctis ex natura rei. alia ſunt de re oīno eadē. ⁊ de iſto poteſt dici ꝙ ab vna re tm̄ incōplexe ſignificabili poteſt dici oratio vera vel falſa ſcd̄m qd̄ eſt ꝑ intellectū cōponentē ⁊ diuidentem cōplexe ſignificabilis. Ad terciū dicit̄ ꝙ quāuis hoīem eſſe animal ſit aliq̄d cōpoſitū ex duabus formalibus correſpōdētibus ſubiecto ⁊ p̄dicato tamē nō eſt aliq̄d diſtinctū a ſubiecto ⁊ p̄dicato. q̄a vt dictū eſt eſſet ſubſtantia vel accidēs dependēs vel independēs qd̄ nō eſt dicēdū. Ad quartū dicit̄ vno modo ꝙ ſcientia eſt de q̄ditatibus rerū habentibus eſſe neceſſariū in eſſe q̄ditatiuo ⁊ de q̄bus demonſtrant̄ paſſiones ꝑ ꝓpoſitiōes neceſſarias. Aliter dicit̄ ꝙ licet nulla res incomplexe ſignificabilis ſit neceſſaria quantū ad eſſe reale exiſtentie. tamen eſt neceſſaria quantū ad eſſe cognitū in quo eſſe intelligunt̄ ſibi in eſſe neceſſario predicata primi modi ⁊ ſecundi modi dicendi per ſe.

## Concluſio reſpōſalis. Modi poſtpredicamentorū ſunt in textu precedēti ſufficienter aſſignati a philoſopho

Hec ꝯcluſio ſupponit̄ ꝓbata ex dictis. ¶ Ad ratiōes ante oppoſitū.

## Ad p̄mā dicit̄ negādo antecedēs.

Et ad ꝓbationē p̄me partis dicit̄ ꝙ hic nō eſt ſermo de oppoſitione cōplexa ſub qua continetur oppoſitio ſubalterna ⁊ oppoſitio cōtraria. Ad ſecundā probationē dicit̄ ꝙ modi oppoſitionis ſunt ab inuicem diſparati ⁊ nō oppoſiti ideo nō oportet ꝙ aliquo genere oppoſitionis opponāt̄

Ad primā probationē ſecunde partis dicit̄ negando antecedens. Et ad probationē dicit̄ ꝙ contrariant̄ actualiter cuilibet forme que eſt ſiue ſit in alio ſubiecto ſiue in ſuo. q̄a contrarietas inſequit̄ rationē ſpeciuocaꝫ. ergo cōuenit omībus eiuſdē ſpeciei. nec oportet ad hoc ꝙ alique forme ſint cō trarie ꝙ poſſint ſemper ſucceſſiue ineſſe eidem ſubiecto. ſed ſufficit ꝙ ſimi les ſint in ſpecie eidem. Ad ſecundā ꝓbationē dicit̄ ꝙ q̄uis oppoſita cō tradictorie fundamentaliter capta ſequant̄ ad alia oppoſita. nō tamē op poſita contradictorie. formaliter accepta.

Ad ſecundā dicit̄ negādo antece dēs. Et ad duas probationes p̄me partis poteſt dici ꝙ illi modi p̄oris reducunt̄ ad prius tempore. Ad ſecundā dicit̄ ꝙ illi modi nō faciūt ad co gnitionē predicamentoꝝ. Ad p̄mā probationē ſecunde partis ⁊ etiaꝫ ad ſecundā partē patet q̄d ſit dicendū ex dictis.

Ad terciā dicit̄ negādo antecedēs. Et ad p̄mā probationē dicit̄ ꝙ philoſophus in q̄nto phiſicoꝝ accipit motū proprie pro mutatione ſucceſſiua. ſed capit hic motum generaliter vt dictum eſt. Ad ſecundā probationē dicit̄ ꝙ nō ſunt ſpecies. capiendo proprie ſpeciē. ſed ſunt ſpecies. id eſt modi ſpeciales. Ad terciā dicit̄ aliter q̄ꝫ dictū ſit prius. ꝙ ſicut dictū eſt in genere qualitatis eſt tm̄ vna ſpecies motus. ⁊ etiā in genere vbi. ſic etiam in predicamento quantitatis. ſed i'la ſpecies nō eſt nominata in genere ſine nomine generali. ſed ſolum in ſpe ciebus que ſunt augmentatio ⁊ diminutio. Et ſimiliter poteſt dici de ge neratione ⁊ corruptione in predicamento ſubſtantie. Ad quartam proba tionem dicitur ꝙ commentator addit ibi propoſitioni illam particulam acquiſibilis per motum. ſic dicēdo. tot ſunt ſpecies motus quot ſunt ſpe cies entis acquiſibilis per motum.

Ad quartaꝫ dicit̄ ꝙ ſolutio patuit ex diffinitione habitus poſita in cap'lo de qualitate. ⁊ cetera.

cū reſolutiōe textꝰ ad itētionē ſcoti

# Primū oportet cōſti tuere quid ſit nomen ⁊ cetera.

ISte eſt liber periarmenias. id eſt de interp̄tatiōe vel enunciatiōe ariſtotelis. q̇ p̄ma ſui diuiſione diuidit̄ in duos libros parciales In p̄mo det̄minat de enunciatione de ineſſe. cuius ſubiectū ⁊ p̄dicatū ſunt ſimplicia. Et diuidit̄ in duas partes. videlicet in prohemiū ⁊ tractatū. In ꝓhemio p̄mo tangit ordinē dicendoꝝ ⁊ ea que dicent̄ in hoc libro. dicēs ꝙ oportet p̄mo cōſtituere. id eſt cōſtitutiue diffinire vel diffinitiue oſtēdere q̄d ſit nomē ⁊ q̄d ſit verbū. ⁊ poſtea q̄d ſit negatio. id eſt oratio negatiua. ⁊ q̄d ſit affirmatio. id eſt oratio affirmatiua. ⁊ q̄d ſit enūciatio. ⁊ q̄d oratio. Secūdo ponit quendā ordinē ſignoꝝ ſiue terminoꝝ ex q̄bus fiūt enūciationes. Et ſupponit ꝙ triplicia ſunt ſigna. ſcilicet ſcripta. vocalia ⁊ mētalia. Hoc ſuppoſito dicit philoſophus ꝙ ea que ſunt in voce. id eſt voces. ſunt note. id eſt ſigna. earū paſſionū que ſunt in anima. id eſt cōceptuum mentaliū. ⁊ ea que ſcribunt̄. id eſt ſcripture ſunt note eorū que ſunt in voce. id eſt vocū. ¶ Cōueniūt aūt iſta ⁊ p̄mo voces ⁊ ſcripture. q̄a ſicut littere nō ſunt eedem apud om̄es. id eſt non idem ſignificant. ſic nec voces ſunt eedem. Sed paſſiones cōueniūt cuꝫ rebus ad extra. q̄a ſicut res ſunt eedem apud om̄es. ita paſſiones anime que ſunt naturales ſimilitudines rerū ſunt eedem apud om̄es. De iſtis aūt paſſionibus aīe ⁊ rebus eſt alterius negocij determinare. ſcilicet liber de anima vbi determinatur de actibus ⁊ paſſionibus intellectus. Tercio philoſophus ponit vnam diuiſionem vocū dicens ꝙ ſicut in anima eſt aliquotiens intellectus. id eſt conceptus ſine vero ⁊ falſo. cuiuſmodi eſt conceptus incomplexus. Aliquotiens v̊o eſt conceptus verum vel falſum. ſic etiam in vocibus quedaꝫ ſunt complexe ſignificantes verū vel falſum. vt enunciationes. quedam v̊o incomplexe nō ſignificantes verū vel falſum. vt nomina vel verba. Primam partem probat. quia circa compoſitionem ⁊ diuiſionē intellectus eſt veritas vel falſitas.

Secundã partẽ probat qͣ noīa ⁊ verba ſine cõpoſitione ⁊ diuiſione ſumpta ſunt ſimilia intellectui ꝗ eſt ſine vero aut falſo. vt homo ⁊ album ſi ſibi nõ addat̃ aliqͩ nõ ſignificat verũ vel falſum. et hoc probat philoſophus a ſigno vel per locũ a maiori. qͣ quãuis hoc nomen hircoceruꝰ ſignificet aliqͩ. tamẽ nõ ſignificat verũ vel falſum niſi addat̃ ſibi eſſe vel nõ eſſe ſimpliciter. id eſt hoc verbũ eſt p̄ſentis tẽporis. vel ſcd̃m tẽpus. id eſt verbũ alterius tẽporis. Vel poteſt ſic exponi. niſi addat̃ ſibi eſſe ſimpliciter. id ē in materia naturali. vel ſcd̃m tempus. id eſt in materia contingenti.

Circa hũc textũ querit̃ vtrũ ſcripture ſignificẽt ad placitũ voces. ⁊ voces cõceptus mentales. ⁊ cõceptꝰ mentales ſignificent naturaliter res ad extra.

Et arguit̃ p̄mo ꝙ nõ qͣ id nõ ſignificat terminus pro quo nõ ſupponit. nec poteſt ſupponere ſignificatiue. ſed ſcriptura nõ ſupponit pro voce. nec vox pro cõceptu aīe. ſed ambo ſupponunt pro rebus ad extra. ergo ſcripture nõ ſignificant voces. nec voces conceptus. Et cõfirmat̃. qͣ ſi ita eſſet ſequeret̃ ꝙ voces nõ poſſent repreſentare contraria conceptibus. ſed cõſequẽs eſt falſum vt patet de illis ꝗ mentiunt̃. Secũdo ſequeret̃ ꝙ om̄s terminꝰ mentalis aut ſcriptus ſignificaret accidẽs. cũ om̄is vox ⁊ etiã om̄is conceptus ſit accidẽs. Tercio ſeq̄retur ꝙ om̄es ꝓpoſitiones eſſent falſe in qͥbus enunciatur aliqͥs actus realis de ſubiecto. ſicut hic ſocrates currit. qͣ talis actus nõ poteſt conuenire conceptui aut voci. Quarto ſequeretur ꝙ om̄is propoſitio cuius ſubiectũ ⁊ predicatũ haberent diuerſos conceptus eſſet falſa. Quinto ſequeretur ꝙ illis illa ꝓpoſitio eſſet vera in qua p̄dicat̃ hoc verbũ eſt ſecũdo adiacens. ſicut iſte. antichriſtus eſt. adam eſt. patet qͣ de quocũq; enunciatur eſſe conceptus ipſius exiſtit.

Secũdo arguit̃. Om̄e qđ ſignificatur intelligitur. quia ſignificare preſupponit intelligere. ſi ſic eſt ꝙ conceptus mentalis non intelligitur mediãte voce prolata. ergo terminus mẽtalis non ſignificatur per vocem. Minor probatur primo. quia cum conceptus mentalis non ſit niſi ſpecies intelligibilis rei. ⁊ ſpecies intelligibilis ſe habet ſicut ſpecies ſenſibilis. ita ꝙ ſicut ſpecies ſenſibilis non videt̃ ſic nec ſpecies intelligibilis intelligitur.

Secūdo. q̄a ſpecies intelligibilis eſt id quo aliq̄d intelligiť ergo nō eſt qd̄ intelligiť. Tercio q̄a ſi intelligereť hoc eſſet ꝑ aliā ſpeciē. ⁊ ſic ꝓcedereť in infinitū. Et cōfirmať. q̄a hec ꝓpoſitio philoſophi tercio de aīa. lapis nō eſt ī aīa. ſed ſpecies lapidis includeret cōtradictoria. qd̄ patet. q̄a ꝑ eā remoueretur eſſe ī aīa a ſpecie lapidis que ſignificāť per hoc nomē lapis. ⁊ poſtea eadē attribuiť cū diciť. Sed ſpecies lapidis.

**Tercio arguiť. Scripture ⁊ voces** apud omēs ſunt eedem. nō aūt cōceptus. ergo ſcripture ⁊ voces ſignificāt naturaliter ⁊ nō cōceptus. Prima pars antecedentis patet. q̄a ſcripture ſunt res quarū eſſe nō variať ꝓpter diuerſitatē ydeomatū. Et eodē eīm atramento fieret iſte terminus homo a greco ⁊ latino. Et ſimiliť voces ex eiſdem inſtrumētis naturalibus ⁊ eodē modo formanť ab omībus. Secūda pars antecedentis patet p̄mo. q̄a impoſſibile eſt idem accidens in numero eſſe in diuerſis ſubiectis. ergo impoſſibile eſt eſſe eundē conceptum apud omēs. Secūdo q̄a cōceptus correſpōdēs iſti voci homo intellectu latini ſignificat hoīem. ⁊ intellectu greci nihil ſignificat. igiť.

**Quarto arguiť. Si ſcripture ⁊ vo**ces ſignificant conceptus ad placitum ſequereť proceſſus in infinitum. Cōſequētia patet. q̄a omē qd̄ ſignificat ad placitū ſignificat mediante aliquo cōcepto. ⁊ tūc queriť de illo conceptu an ſignificet naturaliter. aut ad placitū. ſi naturaliter. ergo eadē ratione omīs cōceptus. Si ad placitum ergo ſignificat mediante aliquo cōceptu. ⁊ ſic in infinitū.

**In oppoſitum arguiť auctoritate** philoſophi dicentis. Sunt ergo ea que ſunt in voce earū que ſunt in aīa paſſionū note. Et ea que ſcribunť eoꝝ que ſunt ī voce. ¶ Pro ſolutiōe queſtionis ⁊ declaratione textus p̄cedentis moueñť alique difficultates.

**Prima difficultas Utrū enuncia**tio ſit ſubiectū attributionis ſciētie huius libri. ⁊ videť q̄ nō. tum q̄a ſubiectū cuiuſlibet ſcientie debet eſſe incōplexū. ſed enunciatio eſt q̄d cōplexū. tum q̄a de ſubiecto ſciētie debet p̄ſupponi q̄d eſt ⁊ q̄a eſt in illa ſcientia. ſed de enūciatiōe nō p̄ſuppoñ q̄d eſt in hac ſciētia ſed oſtendiť. vt patet in p̄ncipio huius libri. vbi diciť q̄ primū oportet cōſtituere q̄d ſit nomen.

quid verbū ⁊ qđ enunciatio.tum qa ſubiectū ſcientie debet verificari p̄nci
paliter de cōſideratis in illa ſcientia.ſed enunciatio nō verificaꝛ de noīe et
verbo que hic p̄ncipaliꝛ conſideranꝛ.tum qa interpꝛetatio eſt ſubiectum
huius ſcientie.vt patet per bohecīū dicentē hunc libꝛū eſſe de interpꝛeta-
tione.¶ Pꝛo ſolutione huius difficultatis ⁊ hax rationū ſupponiꝛ p̄mo
ꝙ triplices ſunt intentiones ſecunde ſicut triplices ſunt actus intellectus
quedā ſunt que cauſanꝛ a p̄mo actu intellectus.⁊ ſunt ille de quibus dictū
eſt in duobus p̄cedentibus libꝛis. Alie ſunt que cauſanꝛ a tercio actu in-
tellect⁹.⁊ ſunt ille de qb⁹ determiabiꝛ in libꝛis noue artis.cuiuſmodi ſunt
ſylogiſmus.inductio.⁊ ſic de alijs.Alie ſunt medie inter iſtas que cauſanꝛ
per ſecundā opationē intellectus ⁊ ſunt he de quibus determinabitur in
hoc libꝛo.Ex his inferꝛ ꝙ iſte liber communiter oꝛdinaꝛ inꝛ alios libꝛos
logice.quia eſt de intentionibus cauſatis ab operatione media intellect⁹
¶ Secūdo ſupponitur ꝙ iſte liber intitulaꝛ liber periarmenias. Eſt autē
periarmenias dictio compoſita a peri grece.quod eſt de latine.⁊ armenis
qđ habet armenias in genitiuo.⁊ tantū valet ſicut interp̄tatio.⁊ ſic idē eſt
dicere liber periarmenias ſicut liber de interpꝛetatione ¶ Tercio ſupponi
tur ꝙ interp̄tatio dupliciꝛ accipiꝛ Vno modo pꝛout eſt vnius lingue p
aliā explicatio.vel pꝛout eſt vnius noīs minus noti per aliud nomen ma-
gis notū explicatio.⁊ iſto modo ſumiꝛ interp̄tatio in dyaleticis cū ab i
terp̄tatione fit locus dyaleticus.nec ſic accipiꝛ hic. Alio modo accipiꝛ ꝓ
voce ſignificatiua.Et hoc dupliciꝛ. Vno modo generaliꝛ.⁊ tunc ſic diffini
tur a commentatoꝛe.Interpꝛetatio eſt explicatio rei per ſermonem ſcđm
vnūquēꝗ modū.Et ſic ab alberto ſic diffinitur.Interpꝛetatio eſt qua de
re vt in verbis eſt loquimur ad rerum explicationem aut ſunt vel nō ſunt
vniuerſaliter.Et a bohecio ſic diffinitur.Interpꝛetatio eſt vox que per ſe
ipſam ad placitum ſignificat ſiue ſit complexa ſiue incomplexa.¶ Ex qua
diffinitione inferuntur tria coꝛollaria.Pꝛimū ꝙ voces ſynkathegreuma-
tice non ſunt interpꝛetationes.patet.qa per ſe nihil ſignificant ſcđm ꝙ vo
ces naturaliter ſignificantes non ſunt interpꝛetationes cum non ſignifi-
cant ad placitum.Terciū.qa interpꝛetatio eſt communis ad noīa.verba
⁊ eunciationes.Et ſi licet iſte liber nominetur aliquando ab interpꝛeta-
tione.hoc tamen non eſt tanꝗ a ſubiecto.ſed tanꝗ ab aliquo communi
oꝛi ſubiecto hui⁹ ſcientie.¶ Alio modo accipitur interpꝛetatio ſpecialiter.
pꝛo oꝛatione ſignificante verum vel falſum.⁊ iſto modo interpꝛetatio et
enunciatio idem ſunt.¶ Ex quo ſeqtur p̄mo ꝙ nomia ⁊ verba non ſunt

# cū reſolutiōe text' ad itētionē ſcoti

interpretationes. Secundo quia orationes deprecatiue optatiue alie ſunt ab indicatiua nō ſunt interpretationes. patet. quia nō ſignificant mentis conceptū. ſed mentis affectū videlicet deſideriū amorem vel odiū vel aliqd huiuſmodi. ¶ Quarto ſupponitur ꝙ enunciatio vel interpretatio ſpecialiter capta quod idem eſt adhuc poteſt accipi dupliciter. Pro denominato ⁊ ſic eſt quid incomplexū de qua nulla ſcientia conſiderat tanꝙ de ſubiecto. licet poſſit eſſe obiectū ſcientie cuiuſmodi eſt enunciatio ſcibilis que eſt concluſio demonſtrationis. Alio modo accipitur pro per ſe ſignificato ſcilicet pro quadam ſecunda intentione fundata in illo denominatiuo ⁊ terminata ad ſuū ſignificatū. ⁊ iſto modo accipitur hic.

His ſuppoſitis dicit primo ꝙ enūciatio accepta pro per ſe ſignificato eſt ſubiectum attributionis huius ſcientie. patet per conditiones ſubiecti attributionis que ſibi conueniunt. Qꝫ autem de enunciatione. ſic accepta poſſet eſſe ſcientia patet. quia habet principia formalia videlicet orationem ⁊ ſignum. habet etiam partes integrales ⁊ nomen ⁊ verbum. ⁊ partes ſubiectiuas vt ſunt affirmatio et negatio. habet etiam paſſiones que ſunt ſignificare verum vel falſum. oppoſitio conuerſio. et equipolentia. Dicitur ſecundo ꝙ intentio enunciationis prout eſt communis ad enunciationem vocalem. mentalem ⁊ ſcriptam eſt huius ſcientie ſubiectum. Patet quia philoſophus incipit librum ſuum a partibus integralibus illarum enunciationum que ſunt vox paſſio anime ſiue conceptus ⁊ ſcripture dicens. Sunt ergo ea que ſūt ⁊c. ergo intendit in hoc libro de oībus illis enunctiationibus. ¶ Ad obiectiones prius poſitas reſpondetur per ordinem. Ad primā dicitur ꝙ licet enunciatio accepta pro denominato ſit quid complexum. non tamen enunciatio accepta pro formali ſignificato niſi forte extrinſice. Ad ſecundam dicitur vno modo ꝙ in iſta ſcientia inueſtigatur quid eſt enunciatio nō vt ipſius ꝙ quid eſt demonſtretur de enunciatione tanꝙ de ſubiecto ſed vt ſupponitur tanꝙ medium ad demonſtrandum paſſiones de ipſa enunciatione tanꝙ de ſubiecto huius ſcientie. Aliter dicitur ꝙ maior habet veritatem in ſcientijs demonſtratiuis in quibus nō contingit ſcire denominatiue aliquam paſſionem de ſubiecto ſi ignoretur quid ſit ſubiectum. ſed in ſcientia que eſt de ipſo ſubiecto oportet prius inueſtigare quid ſit ipſum ſubiectum niſi ſit per ſe notum. vel niſi ſupponatur notum ab aliquibus prioribus.

Ad terciū dicit̄ q̄ nō oportet ſemp ſubiectū alicuius ſcientie verificari de omībus in illa ſciētia cōſideratis ſed ſufficit q̄ habeat attributionē tanq̄ ad p̄ncipale cōſideratū. Sunt eñ ea de q̄bus p̄dicant̄ vel ſicut p̄ncipia vel ſicut ꝓprietates. Ad quartā patet ſolutio ex dictis.

**Scđa difficultas. Quare philoſophus** dicit in p̄ncipio huius libri p̄mū oportet cōſtituere qd ſit nomen ⁊ qd ſit verbū. ⁊ poſtea qd ſit affirmatio ⁊ negatio ⁊ qd enunciatio ⁊ oratio ⁊ nō facit mentionē de voce nec de ꝓpoſitione ypothetica nec etiā de alijs partibus orationis a noīe ⁊ verbo. ¶ Pro cuius ſolutiōe ſupponit̄ p̄mo q̄ differēt̄ determinat̄ de noīe ⁊ verbo ⁊ etiā de alijs terminis incōpletis a grāmatico ⁊ logico. ⁊ adhuc differēt̄ in diuerſis libris logico. q̄a grāmaticus dt̄minat de eis inquantū cōſtituūt orationē cōgruā vel incongruā. Sed logicus in libro p̄dicabiliū ⁊ p̄dicamentoꝝ determinat de ip̄is prout ſ̄m ſe ⁊ abſolute ſunt ſigna incōpletoꝝ. ⁊ in libro periarmenias prout ſunt partes enunciationis ⁊ actu ſunt ſub forma eius. Sed in libris noue logice prout ſunt partes ſylogiſmi ⁊ ſunt ſub forma ſylogiſtica. ⁊ ſimiliter in hoc libro determinat̄ de enunciatione ſiue ꝓpoſitione p̄ncipaliter ſ̄m ſe ſcilicet ſ̄m qđ eſt ſignificatiua veri vel falſi. ⁊ ſ̄m qđ ſibi inſunt ſue ꝓprie paſſiones. Sed in noua logica det̄minat̄ ſ̄m qđ eſt pars ſylogiſmi.

**Hoc ſuppoſito dicit̄ p̄mo q̄ determinat** de noīe ⁊ verbo. q̄a ſunt p̄ncipales partes enunciationis. Et ꝓponit nomen verbo ꝓpter duas cauſas. Prima. q̄a nomen ſignificat ſubſtātiam. ⁊ verbū ſignificat actū egredientē a ſubſtantia. Secūda eſt. q̄a nomē eſt ſubiectū ⁊ verbū p̄dicatū. Subiectū aūt eſt prius p̄dicato. Dicit̄ ſcđo q̄ determinat de negatione. id eſt de oratione negatiua. ⁊ affirmatione. id eſt oratione affirmatiua. q̄a ſunt partes ſubiectiue eius. ⁊ quāuis affirmatio ſit ſimpliciter prior negatione. tamē p̄ponit affirmationē negatiōi. q̄a quāuis eſſe ſimpliciter ⁊ in diuerſis p̄cedat nō eſſe. tamē in rebus creatis ⁊ in eodē nō eſſe p̄cedit eſſe. Dicit̄ tercio q̄ determinat de eunciatiōe tanq̄ de ſubiecto attributionis huius ſcientie ⁊ oratione tanq̄ de genere eius. Dicit̄ quarto q̄ nō facit mentionē de voce. q̄a vox eſt ens naturale. cuius conſideratio magis pertinet ad philoſophū naturalē q̄ ad logicū. Non facit etiā mentionē de ꝓpoſitione ypothetica vt dicunt aliq̄. q̄a nō differt a cathegorica niſi ſicut vnū ⁊ multa. ⁊ ſic cognita cathegorica faciliter co

gnoſcit̄. Alij vo dicūt ꝙ hoc eſt idō qa ꝓpoſitio ypothetica nō ſignificat veritatē aut falſitatē abſolutā ſed ſolā cōditionatā. ſcilicet ex ſuppoſitione modo in enunciatione ad quā iſte liber ordinat̄ eſt veritas abſoluta. ⁊ ꝓpter eādē cauſa ꝫ in ſequēti libro ꝑtermiſit tractatū de ſylogiſmis ypotheticis. Dicit̄ qrto ꝙ nō facit mentionē de alijs partibus orationis a noie ⁊ verbo ꝓpter duo. qa intendit determinare de enunciatione ſimplici. ⁊ idō ſolū determinat de illis partibus orationis que neceſſario requirunt̄ ad cōpoſitionē eius. cuiuſmodi ſunt nomen ⁊ verbū ⁊ nō alie partes orationis Secūdo. qa nomē ⁊ verbū ſunt pncipaliores partes orationis. nec alie de neceſſitate requirunt̄. ſed ſunt ſolū collegationes parciū orationis. ſicut clauus ⁊ cauilla parcium nauis.

## Tercia difficultas. Utrū ſcripture ſignificēt voces. ⁊ voces ſignificēt paſſiōes aie. ⁊ paſſiōes aie ſignificēt res ad extra.

Pro cui᷒ ſolutiōe ſupponit̄ pmo ꝙ ſcptura ē qdā ꝓtractio litterarū ad aliqd ſignificādū ad placitū iponētis iſtituta. Vox articulata de qua eſt ſolū hic ſermo ſcdm boheciū eſt illa que copulat̄ cū aliquo ſenſu. id eſt cū aliquo cōceptu mentis eius que loquit̄ profert̄. Eſt autē proprie vox articulata vox iam actualit̄ impoſita ad ſignificandū. Vox autē nō articulata eſt que nō eſt ad ſignificandū impoſita. Et qa in diffinitione ſcripture ponebat̄ placitū. ideoqꝫ dicit̄ ꝙ placitū eſt volūtas agens a ꝓpoſito mota a re cognita. Paſſio aie eſt quidā cōceptus abſtractus per actū aie a re ad extra que eſt naturalis ſimilitudo talis rei. ⁊ naturalit̄. eiuſdem ſignificatiuus. Illud aūt dicit̄ naturalit̄ ſignificare aliqd qd ſignificat ipm nulla inſtitutione voluntaria pcedente. ¶ Secūdo ſupponit̄ ꝙ ad hoc ꝙ intellectus dicat̄ formalit̄ intelligere aliquā rem quatuor videntur concurrere. Primū eſt obiectū cognitiuū qd eſt res ad extra. Secūdū eſt potentia cognoſcens vel cognita. videlicet intellectus. Terciū eſt act᷒ cognoſcendi. que eſt ipa intellectio. Quartū eſt ſpecies intelligibilis. que dicit̄ informare intellectū ⁊ cōcurrere cū intellectu in noticia abſtractiua ad ꝓductionē actus intelligendi. ¶ Ex illis ſequit̄ pmo ꝙ paſſio aie nō eſt obiectū cognitū. patet. qa obiectū cognitū eſt res ad extra. ſed paſſio anime eſt naturalis ſimilitudo rei. ergo paſſio aie nō eſt obiectū cognitum. Secūdo ſequit̄ ꝙ paſſio aie nō eſt potentia cognoſcens. patet qa potētia cognoſcēs nō eſt ſignificatiua rei ad extra. ſed paſſio aie eſt ſignificatiua rei igit̄. Tercio ſequit̄ ꝙ paſſio aie nō eſt actus intelligendi. patet. qa paſſio

eſt naturalis ſimilitudo rei ⁊ terminat actū itelligēdi. ergo nō eſt ipē actꝰ
intelligendi. Quarto ſequit̄ ꝙ paſſio aīe eſt ſpecies intelligibilis naturalꝭ
ter repñtatiua rei ab ipa re in intellectu poſſibili cauſata cōcurrente itel-
lectu agente. patet a ſufficiente diuiſione. Dicūt tamē aliq̄ ꝙ paſſio nō eſt
ſpecies intelligibilis. nec aliq̄d habēs eſſe reale ſubiectiuū in aīa vel extra-
aīam. ſed paſſio aīe dicit̄ eſſe quedā naturalis ſimilitudo rei ad extra ficta
tanq̄ȝ ydolū ab actu ipius aīe habēs eſſe in aīa ſolū obiectiue. ita ꝙ eiꝰ eſſe
eſt eius cognoſci. ſicut ſi domificator videat domū ad extra tūc fingit vnā
ſimilitudinē in anima eius. ⁊ illa ſimilitudo vocat̄ paſſio anime ꝓut acci-
pit̄ hic paſſio anime. ¶ Tercio ſupponit̄ vt dicit̄ in textu p̄cedenti. ſcp̄tu-
re ⁊ voces nō ſunt eedem apud om̄es. ſed paſſiones ſunt eedē apud om-
nes. quod debet ſic intelligi. Sep̄ture ⁊ voces non ſunt eedem apud om-
nes in ſignificando. licet poſſint eſſe eedem apud om̄es in eſſendo. Et ra-
tio huius eſt. q̄a poſito ꝙ ſcripture ⁊ voces latine p̄ſentarent̄ om̄ibus ho-
minibus mundi. nō repñtarent idem apᷣ om̄es. q̄a apud grecos ⁊ bar-
baros nihil ſignificarent. eo ꝙ impoſitio earum nō eſſet eis manifeſtata.
Paſſiones aūt ſunt eedem apud om̄es ⁊ in ſignificando ⁊ in eſſendo. ſal-
tem ſcd̄m ſpeciē. Patet q̄a vbicūq̄ȝ cauſa eſt eadem effectus naturalis il-
lius cauſe eſt idem. ſed res que ſunt cauſe naturales paſſionū ſunt eedem
apud om̄es homines. ergo paſſiones que ſunt naturales effectus rerum
ſunt eedem apud om̄es homines. Maior eſt nota. Minor ꝓbat̄. q̄a la-
pis eſt idem in ſpecie apud grecū ⁊ latinū. ergo cauſat eandē ſimilitudinē
in intellectu greci ⁊ latini. ⁊ licet nō eandē in numero. tamē eandē in ſpecie
Et ſicut illa ſi͠litudo in intellectu latini eſt accidens. ita in intellectu greci.
Si͠lr ſicut in intellectu latini naturalit̄ ſignificat lapidē. ita in intellectu gre
ci. Ex quo ſequit̄ ꝙ ipa eſt eadē in eſſendo ⁊ ſignificando. ¶ Quarto ſup-
ponit̄ ꝙ vt dicit̄ in textu p̄cedenti ꝙ aliq̄d poteſt ſignificare aliud duplici
ter. Vno modo tanq̄ȝ ſignificatū vltimatū. qᷣ ab alijs dicit̄ ſignificatum
qᷣ. Alio modo tanq̄ȝ ſignificatū nō vltimatū. qᷣ ab alijs dicit̄ ſignificatū
quo. Eſt aūt ſignificatū vltimatū illud qᷣ ſignificat̄ ab aliquo ſigno ⁊ nō
eſt ſignū alterius rei. ⁊ hoc modo res ad extra ſunt ſignata terminoꝝ. ſed
ſignificatū nō vltimatū eſt illud mediante quo aliqᷣ ſignū ſignificat ſuuȝ
ſignificatū vltimatū.

His ſuppoſitis dicit̄ p̄mo ꝙ aliqua
ſcriptura p̄ncipaliter ⁊ vltimate ſignificat voces. vt patet de hoc ſcripto
vox. Similit̄ aliqua ſcriptura p̄ncipaliter ⁊ vltimate ſignificat conceptuȝ

# cū reſolutiõe text⁹ ad ītẽtionẽ ſcoti

ſicut hoc ſcriptū cõceptus. ⁊ aliqua vox etiam ꝑncipalit̄ ⁊ vltimate ſignificant cõceptū. ſicut hec vox ꝓlata cõceptus. Iſta tamẽ nõ ſignificantur vt ſunt ſignificatiua alioꝝ. ſed vt ſunt res quedā. Dicit̄ ſecūdo ꝙ quādocū ꝗ̄ cõceptus correſpondẽs voci vel ſcripture ſignificat rem ad extra tunc neceſſe eſt ꝙ vox ⁊ ſcp̄tura correſpõdẽtes illi cõceptui ſignificẽt illā eandem rem ꝑncipaliter. ⁊ vltimate. ⁊ pro ea ſupponant ⁊ non pro cõceptu. Ex quo ſequit̄ ꝙ nõ eſt intelligendum ꝙ conceptus ꝑmo ſignificet rem. ⁊ vox correſpondens cõceptui ꝑmo ſignificet illū cõceptū ⁊ ex cõſequẽti rē. ⁊ ſcriptura ꝑmo ſignificet vocẽ. ⁊ ex cõſequẽti cõceptū. aut rem. q̄a in ꝓpoſitione talis vox aut talis ſcriptura nunꝗ̄ poteſt ſupponere pro tali cõceptu. Et accipe hic cõceptū ⁊ paſſionẽ anime pro eodẽ. Dicit̄ tercio ꝙ ſcripture. voces ⁊ conceptus ſiue paſſiones ſunt ſigna ſubordinata reſpectu eiuſdem ſignificati. nam ſcripture mediantibus vocibus. ⁊ voces mediātibus cõceptibus. ⁊ cõceptus immediate ſignificant ip̄as res. Vnde ſi ꝑ impoſſibile mutaret̄ cõceptus ſcd̄m ſuā ſignificationẽ etiā vox; ⁊ ſcriptura mutaret̄. Et ſi vox mutaret̄ ſcd̄m ſuū ſignificatū qd̄ eſt poſſibile. etiam ip̄a ſcriptura mutaret̄. De ſubordinatione iſtoꝝ ſignoꝝ dicit ſcotus vnū exemplū in ꝑmo ſcripto de illuminatione medij. quāuis em̄ in medio ſint tres partes illuminate. quarū ꝑma prius illuminat̄. deinde ſecunda. ⁊ tercio vltima. ita ꝙ ibi fit mediatio ex parte parciū illuminatarū quantū ad ordinẽ loci. tamẽ eſt ibi in medio illuminationū. nā tercia pars ita immediate illuminat̄ a ſole vel a corpe luminoſo ſicut ꝑma. nec depẽdet ſua illuminatio effectiue ab illuminatiõe ꝑme partis aut ſcd̄e partis. Et ſimile eſt de iſt̄ ſignis ad inuicẽ ſbordinat̄. q̄uis em̄ ſbordināt̄ in ſignificādo. tn̄ ſignificatio poſterioris nõ ē reſpectu prioris. ſed eſt imediate reſpectu rei.

## Quarta difficultas Vtrū i ſolo cõpoſitiõe ⁊ diuiſiõe intellect⁹ ſit veritas vel falſitates.

¶ Pro cui⁹ ſolutione ſupponit̄ ꝑmo ꝙ duplex eſt cõpoſitio. quedā eſt cõpoſitio realis. q̄ nihil aliud eſt ꝗ̄ vnio realis duarū rerū ad cõſtitutionẽ alicui⁹. cuiuſmodi ē cõpoſitio materie cū forma. Alia eſt cõpoſitio intẽtionalis. q̄ nihil aliud ē ꝗ̄ enūciatio alicui⁹ de aliquo mediāte affirmata copla. cuiuſmodi ē in iſta ꝓpoſitiõe mẽtali. homo ē animal. Simil̄r diuiſio eſt duplex. quedā eſt diuiſio realis ⁊ ē realis ſepatio duaꝝ reꝝ a ſeinuicẽ. ⁊ de iſta nõ ē hic ſermo. Alia ē diuiſio intẽtionalis ⁊ ē remotio p̄dicati a ſubiecto mediāte copla negata vt in iſta ꝓpoſitiõe mẽtali. homo non eſt aſinus. ⁊ de iſta eſt hic ſermo.

¶Secundo ſupponit̄ ꝙ duplex eſt veritas. quedã eſt veritas entis. ⁊ eſt
vera rei entitas que ſtat in cõformitate rei producte ad producens. vt au
rũ verũ generat̄ in terra mediante influentia celeſti. Alia eſt veritas ꝓpoſi
tionis. ⁊ illa eſt duplex. quedã eſt veritas fundamentalis. ⁊ iſta eſt quidã
reſpectus fundamentalis exiſtens in rebus ipĩs de qbus eſt ꝓpoſitio. que
nõ eſt aliud ꝗ̃ quedã cõformitas ipaꝝ per modum cauſe ad actũ compo
ſitiuũ vel diuiſiuũ. ⁊ iſte reſpectus nõ diſtinguit̄ realit̄ a re cuius eſt reſpe-
ctus. Alia eſt veritas formalis ⁊ eſt quidã reſpectus actualis ⁊ formalis
conformitatis quo intellectus noſter dicit̄ formaliter conformis ad rem
intellectã. ⁊ iſte reſpectus habet pro fundamento compoſitionẽ ⁊ diuiſio
nem intellectus. ⁊ pro termino habet rem conceptam. Ex quo ſequitur ꝙ
veritas eſt cõformitas intellectus ad rem intellectã. Sed falſitas eſt diffor
mitas intellectus ad rem intellectã. Eſt aũt ꝯformitas intellectus ad rem
intellectã quando ſic eſt vel nõ eſt qualiter per intellectũ ſignificant̄ ita eſſe
vel nõ eſſe. ⁊ eſt difformitas per oppoſitionẽ. ¶Tercio ſupponit̄ ꝙ aliqd
poteſt eſſe in alio tripliciť. Uno modo tanꝗ̃ in ſubiecto. Alio modo tan
ꝗ̃ in ſigno Tercio modo tanꝗ̃ in cauſa.

# His ſuppoſitis dicit̄ primo ab ali-

quib' ꝙ in ſola cõpoſitione ⁊ diuiſione intellectus eſt veritas aut falſitas
loquendo de veritate aut falſitate ꝓpoſitiõis. ⁊ etiã intelligendo ſic ꝙ ĩ ſo-
la cõpoſitione vel diuiſiõe. ſic ꝙ nõ in pͥmo actu intellectus ſcilicet in app̃
henſione ſimpliciũ eſt veritas vel falſitas. loquendo de veritate aut falſita
te ꝓpoſitiõis. Ex quo ſequit̄ ꝙ illa dictio excluſiua ſola nõ excludit oratio
nes vocales aut ſcriptas a veritate aut falſitate. ⁊ hoc patet per philoſo
phũ in textu dicentẽ. ꝙ ſicut eſt aliqs intellectus q̇ eſt ſine vero ⁊ falſo. et
aliqs q̇ eſt verus aut falſus. ſic etiã eſt in voce. Secũdo ſequit̄ ꝙ illa dictio
excluſiua ſola excludit p̄ciſe a veritate ⁊ falſitate pͥmũ actũ intellectus. Alit̄
dicit̄ ab aliȷ̃s pͥmo ꝙ veritas entis nõ eſt aliud ꝗ̃ eſſentia ipſius entis. que
eſt ſimplex. ideo poteſt reperiri ſine cõpoſitiõe ⁊ diuiſiõe. Dicit̄ ſecũdo ꝙ
veritas ꝓpoſitiõis que dicit̄ veritas formalis eſt formalit̄ ⁊ ſubiectiue in
intelleectu mediãte actu cõpoſitiuo aut diuiſiuo. ſed cauſaliter ⁊ funda-
mentaliter eſt in re in ꝓpoſitione tanꝗ̃ in ſigno. Prima pars probat̄ per
philoſophũ ſexto methaphiſice dicentẽ. bonũ ⁊ malũ ſunt in rebus. ſed
verũ ⁊ falſum ſunt in intellectu. Secunda pars probat̄ per philoſophuꝫ
in p̄dicamentis. ab eo q̇d res eſt. ⁊ ſic de aliȷ̃s. Tercio poteſt ꝓbari ꝑ ea

## cū reſolutiōe text' ad itētionē ſcoti

que dicit in ſolutione inſtantie facte cōtra ſextā ꝓprietatē ſubſtātie. Dicit enī ꝙ oratio nō eſt ſubiectū veri ꝛ falſi. neqꝫ patit̄ ab eis. ꝛ cū ipa nō ſit cauſa earū. relinquit̄ ꝙ ſit ſignū tm̄. Ex his ſequit̄ primo ꝙ ceſſante quolibet actu intellectus nulla ꝓpoſitio eſt vera vel falſa veritate aut falſitate formali. qa ceſſante quolibet actu intellectus nulla remanet cōformitas aut difformitas intellectus ad rem intellectā. Secundo ſequit̄ ꝙ intellectus dicitur verus tali veritate formali denominatione intrinſeca. ſed res ꝛ ꝓpoſitio denominant̄ vere aut falſe denomiatione. denomiatiōe extrinſeca tm̄. Tercio ſequit̄ ꝙ in ſola compoſitione ꝛ diuiſione intellect' eſt veritas aut falſitas formaliter ꝛ ſubiectiue.

**Cōcluſio reſpōſalis. Scripture ſi**gnificāt ad placitū voces. ꝛ voces cōceptus mentales. ꝛ conceptus ſignificant naturaliter ad extra ad ſenſum datū in tercia difficultate. Hec concluſio ſatis patet ex dictis.

**Ad rationes. Ad p̄mā dicit̄ ꝙ ma**ior eſt vera de ſignificatione qua terminus ſignificat aliqd vltimate. ꝫ nō eſt vera de ſignificatiōe qua terminus ſignificat aliqd nō vltimate. Ad cōfirmationē neget̄ p̄ma cōſequētiā. cōcedit̄ tamē ꝙ nō poſſunt rep̄ſentare cōtraria conceptibus illis qbus ſubordinant̄. quāuis enī vox repreſentat contrariū conceptui ipius mencientis. nō tamē rep̄ſentat illi ꝯceptui cui ſubordinat̄ in ſignificando. Ad ſecundā cōſequētiā dicit̄ ꝙ nō eſt incōueniens omnē vocē ſignificare accidens aliquo modo. ſcilicet nō vltimate. tamē eſſet incōueniens omnē vocē ſignificare accidens p̄ncipaliter et vltimate. Alie tres cōſequētie nō valent. qa in ꝓpoſitionibus termini nō ſupponūt niſi pro eo qd̄ ſignificant p̄ncipaliter ꝛ vltimate. aut pro eo qd̄ eſt ſuppoſitū ſui ſignificati ad fundamentū eius.

**Ad ſcdaꝫ dicit̄ ꝙ maior eſt vera de** eo qd̄ ſignificat̄ vltimate. ſed nō de eo ꝙ ſignificat̄ nō vltimate. ꝓbatiōes aūt minoris cōcedunt̄. ꝛ ſimilit̄ ꝓbatio huius ſecunde rationis debet ſolui dicendo ꝙ ſubiectū illius ꝓpoſitionis nō ſupponit pro paſſione aīe. ꝫ pro re ad extra tanqꝫ pro vltimato ſignificato eius.

**Ad terciā dicit̄ negādo antecedēs**

Et ad ꝓbationē pͥme partꝭ dicitꝰ ꝙ licet voces ⁊ ſcripture ſint eedem in eſ ſendo apud oēs. nō tamē in ſignificando. Ad pͥmā ꝓbationem ſecūde partis dicitꝰ ꝙ licet nō ſit idem cōceptus in numero apud oēs. eſt tamē idem in ſpecie. Ad ſcđam ꝓbationē dici poteſt ſicut dicunt aliq̄ ꝙ dupli ces ſunt cōceptus. quidā ſunt cōceptus vltimati qui immediate ſignifi cant res ad extra. q̄ non ſunt aliarum rerum ſigna. ⁊ de iſtꝭ intelligitur di ctum philoſophi. Aliȷ̄ ſunt conceptus non vltimati. qui mediate ſignifi cant res ad extra que ſunt ſigna aliarū rerū cuiuſmodi ſunt conceptꝰ vo cū ſignificatiuaꝝ. ⁊ iſti nō ſunt idem apud oēs in ſignificādo. q̄a vt dici tur in argumento cōceptus correſpōdēs immediate iſti voci. homo in in tellectu latino eſt natus cauſare cōceptū de hoīe vltimatū. ſed in intelle ctu greci nō eſt natus cauſare talem conceptū. eo ꝙ grecis nō eſt nota im poſitio huius vocis homo.

## Ad quartā dicitꝰ negando cōſequē

tiā. q̄a ſolū illud ſignificat aliq̄d mediante aliquo conceptu quo ſignificat ipſm vltimate ⁊ pͥncipaliter. Sequitꝰ.

# Nomen eſt vox ſigni ficatiua ſcđm placitum ⁊ cetera.

Iſta eſt pars executiua huius libri. Que diuiditꝰ in tres tractatus parcia les. In pͥmo determinat philoſophus de partibus integralibus enunci ationis ⁊ genere eius. Et diuiditꝰ in tria capitula. In pͥmo determinat de nomine. Et diuiditꝰ in duas partes. In pͥma ponit diffinitionē nominis que eſt hec. Nomen eſt vox ſignificatiua ad placitū ſine tempore. cuiꝰ nul la pars ſignificatiua eſt ſeparata. Vltimam partem probat. q̄a partes no minis compoſiti que magis videntꝰ ſignificare nihil ſignificant. vt partes huius noīs equiferus per ſe nihil ſignificant ſicut ſignificant in hac orati one equus ferus. ergo per locū a maiori ad minus partes noīs ſimplicꝭ nihil ſignificant. ⁊ per conſequens nullius noīs partes ſignificant. Diffe runt autem partes noīs compoſiti ⁊ partes noīs ſimplicꝭ. q̄a partes no minis ſimplicis nullo ſignificant nec actu nec potentia. ſed partes nomi nis compoſiti videntꝰ aliq̄d ſignificare. eo ꝙ habent potentiam ad ſigni

# cũ reſolutiõe text' ad itẽtionẽ ſcoti

ficandum. nõ tamen actu aliqd ſignificant. qa nõ habent actualem ſignificationem ſeparatam a toto vel ab alia parte componẽte. Deinde probat ꝙ nomen ſignificet ad placitũ. Primo. qa nomen nõ ſignificat naturalitꝰ ergo ſignificat ad placitum. Antecedens patet. qa nõ ſignificat niſi quando fit nota. id eſt quando fit ſignũ. ſeu quando voluntaria inſtitutiõe imponitur ad ſignificandũ. Secundo. qa ſoni illitterati ferarum nõ ſunt nomina. eo ꝙ ſignificant naturaliter. ergo nomen ſignificat ad placitũ. In ſecunda parte philoſophus excludit aliqua a diffinitione nois. Et pmo excludit nomen infinitũ dicens ꝙ nõ homo non eſt nomen ſcdm logicos. nec eſt ei nomen impoſitũ quo poſſit appellari. qa nec eſt affirmatio nec negatio. ſed nomen infinitũ. Secundo excludit noia obliqua. dicens ꝙ cathonis cathoni. ⁊ cetera nomina obliqua nõ ſunt nomina. ſed caſus nominũ. ¶ Conueniunt autem nomen obliquũ ⁊ nomen rectum in ratione ſiue in ſignificato. Nam ratio. id eſt ſignificatũ eſt idem i recto ⁊ obliquo Sed differunt. qa cũ nomini recto additur fuit vel erit tunc ſignificat verum vel falſum. Sed quando nomini obliquo additur eſt vel nõ eſt non ſignificat verum vel falſum. Et ratio eſt. qa tales orationes non ſunt congrue. modo verum ⁊ falſum preſupponunt congruum. vt videtur haberi ex iſto paſſu. Et nota ꝙ vt dicunt aliqui philoſophus per has duas excluſiones innuit ꝙ iſte due particule finita ⁊ recta ſunt adiungende diffinitioni nominis.

## Verbum eſt vox ſignificatiua. ⁊ cetera.

Iſtud eſt ſecundũ capitulũ huius pmi tractatus. In quo philoſophus determinat de verbo. Et diuiditur in tres particulas. In pma ponit diffinitionem verbi. que eſt hec. Verbũ eſt quod conſignificat tempus. cuius partes extra nihil ſignificant. ⁊ eſt ſemper eorum que de altero dicunꝰ nota. Et declarat duas particulas poſitas in iſta diffinitione. Quarum prima eſt ꝙ conſignificant tempus. ⁊ dicit ꝙ curſus quod eſt nomen ⁊ currit quod eſt verbum differunt in hoc ꝙ currit conſignificat tempus preſens. id eſt importat. non quantũ ad ſignificatũ. ſed tm̃ ad modum tempus preſens.

Secunda eſt. verbū eſt ſemꝑ nota eoꝝ que de altero dicūt̄. id eſt ſgnū p̄dicationis. patet. q̄a eoꝝ que dicunt̄. id eſt p̄dicant̄ quedā dicunt̄ de ſubiecto id eſt p̄dicant̄ eſſentialiter. Alia ſunt in ſubiecto. id eſt p̄dicant̄ accidentaliter. ſed verbū eſt nota vtriuſqꝫ p̄dicationis. igit̄ verbū eſt ſemꝑ nota eoꝝ que de altero dicunt̄. Et debet ſic intelligi. eſt ſemꝑ nota. ſic ꝙ nō eſt aliqua predicatio q̄n verbū ſit nota illius p̄dicationis. In ſecūda parte excludit a diffinitione verbi verbū infinitū ⁊ verbū obliquū. Et p̄mo dicit ꝙ non currit. nō laborat nō ſunt verba. tamē cōſignificant tempus. ⁊ ſunt ſemꝑ nota eoꝝ que de altero predicant̄. nec huic differentie ſcilicet verbū infinitum eſt nomen impoſitū. tamē poteſt dici verbū infinitū. Et ratio eſt. q̄a eſt cōſimiliter in quolibet qđ eſt. ⁊ in quolibet qđ nō eſt. id eſt p̄dicat̄ tam de ente q̄ꝫ de nō ente. Secūdo dicit̄ ꝙ curret ⁊ currebat nō ſunt verba ſed caſus verbi. Differunt em̄ a verbo. q̄a verbū cōſignificat p̄ſens. ſed illa cōſignificant p̄teritū vel futurū qđ coniungit̄ ad p̄ſens. In tercia particula remouet vnū dubiū. Ex quo em̄ dictū eſt ꝙ verbū eſt nota eoꝝ que de altero dicunt̄ ſeu predicant̄ poſſet aliqs credere ꝙ verbū ſcđm ſe. id eſt ꝑ ſe dictū nō eſſet nota. id eſt nihil ſignificaret. ideo remouet dubiū dicēs ꝙ ipa verba ſcđm ſe dicta id eſt ſine cōpoſitione ⁊ diuiſione ſunt noīa. id eſt ſimilia noībus. probat. q̄a ſignificant aliqđ ſicut nomen. q̄a ille q̄ profert verba cōſtituit intellectū ſimplicē. ⁊ q̄ audit q̄eſcit. hoc tamē verbū eſt in cōpoſitione nihil ſignificat ſine extremis. Quia ſi eſt purū dixeris. id eū ꝑ ſe acceperis ip̄m quidē nihil eſt. id eſt nō ſignificat aliqđ eſſe vel nō eſſe. eo ꝙ ſignificat quandā compoſitionē quā ſine compoſitis. id extremis non eſt intelligere.

Circa hūc textū querit̄ vtrū diffinitiones noīs ⁊ verbi ſint in textu p̄cedenti ſufficient̄ aſſignate. Et arguitur primo cōtra diffinitionē noīs ꝙ nō. q̄a nō om̄e nomen eſt vox ſignificatiua. ergo p̄ma pars diffinitionis noīs eſt male poſita. Antecedens ꝓbat̄ quadruplicit̄. Primo. q̄a noīa mentalia ⁊ ſcripta nō ſunt voces. Secundo q̄a noīa ſcripta i libris clauſis. ⁊ noīa prolata a ſurdo in ſiluis nō ſunt voces ſignificatiue. Tercio. q̄a noīa figmentoꝝ nihil ſignificant. cū figmenta nihil ſint. Quarto. q̄a articulatū nō p̄dicat̄ de artificiali. ſed vox eſt artificiatū ⁊ nomen eſt ens artificiale ⁊ intentionale. vox nō p̄dicat̄ de nomie. ¶ Secūdo arguit̄. Aliqđ nomen nō ſignificat ad placitū. ergo diffinitio noīs nō eſt bona. Antecedēs ꝓbat̄ q̄druplicit̄. p̄mo. q̄a gemit⁹ infirmoꝝ

cũ reſolutiõe textꝰ ad itẽtionẽ ſcoti

eſt nomen.⁊ tamen nõ ſignificat ad placitũ.ſed naturaliter. Secũdo quia om̃is vox poteſt eſſe ſubiectũ enunciationis.vt patet de vocibus non ſignificatiuis.dicendo buf.eſt vox.ergo om̃is vox eſt nomen.⁊ tamen non om̃is vox ſignificat ad placitum. Tercio.q̃a ſi om̃e nomen ſignificaret ad placitũ nullus poſſet redargui q̃a poſſet q̃libet dicere ſe accepiſſe ad placitum terminos ſic vel ſic. Quarto.q̃a tunc hec ꝓpoſitio poſſet eſſe vera.deꝰ eſt dyabolus.⁊ vniuerſaliter om̃is ꝓpoſitio neceſſaria poſſet eſſe impoſſibilis.⁊ om̃is impoſſibilis neceſſaria.ſed hoc eſt manifeſte falſum. igitur.

Tercio arguit᷑. Alicuius nois aliqua pars eſt ſignificatiua.ergo diffinitio nois nõ cõuenit om̃i contento ſub diffinito. Antecedens probatur p̃mo.q̃a cuiuſlibet orationis aliqua pars eſt ſignificatiua.ſed quelibet oratio eſt nomẽ.cũ poſſit eſſe ſubiectũ alicuius enunciationis.ergo alicuius nois pars eſt ſignificatiua. Secundo patet de hoc noĩe dñs.⁊ de noibus compoſitis. patet etiã q̃a cuiuſlibet nois pars ſeipam ſignificat.ergo quelibet eſt ſignificatiua.

Quarto arguit᷑. Diffinitio nomĩs nõ cõuenit om̃ibus noibus ⁊ cõuenit aliq̃bus que nõ ſunt noĩa. ergo nõ eſt ſufficiens. Prima pars antecedẽtis patet. q̃a nõ cõuenit iſtis noibus nunq̃.dies.annus.cũ nõ ſignificent ſine tẽpore. Secũda pars antecedentis patet q̃a cõuenit pronoibus.noibus infinitis.obliq̃s ⁊ ſynkathegreumatibus cũ ſint voces ſignificatiue ad placitũ quarũ partes nihil ſignificant.

Quinto arguit᷑. In diffinitiõe verbi nõ ponunt᷑ aliqua que debent poni.⁊ ponunt᷑ aliqua que nõ debẽt poni ergo ip̃a nõ eſt bona. Prima pars antecedentis patet. q̃a ſicut nomen eſt vox.ita verbũ eſt vox.ergo ſicut i diffinitiõe nominis ponit᷑ hoc totũ vox ſignificatiua ad placitũ.ſic in diffinitione verbi debet poni. Secũda pars antecedentis patet p̃mo.q̃a in ea ponit᷑ tempus.qḋ eſt accidẽs verbi.ſed in diffinitiõe nullũ debet poni accidens. Secundo vt dicit᷑ in textu. Verba ſcḋm ſe dicta noĩa ſunt.ſed cõſignificare nõ eſt de diffinitiõe nois ergo etiã nõ debet poni in diffinitione verbi. Tercio q̃a verbũ poteſt abſolui a tempore.ergo poteſt nõ conſignificare tempus.

Sexto arguit᷑. Aliqḋ verbum nõ

eſt nota eorum que de altero dicunť. ergo in diffinitiõe verbi male ponit̃ ⁊ eſt nota eoꝝ que de altero dicunť. Antecedẽs ꝓbať quadruplicit̃. ꝑmo q̃a verba adiectiua dicunť de altero. vt patet dicẽdo ſocrates currit. ergo nõ ſunt iſte note eoꝝ que de altero dicunť. tenet cõſequẽtia. q̃a alias idem eſſet nota ſuꝑplus. Secũdo. q̃a aliq̃d verbũ eſt ſubiectũ enunctiatiõis. vt patet dicẽdo. Legere eſt bonũ. ergo nõ eſt nota p̃dicatiõis. Tercio q̃a hoc verbũ eſt ꝑ ſe ſumptũ nihil ſignificat. ergo ꝑ ſe ſumptũ nõ eſt nota p̃dicationis. Quarto. q̃a verba que nõ ponunť in oratiõe nõ ſunt nota p̃dicationis. ergo aliq̃d eſt verbũ q̃d nõ eſt nota eoꝝ que de altero dicunť.

## In oppoſitum arguiť auctoritate

philoſophi. ¶ Pro ſolutiõe queſtiõis ⁊ declaratiõe textus p̃cedentis ponunť alique difficultates.

## Prima difficultas. Utrũ om̃e nomen

ſit vox ſignificatiua ad placitũ. ¶ Pro cuius ſolutione ſupponitur ꝑmo ꝙ triplicit̃ eſt nomẽ· ſcilicet vocale. mentale ⁊ ſcriptũ. Nomẽ mentale eſt cõceptus aĩe rei naturalit̃ rep̃ſentatiuus. q̃ ꝑ ſe ſumptus natus eſt eſſe extremũ alicuius enunctiationis mentalis. Sed nomen vocale eſt vox kathegorica alicuius rei ad placitum repreſentatiua. que per ſe ⁊ ſignificatiue ſumpta poteſt eſſe ſubiectũ propoſitiõis vocalis. Nomẽ v̓o ſcriptũ eſt terminus cathegoricus in aliquo corpore deſcriptus q̃ per ſe ⁊ ſignificatiue ſumptus poteſt eſſe ſubiectũ propoſitionis ſcripte. Secundo ſupponitur ꝙ nomen ſcd̓m aliquos dicit̃ de iſtis tribus equoce. Patet. quia nõ eſt eadẽ ratio noĩs in his tribus. Ex quo ſequit̃ ꝙ iſte ꝓpoſitiões ſunt concedende. Om̃e nomen eſt vox. Om̃e nomen eſt ſcriptura. Om̃e nomẽ eſt cõceptus mentis· Patet. q̃a talia ſunt ſubiecta qualia permittunť ab eorum predicatis. ergo ſubiecta illarũ ꝓpoſitionũ ſupponunt ſcd̓m exigentiam predicatoꝝ. ¶ Et ſi arguatur ſic. Om̃e nomen eſt vox. Om̃e nomen eſt ſcriptuta. ergo ſcriptura eſt vox. Dicit̃ ꝙ ibi cõmittit̃ fallatia equiuocationis penes ſecundũ modũ. nam in maiori nomen tenetur preciſe ꝓ noĩe vocali. ⁊ in minori pro noĩe ſcripto. Aliȷ̃ dicunt ꝙ nomen dicit̃ vniuoce de illis tribus. ſcilicet analogice. q̃a pri⁹ dicit̃ de noĩe vocali q̃ȝ de aliȷs duobus. Patet. q̃a nomen dicit̃ ſcd̓m vnam ⁊ eandem rationem de eis. ſcilicet ſcd̓m iſtam rationem que eſt terminus incomplexus kathegoric⁹ aptus natus reddere ſuppoſitũ verbo perſonali. Ex quo ſequit̃ iſtas eſſe

falſas. Om̄e nomen eſt vox. Om̄e nomen eſt ſcriptura. Om̄e nomē eſt conceptus. Patet. q̄a cū ſubiectū illarū ꝓpoſitionū dicat̄ vniuoce de nomine mentali. vocali ⁊ ſcripto diſtribuit̄ vnica diſtributione pro om̄ibus iſtis. Dicunt aūt aliq̄ ꝙ nomen mentale ⁊ ſcriptū licet nō ſunt voces ſignificatiue ad placitū. tamē eis conuenit diffinitio nois. Probant. q̄a eis conueniunt alique partes poſite in illa diffinitione. ergo eis cōuenit tota diffinitio. capiendo totū cathegorice. Antecedēs eſt notū. ſed cōſequentia probatur. q̄a quādo aliqd̄ diffinitū eſt analogū. ergo ſua diffinitio eſt analoga. Ad hoc aūt ꝙ ſit bona ſufficit ꝙ conueniat ſcd̄m omnes partes ſuas p̄ncipaliori analogato. ⁊ aliis ſcd̄m aliquas partes. ſicut eſt hic. igitur. Ex inferunt ꝙ per diffinitionem nois diffinit̄ nomen in ſua tota cōmunitate ſcilicet prout dicit̄ de noīe vocali. mentali ⁊ ſcripto. Sed iſtud videtur eſſe voluntarium. ideo aliter dicit̄ ꝙ ſicut nomen mentale ⁊ ſcriptum nō ſunt voces ⁊ ſignificatiue ad placitum ſic eis nō cōuenit diffinitio nomīs. tum q̄a om̄is bona diffinitio debet cōuenire omni contento ſub diffinito. tum q̄a nomen mentale ⁊ ſcriptum non continet̄ ſub diffinito huius diffinitionis. Nam ſuum diffinitum eſt nomen vocale ¶ Tercio ſupponitur ꝙ nomen poteſt accipi dupliciter. Uno modo pro eo ꝙ per ſe ſignificat. ſcilicet pro quadam intentione ſecunda fundata in voce ſignificatiua cathegorica. Et iſto modo accipitur hic. ⁊ de ea predicatur vox vt fundamentum de relatione. Ex quo ſequitur ꝙ hic eſt predicatio fundamentalis. nomen eſt vox. Alio modo accipitur pro eo quod denominat. ſcilicet ꝓ ipſa voce incompleta cathegorica. cuiuſmodi ſunt iſte voces. lapis. equus. lignum. Et iſto modo de nomine non eſt conſignificatio niſi per accidens. ¶ Quarto ſupponitur ꝙ vox non dicitur ſignificatiua quia ſignificet ad placitum tuū vel meum. ſed quia ſignificat aliquid ad placitum alicuius tocius communitatis. vel alicuius habentis auctoritatem in aliqua tota comunitate. Differunt autem placitum ⁊ voluntas. quia placitum nō eſt niſi voluntas mota a re exteriori ad aliquid agendum vel proſequendum. Sed voluntas eſt ipſa potentia non mota a re exteriori. ſed agens vel proſequēs mere libere illud quod vult. ¶ Quinto ſupponitur ꝙ ſignificatiuum ⁊ potens ſignificare differunt ab inuicem. quia proprie illud dicitur ſignificatiuum quod ex impoſitione quā actu habet naturaliter eſt alicuius alterius a ſe tanq̄ ſui ſignificati formaliter ⁊ non obiectiue repreſentatiuum.

Dicit̄ aūt p̄mo ex impoſitione ꝓpter terminos vocales ⁊ ſcriptos. quoꝝ
impoſitio eſt eaꝝ natura. vt dicit petrus belie ſuper priſcianū. Dicit̄ ſecū-
do vel naturaliter ꝓpter terminos mentales. Dicit̄ tercio alicuius alteriꝰ.
a ſe ad differentiā vocū non ſignificatiuarū. aut licet rep̄ſentant ſeip̄as et
etiā ip̄m ꝓferentē. tamē nō dicunt̄ ſignificatiue ſignificatiōe. de qua eſt hic
ſermo. Dicit̄ quarto tanq̄ ſui ſignificati formalit̄ ⁊ nō obiectiue ad differē-
tiā rerū. que licet obiectiue ſignificent ſeipſas intellectui. nō tamen ſignifi-
cant formaliter ſeip̄as. Eſt aūt ſignificare obiectiue cōcurrere cum ip̄a co-
gnitiua ad cauſandū cōceptū in ip̄a potentia cognitiua. ⁊ q̄a oīs res cū
intellectu poteſt cōcurrere ad cauſandum cōceptū de ſe in intellectu. ideo
oīs res ſignificat ſeip̄am obiectiue. de iſta ſignificatione non eſt hic ſer-
mo. Sed ſignificare formalit̄ eſt rep̄ſentare potentie cognitiue ⁊ eā vitalit̄
immutando. ⁊ iſto modo cōceptus cauſatus de re in intellectu ſignificat
formalit̄ ip̄am rem. de iſta ſignificatiōe eſt hic ſermo. Sed illud dicitur po-
tēs ſignificare qđ ex impoſitione quā actu habet aut poteſt habere. aut ex
naturalitate ſua eſt alicuius alterius a ſe tanq̄ ſui ſignificati repreſentati-
uū. Et iſto modo voces nō ſignificatiue ſunt potentes ſignificare. patet.
q̄a poſſunt imponi ad ſignificādū. ergo poſſunt ſignificare. ¶ Sexto ſup-
ponitur ꝙ differentia eſt inter ſignificare tēpus ⁊ ſignificare cū tempore.
Patet. q̄a ſignificare tēpus eſt de ſignificato p̄ncipali ⁊ materiali impor-
tare tempus. ſicut faciūt hec noīa dies annus menſis. Sed ſignificare cū
tēpore eſt cū p̄ncipali ſignificato importare tēpus tanq̄ cōſignificatiuū.
⁊ hoc modo verba ⁊ participia ab eis deſcendentia ſignificant cū tēpore
Ex iſto patet quō differunt nō ſignificare tēpus. ⁊ ſignificare ſine tēpore.
Illud eī̄ dicit̄ nō ſignificare tēpus qđ de ſignificato ſuo p̄ncipali impor-
tat aliquā rem que nō eſt tempus. ſicut iſta noīa homo equus. Sed illud
dicit̄ ſignificare ſine tēpore qđ in p̄ncipali ſignificato non importat aliqđ
tempus tanq̄ conſignificatū. ¶ Septimo ſupponit̄ ꝙ partes noīs com-
poſiti poſſunt cōſiderari duplicit̄. Uno modo vt ſunt in noīe ſiue vt vni-
untur ad cōſtitutionē vnius noīs cōpoſiti. Secūdo vt ſunt extra nomen
⁊ hoc duplicit̄. Uno modo in oratiōe. Alio modo extra orationē. Ex his
duobus modis nō ſunt ꝓprie partes noīs cōpoſiti ſicut eſt pars ſocra-
tis ab eo ſeparata nō ꝓprie eſt pars. ¶ Octauo ſupponit̄ ꝙ partē nomis
cōpoſiti eſſe ſeparatā ab illa poteſt intelligi duplicit̄. Uno modo realiter
prout ſeparatū eſt idem qđ eſſe ſeparatū realit̄ ⁊ alteri nō eſſe realiter vni-
tum. Alio modo ſcđm intellectū prout idem eſt ſeparatū ꝙ eſſe ſeparatū

## cū reſolutiõe text⁹ ad itētionē ſcoti

eſt per intellectū. ⁊ hoc dupliciter. Uno modo ſic ꝙ intellectus intelligat eam eſſe realiter ſeparatā. Alio modo ꝙ intelligat eam ſeparatim ſcilicet non intelligendo aliam.

## His ſuppoſitis dicit̄ p̄mo ꝙ nō om

ne nomen eſt vox ſignificatiua. patet. q̄a nomen mentale ⁊ nomē ſcriptuꝫ ſunt noīa ⁊ tamen nō ſunt voces. igit̄ nō om̄e nomen eſt vox ſignificatiua. Et ſi querat̄ quare philoſophus hic ſolū diffinit nomen vocale. Reſpondetur ꝙ hoc eſt ideo. q̄a iſte liber ordinat̄ ad ſcientiā de ſylogiſmo. ſed logica eſt p̄ncipalius de ſylogiſmis vocalibus q̄ꝫ mentalibus aut ſcriptis eo ꝙ cōuenientius. p̄ncipalius. promptius ⁊ magis expedite poſſumus diſputare per ſylogiſmos vocales q̄ꝫ mētales ⁊ ſcriptos. Sed ſylogiſm⁹ vocalis componit̄ ex terminis vocalibus. ideo ſolū diffinit̄ nomen vocale. Et cōſimilit̄ dicendū eſt de verbo. Dicit̄ ſecūdo ꝙ licet nō omne nomē ſit ſignificatiuū ad placitū. tamē om̄e nomen hic diffinitum eſt ſignificatiuū ad placitū. Prima pars patet. q̄a nomen mentale qđ eſt ſimilitudo rei que nō eſt ſignū nō ſignificat ad placitū. ſed naturalit̄. igit̄. Secūda pars patet. q̄a om̄e nomē vocale eſt ſignificatiuū ratione impoſitionis ſibi facte a voluntate humana. Sed om̄e nomē hic diffinitū eſt nomen vocale. ergo om̄e nomē hic diffinitū eſt ſignificatiuū ad placitum. Dicit̄ tercio ꝙ om̄e nomen ſignificat ſine tēpore. patet. q̄a om̄e nomen illud ſignificat ſine tēpore qđ cū p̄ncipali ſignificato nō importat tēpus. ſed om̄e nomē eſt huiuſmodi. igit̄. Et ſi dicat̄. om̄e nomen coexiſtit tempori. ergo omne nomen ſignificat cū tēpore ⁊ p̄ cōſequēs nullū nomen ſignificat ſine tēpore. Dicit̄ ad hoc ꝙ ſignificare ſine tēpore in ꝓpoſito nō eſt aliq̄d rep̄ſentare nō coexiſtendo tēpori vel nō exiſtēdo in tēpore. Sed eſt idem ꝙ ſignificare aliq̄d nō cōſignificando id eſſe vel fieri in tēpore. licet ergo noīa nō ſint ſine tēpore. tamen ſignificant ſine tēpore. Dicit̄ quarto ꝙ cuiuſlibet noīs cōpoſiti aliqua pars alteri nō vnita dictionalit̄ eſt ſignificatiua. vt patet de hac dictione ferus. ſimilit̄ pars alteri orationalit̄ vnita. vt patet in hac oratione equus ferus. Dicit̄ q̄nto ꝙ nullius noīs cōpoſiti pars alteri dictionaliter vnita. ⁊ ab ea ſeparata. id eſt ſeparatim intellecta eſt ſignificatiua. Ex quo ſequit̄ ꝙ nullius noīs pars alteri dictionaliter vnita ⁊ ſeparatim intellecta eſt ſignificatiua. Et hoc voluit philoſophus dicere in textu.

## Secūda difficultas Utrum noīa

obliqua.noīa infinita.noīa adiectiua adiectiue tenta.noīa vocatiui caſus
⁊ pronoīa p̄mitiue ſpeciei ſunt noīa apud logicū. ¶ Pro cuius ſolutione
ſupponit̄ p̄mo q̄ nomen accipit̄ tripliciter. Uno modo generaliter pro
om̄i illo q̄d poteſt reddere ſuppoſitū verbo ꝑſonali modi finiti ſiue ſum-
matur ſignificatiue ſiue materialiter. Et hoc modo quelibet vox mūdi po
teſt dici nomen. Alio modo accipit̄ ſpecialit̄ pro om̄i illo q̄d ſignificatiue
ſumptū poteſt reddere ſuppoſitū verbo cuiuſcūq; modi aut temporis
ſit. Tercio modo ſpecialiſſime pro voce ſignificatiua recta ⁊ finita que ſi-
gnificatiue capta poteſt reddere ſuppoſitū verbo perſonali preſentis tē-
poris indicatiui modi. Et iſto modo accipit̄ nomen apud logicū. Secū-
do ſupponit̄ q̄ duplices ſunt ꝓpoſitiões cathegorice. quedā ſunt moda-
les. alie ſunt de ineſſe. Propoſitiones de ineſſe adhuc ſunt duplices. que-
dam ſunt de verbo perſonali. ⁊ ī iſtis reperit̄ duplex ſubiectū. diſtributio
nis ⁊ ſubiectū enunctiationis. Subiectū diſtributiōis eſt termin⁹ diſtri-
butus in propoſitione poſitus ante coplā. Subiectū enunctiationis eſt
illud de quo enunciat̄ p̄dicatū. vt in iſta ꝓpoſitiōe. cuiuſlibet hoīs aſinus
currit. ly hoīs eſt ſubiectum diſtributionis. Sed ly aſinus eſt ſubiectum
enunctiationis. Et iſto modo eſt hic ſermo. ¶ Tercio ſupponitur q̄ no-
men infinitū in propoſito dicit̄ eſſe aggregatum ex noīe finito ⁊ negatio-
ne infinitāte negante compoſitionē intrinſecam ipſius noīs finiti. que eſt
qualitatis cū ſubſtantia. Et diffinit̄ ſic nomen infinitū eſt cuius priuata
eſt certa ⁊ determinata qualitas remanente ſubſtantia infinita. Differunt
autē nomen infinitū ⁊ nomen infinitatū duplicit̄. Primo q̄a nomen infi-
nitatum eſt illud cui addit̄ negatio infinitans. Sed nomen infinitum eſt
aggregatū ex noīe infinitato ⁊ negatione infinitante. Differunt etiam in ſi
gnificatione. q̄a nomen infinitū ſignificat negatiue om̄e illud q̄d termin⁹
infinitus ſignificabat poſitiue. Et poſitiue ſignificat om̄e illud q̄d nō ſigni
ficat terminus infinitat⁹ ⁊ ſupponit pro eis. Ex quo infert̄ q̄ eſt tranſcen
dens quo ad ſignificationē. ſed nō quo ad ſuppoſitionē. ſignificat em̄ om
ne ens mundi. vt nō homo ratione huius termini homo ſignificat om-
nes hoīes. ⁊ q̄a ſupponit pro om̄ib⁹ alijs ab hoīe. ideo etiā ip̄a ſignificat
Aliit̄ tamen poſſet dici q̄ nomē infinitū nō eſt tranſcendēs patet. q̄a con
ceptus aggregatus ex tranſcendēte ⁊ negatiōe alicuius q̄d poteſt eſſe tran
ſcendens vel nō tranſcendens nō eſt tranſcendens. ſed conceptus nomi-
nis infiniti eſt huiuſmodi. igitur. Minor patet. q̄a in cōceptu cuiuſlibet
nominis infiniti includitur ens ⁊ negatio alicuius alterius. vt dicēdo nō

homo. quod idem eſt ſicut ens nō habens humanitatem. Ex quo ſequitꝫ ꝙ nomen infinitum nec debet proprie dici tranſcendens nec predicamentale. patet. q̄a cuiuſlibet tranſcendētis ⁊ etiam predicamentalis cōceptus eſt ſimplex ⁊ incōplexus. ſed conceptus nois infiniti nō eſt ſimplex nec incomplexus. ergo nomē infinitū nō eſt tranſcendens nec ꝑdicamētale. De conditionib' reqſitis ad hoc quod aliquod nomē poſſet infinitari dictum eſt in ſumulis. ¶ Quarto ſupponitur ꝙ nomen adiectiuum dupliciter poteſt accipi. Uno modo pure adiectiue poteſt accipi. Et illo modo preciſe ſignificat formam ⁊ non ſubiectum. ⁊ illo modo accipit philoſophus in ꝑdicamentis. vbi dicit ꝙ albū nihil aliud ſignificat q̄ꝫ qualitatē Et purphirius quando dicit aſinū eſſe ſpeciē coloris. Differt autem adiectiuū adiectiue tentū a noīe ſubſtantiuo abſtracto eius. q̄a nomen adiectiuū adiectiue tentū ſignificat formā per modū adiacentis ſuo ſubiecto. ſed abſtractū eius ſignificat illā formā per modū per ſe ſtantis. ⁊ nō per modū alteri adiacentis. Alio modo poteſt accipi ſignificatiue ⁊ in neutro genere. ⁊ illo modo adiectiuū ſignificat mediāte vno conceptu incōplexo ⁊ confuſe formā ⁊ ſubiectū vt dicunt aliq. ſed vt alias dictum eſt dicitꝫ ꝙ ſignificat per ſe formam ⁊ cōſignificat ſiue connotat ſubiectū ipſius forme ratione cuius conſignificati poteſt ſupponere verbo perſonali preſentis temporis modi finiti. ¶ Quinto ſupponitꝫ ꝙ pronomina primitiua poſſunt accipi dupliciter. Uno modo pure pronominaliter. videlicet prout eis ꝑciſſe correſpōdet ꝯcept' determinatiu'. ⁊ iſto mō ꝓnomia ſcdm priſcianū ſunt caſſa ⁊ vana. q̄a nihil determinatū ſignificant. Ex quo ſequitur ꝙ ſyncathegreumata alio modo accipiuntꝫ nō pure pronomialiter. ſed ꝓut dant faciliter intelligi rem determinatā mediante actu determinatiuo. ⁊ iſto modo pronomia ꝑmitiua aliqd determinatum ſignificant. ¶ Que ſint noīa vocatiua ſatis ſupponitur ex grammatica.

# His ſuppoſitis dicitꝫ ꝑmo ꝙ nomē

obliquū oblique tentū nō eſt nomē apud logicū. patet. q̄a ſolū eſt nomē apud logicū qđ ſubſtātiue acceptū poteſt eſſe ſubiectū ꝓpoſitiōis cathegorice de ineſſe ⁊ de verbo pſonali pſentis tēporis īdicatiui modi. ſed nomē obliquū nō poteſt eſſe ſubiectū talis ꝓpoſitiōis. igitꝫ nō eſt nomē apđ logicū. Ex q̄ ſequitꝫ ꝙ licet nomē obliquū ſit ſubiectū diſtributiōis alicuiꝰ ꝓpoſitiōis cathegorice de vbo pſonali. ⁊ etiā ſubiectū ꝓpoſitiōis cathegorice de vbo impſonali. vt patet dicēdo. regꝪ intereſt pugnare. tñ hoc nō ſufficit ad h ꝙ ſit nomē ſm logicū.

Sed contra hoc ſic obijcit̃ p̃mo q̃a rectus ⁊ ſuus obliquus ſunt ſynoni-
ma. ſed rectus eſt nomẽ apud logicũ. ergo ⁊ obliqu⁹. Secũdo. q̃a illud eſt
nomen apud logicũ qđ poteſt eſſe totale extremũ ꝓpoſitiõis cathegori-
ce de ineſſe ⁊ de verbo perſonali p̃ſentis tẽporis indicatiui modi. ſed ob-
liquus eſt huiuſmodi. vt patet dicendo. azinus eſt regis. ibi regis eſt to-
tale predicatũ. ⁊ ſi cõuertat̃ fiat totale ſubiectũ. igit̃. Ad p̃mũ iſtorũ dicitur
ꝙ licet rectus ⁊ obliquus ſint ſynonimi in ſignificato tamẽ nõ ſunt ſyno-
mi in modo ſignificandi. ideo bene ſtat rectũ eſſe nomen ⁊ nõ obliquum
Ad ſcd̃m dicit̃ negando minorẽ. Et ad ꝓbationẽ dicit̃ ꝙ ille genitiu⁹ re-
gis nõ eſt totale p̃dicatũ. q̃a ibi ſubintelligit̃ aliq̃s rectus. vt puta ens vel
poſſeſſio. Et ſi dicat̃ ꝙ ille genitius nõ regit̃ ab illo verbo eſt. qđ eſt ↄtra
alexandrũ. Dico ꝙ grãmaticus vt in pluribus refert regimina vocum ad
voces expreſſe poſitas. ideo habet dicere ꝙ ille genitiuus regis regit̃ ab
iſta voce verbali eſt ibidẽ expreſſa. Sed logicus q̃ eſt inq̃ſitor veritatis re-
fert regimina vocũ ad conceptus ⁊ nõ ad ip̃as voces. Ideo logicus ha-
bet dicere ꝙ iſte genitiuus regis regit̃ ab iſto noĩe ens vel poſſeſſio ſubin-
tellecto. Dicit̃ ſecũdo ꝙ nomẽ infinitũ nõ eſt nomen ſcd̃m logicũ. patet
per philoſophũ in textu q̃ excludit ip̃m a diffinitiõe nois. Sed cõtra hoc
obijcitur. q̃a philoſophus ſecũdo huius docet multiplicare ꝓpoſitiões
variando ſubiectũ ⁊ predicatũ penes finitũ ⁊ infinitum. qđ nõ feciſſet niſi
noĩa infinita eſſent noĩa. Secũdo. q̃a in eodẽ oſtendit qualit̃ ab affirmati-
ua de p̃dicato finito ad negatiuã de p̃dicato infinito valet cõſequẽtia. qđ
etiã nõ feciſſet niſi noĩa infinita eſſet noĩa. ¶ Pro ſolutiõe horũ intelligen-
dum eſt ꝙ ſicut nomẽ poteſt accipi multipliciter. ita etiã ⁊ ꝓpoſitio. Vno
modo accipit̃ ꝓpoſitio pro om̃i oratiõe ſignificatiua qualit̃cũq̃ȝ veri vel
falſi. Et iſto modo ꝓpoſitio poteſt cõponi ex noĩbus ĩfinitis ⁊ verbis ob-
liq̃s ⁊ etiã ex noĩbus obliq̃s. Et ſic accipit philoſophus ſecundo huius.
vbi docuit multiplicare ꝓpoſitiões penes extremũ finitũ ⁊ infinitũ. Alio
modo accipit̃ ꝓpoſitio ſpecialit̃ pro oratiõe ſigeificatiua ꝑ ſe ⁊ det̃minate
veri vel falſi. ⁊ iſto modo nec nomina infinita nec obliqua cõponũt pro-
poſitionẽ. ⁊ iſto modo dicit̃ ad p̃dictas obiectiões. ꝙ licet noĩa infinita
ſint partes ꝓpoſitiõis p̃mo modo dicte. tamẽ ex hoc nõ ſequit̃ ꝙ ſint no-
mina apud logicũ. patet. q̃a logicus ꝑ ſe ⁊ p̃ncipalit̃ ſolũ cõſiderat ꝓpoſi-
tionẽ ſecũdo modo captã. Sed noĩa infinita nõ poſſunt eſſe partes talis
ꝓpoſitiõis. igit̃. Dicit̃ tercio ꝙ licet noĩa adiectiua adiectiue tenta poſſint
eſſe predicata alicuius propoſitionis cathegorice de ineſſe ⁊ de preſenti.

tamen nō ſunt nomina apud logicū. patet. q̄a ſolū illud nomē qđ poteſt per ſe ſubici verbo perſonali finiti modi eſt nomen apud logicū. Sed nomen adiectiuū adiectiue tentū nō poteſt per ſe ſubici verbo perſonali finiti modi. igiť nō eſt nomen. Et ſi obÿciať poteſt per ſe predicari. vt patet dicendo. ſocrates eſt albus. ergo poteſt etiam per ſe ſubici. ⁊ per cōſeqns eſt nomen. Prima conſequentia patet. q̄a conuertendo propoſitionē in qua per ſe predicať fiet ſubiectū cōuertentis. Diciť ad hoc ꝙ cōuertendo illā propoſitionē oportebit intelligi vnū ſubiectū cū quo ſubÿcieť ipſum in cōuertente. Et ſi dicať. ergo nō erit debita cōuerſio. cū in conuerſione debeant manere idem termini nihil addendo vel remouendo. Diciť ad hoc ꝙ talis propoſitio in qua adiectiuū adiectiue tentū per ſe predicatur nō poteſt cōuerti conuerſione propriÿſſime dicta in qua maneant idem termini preciſe in conuertente ſicut in cōuerſa. Sed bene poteſt conuerti cōuerſione cōmuniter dicta. ¶ Ex iſtis infertur ꝙ participia pure participialiter accepta nō ſunt noīa apud logicū. patet. q̄a ſunt adiectiua adiectiue tenta. Secundo inferť ꝙ noīa adiectiua ſubſtantiuata. ⁊ etiam ſubſtantiue capta ſunt nomina apud logicū. patet. quia per ſe poſſunt ſubÿci verbo perſonali modi finiti. Dicitur quarto ꝙ licet nomina vocatiui caſus poſſunt ſubÿci ſecunde perſone verbi imparatiui modi. tamen non ſunt nomina apud logicum. Patet. q̄a ſolum illud eſt nomen apud logicum quod poteſt eſſe pars propoſitionis ſignificantis determinate verū vel falſum. ſed propoſitio in qua vocatiuus ſubicitur nō ſignificat determinate verum vel falſum. ergo vocatiuus nō eſt nomen. Diciť quinto ꝙ pronomina primitiue ſpeciei nō accepta pure ꝓnominaliter. ſed prout dant intelligere rem relatam aut determinatam ſunt nomina apud logicuꝫ. patet. quia poſſunt conſtituere orationem ſignificantem determinate verū vel falſum. ¶ Ex predictis patet ꝙ aliter logicus accipit nomen ⁊ aliť grāmaticus. Nam grammaticus diciť ſolū eſſe nomen cui conueniunt modi eſſentiales nominis. ſcilicet ſignificare ſubſtantiam cum qualitate. ſed logicus dicit illud nomen eſſe quod poteſt eſſe ſubiectum propoſitionis cathegorice de ineſſe ⁊ de verbo preſentis temporis indicatiui modi. ſiue illud habeat modos ſignificandi eſſentiales nominis ſiue nō. Hec auteꝫ que dicta ſunt in hac difficultate valent ad ſoluendū ſimiles difficultates que poſſunt fieri de verbo.

## Tercia difficultas. Utrum verba

# Queſtões ī periarmenias ariſtot.

ſcd̄m ſe dicta ſunt noīa. ⁊ vtrū verbū poſſit abſolui a cōnotatione tempo ris. ¶ Pro ſolutione p̄me partis ſupponit̄ ꝙ verbū poteſt dupliciť cōſi derari. Vno modo vt eſt pars orat[ō]is diſtincta cōtra nomen. ⁊ etiā vt diſtinguit̄ contra orationē. Et iſto modo nō cōuenit verbo eſſe notā eo rum que de altero dicunt̄. Alio modo poteſt cōſiderari verbū per habitu dinem ad enunctiationem. videlicet vt diſtinguit̄ cōtra q̄ōlibet extremuz enunctiationis. ⁊ tunc ſibi conuenit eſſe notam extremoꝝ cōpoſitionis. Primo modo cōſiderat petrus hiſpanus verbū. ideo in ſua diffinitione nō poſuit illā particulā. ⁊ eſt ſemꝑ eoꝝ que de altero dicunt̄ nota. q̄a p̄mo conſiderat verbū ſcd̄m ſe vt ſcilicet diſtinguit̄ contra nomen ⁊ orationez ⁊ poſtea difinit nomen ⁊ verbū in ordine ad enunctiationem ſub nomīe ⁊ ſubiecti ⁊ p̄dicati. ſed ariſtoteles cōſiderat verbū ſecūdo modo videli cet in ordine ad enunctiationē. ⁊ vt diſtinguitur contra vtrūq₃ extremoꝝ enunctiationis. ideo habuit ponere in diffinitione verbi illam particulaz ⁊ eſt ſemper eorum que de altero dicunt̄ nota. que eſt quedaz proprietas cōſequēs verbū. vt eſt in enunctiatione. per quā ꝓprietatē diſtinguitur a quolibet extremo. ſcilicet a ſubiecto vel predicato materiali propoſitiōis

Hoc ſuppoſito dicit̄ ꝙ q̄a logicus p̄ncipaliter conſiderat verbū per habitudinē ad enunctiationem. ⁊ vt di ſtinguit̄ cōtra q̄ōlibet extremū ꝓpoſitionis huius ſcilicet v̄bi. ⁊ ſic ꝓpriuz officiū eſt eſſe notam compoſitionis. vel eſſe actū complexū extremorum Ideo dicit philoſophus ꝙ verba ſcd̄m ſe. id eſt ſolitarie dicta ſunt noīa hoc eſt ꝙ verba ſcd̄m ſe dicta q̄a nihil coplant ideo nō gerunt officiū ver bi. quod officiū eſt copulare extrema. q̄a tamen huiuſmodi verba ſic dicta ſcd̄m ſe repreſentant in intellectu conceptū ſimplicē rei verbaliter ſignifi cate. ⁊ nō repreſentat aliquā compoſitionē. ſicut neq₃ nomen q̄ð etiā ter minus repreſentat conceptū ſimplicē rei in intellectu ſine quacūq₃ cōpo ſitione. Pro tanto dicit ariſtoteles ꝙ verba ſcd̄m ſe ſunt noīa. id eſt ſimi lia noībus. ¶ Pro ſolutione ſecunde partis dicit̄ vno modo ꝙ verbum poteſt abſolui ab actuali cōnotatione tēporis. ſic ꝙ nullo modo conno tat tempus. neq₃ confuſe neq₃ determinate. nec in vniuerſali nec in parti culari. Probant p̄mo ſic. In quacūq₃ ꝓpoſitione termini habent ſuppo ſitionē naturalē in illa verbū abſoluit̄ a cōnotatione tēporis. Sed aliqua eſt ꝓpoſitio in qua termini habent ſuppoſitionē naturalē. ergo in aliqua ꝓpoſitione verbū poteſt abſolui a cōnotatiōe tēporis. Maior patet. q̄a

oppoſitū p̄dicati infert oppoſitū ſubiecti. videlicet ſi verbū nō abſoluit a
cōnotatione talis termini nō habēt ſuppoſitionem naturalē. ſed ſuppo
nunt ſcdm̄ exigentiū tēporis cōnotati ꝑ verbū. Minor ꝓbat̄ de ꝓpoſitio
nibus neceſſarijs. cuiuſmodi ſunt iſte. homo eſt animal. homo eſt riſibi
lis. ego intelligo roſam. ⁊ cōſimilibus. Scd̄o ſic. Quicūq; intellect⁹ poteſt
cōceptibus ſimplicibus om̄i tēpore nō cōcepto cōcipere. poteſt ⁊ illo cō
ceptu ſecluſo tēpore ꝯcipere. ſed intellectus cōcipit hoīem ⁊ animal om̄i
tēpore nō cōcepto. ergo poteſt illo ꝯceptu ꝯcipere vel intelligere. ſed hoc
nō eſt niſi mediante verbo nō cōnotāte tēpus. ergo verbū poteſt abſolui
a cōnotatione tēporis. ¶ Tercio ſic. ſi verbū nō poſſit abſolui a connota
tione tēporis ſequeret̄ ꝙ iſte ꝓpoſitiōes. deus eſt. mundus eſt. ⁊ ſi eſſent
formate ante mundi crationē fuiſſent falſe. cōſequēs eſt falſum. igit̄. conſe
ſequētia patet. qa ſenſus p̄me eſſet. deus eſt in tēpore p̄ſenti. ſed adhuc nō
erat tempus. igit̄. Quarto ſic. niſi verbum abſolueret̄ a cōnotatione tēpo
ris ſequeret̄ ꝙ iſte eſſent cōtingentes. homo eſt riſibilis. deus eſt. tonitru
us eſt ſonus factus in nubibus. triangulus habet tres angulos equales
duobus rectis. cōſequēs eſt falſum cū ſint ꝓpoſitiōes neceſſarie ⁊ indemō
ſtrabiles. igit̄ verbū poteſt abſolui a cōnotatiōe tēporis. Alit̄ dicit̄ ꝙ ver
bū nō poteſt om̄ino abſolui a cōnotatiōe tēporis ſic ꝙ nō cōnotat tem
pus nec cōfuſe nec det̄minate. nec ī vniuerſali nec in particulari. tamen po
teſt ſic abſolui a tēpore ꝙ nō importat p̄ciſe vnā differentiā tēporis ſed in
differenter cōnotat omnē differētiā tēporis. vt in ꝓpoſitiōibus neceſſarijs.
Ex quo ſequit̄ ꝙ ſenſus iſtius ꝓpoſitiōis. homo eſt animal. eſt iſte. ho
mo eſt vel fuit vel erit vel poteſt eſſe animal. ⁊ nō eſt iſte. homo ꝓ om̄i tē
pore p̄ſenti eſt animal. Secūdo ſequit̄ ꝙ verbū ſic abſolutū a cōnotatiōe
tēporis abſoluit̄ a ſuo effectu q̄ eſt facere ſtare terminū ſibi ſupponentē ꝓ
differētia illius tēporis quā cōnotat ſcdm̄ vſum loquēdi. vt in illa homo
eſt animal. ly eſt nō facit ſtare iſtū terminū homo pro hoībus p̄ſentibus
tm̄. Qꝫ aūt verbū nō poſſit om̄ino abſolui a connotatione temporis ꝓ
batur quadrupliciter. Primo ſic. qa verbū mentale eſt verbū ⁊ tamen nō
om̄ino abſoluit̄ a cōnotatione tēporis. cū naturaliter ſignificet ⁊ cōſigni
ficet igit̄ nullū verbū poteſt abſolui a cōnotatiōe tēporis. Secūdo ſic. ver
bū mētale poteſt abſolui a ꝯnotatōe tēporis. ergo nec vocale nec ſcriptū
tenet cōſequētia. qa ſunt ſynonima. Tercio ſic. Si verbū om̄ino abſoluere
tur a connotatione temporis ſequeret̄ ꝙ iſta verba eſt fuit erit erunt ſyno
nima. ꝯſeq̄ns eſt falſum igit̄. cōſeq̄ntia patet. qa nullū tēpus importaret̄
ꝑ vnū qd̄ nō importaret̄ ꝑ aliud.

Quarto ſic. Si verbū omnino abſolueret a connotatione tēporis ſequeret quod iſte propoſitiões eſſent cōcedēde. adā ꝑ tranſiuit preceptū dei. Antichriſtus predicat cōtra fidē dei. Chriſtus iudicat viuos ⁊ mortuos. cōſequēs eſt incōueniēs. igitur. cōſequētia patet. quia ille propoſitiões nō ſunt falſe. eo quod nō in quacūq; propoſitiōe cōueniūt in re ſignificata ꝑ tēpus verbi. Si aūt verbū abſolueret a cōnotatiōe tēporis ceſſaret illa cauſa falſitatis. igitur. Et confirmatur in propoſitione de eſt ſecūdo adiacente nō poteſt abſolui a cōnotatione tēporis. Et ſi querat ꝑ quod differt verbū abſolutū a cōnotatiōe tēporis tenendo primū modū aut ſecūdū modū a noie. Dico quod differt ꝑ hoc quod nomen nō eſt nota eorum que de altero dicunt. ſed verbū ſic abſolutū eſt nota eorum que de altero dicunt. Si querat vlterius. In quibus propoſitiōibus verbū abſoluit a cōnotatione tēporis. Dicit quod in propoſitionibus neceſſarijs de copla nō ampliata. Circa diffinitionē verbi poſſent moueri alique difficultates que ex precedentibus ſunt ſolute.

**Cōcluſio reſpōſalis.** Diffinitio nominis ⁊ verbi ſunt a philoſopho in textu precidenti ſufficienter aſſignate. Hec cōcluſio ſupponit tanq; probata ex dictis.

**Ad rationes ad oppoſitū.** Ad primā dicit cōcedēdo antecedēs ⁊ negando conſequentiā. quia philoſophus hic ſolū diffinit verbū vocale. Et cū dicit in ſecūda probatione quod noia plata a ſurdo in ſiluis nō ſunt voces ſignificatiue. dicit quod hoc eſt falſum. quia ſignificatiuū hic importat aptitudinē ⁊ nō actū. Ad terciā probationē dicit quod licet figmēta nihil ſint reale. tamē ſunt aliqua ymaginaria. ⁊ hoc ſufficit ad hoc quod poſſit per vocem ſignificari.

**Ad ſecundā dicit negando conſe**quentiam. loquendo de nomine vocali. Et ad primam probationem dicitur quod gemitus infirmorum eſt nomen. ⁊ ſignificat ad placitum. licet res per ipſa ſignificata ſignificet naturaliter. Ad ſecundā probationē dicitur quod nulla vox materialiter ſumpta eſt ſubiectum propoſitionis ſicut dictū eſt in ſuppoſitionibus. Ad terciam probationem patuit quid ſit dicendum ex quarta ſuppoſitione prime difficultatis. Ad quartam probationem dicitur negando antecedens. niſi fiat mutatio impoſitionis vocum

cũ reſolutiõe text⁹ ad itẽtionẽ ſcoti

## Ad terciã dicit̃ negãdo antecedẽs

Et ad p̃mã ꝓbationẽ dicit̃ ꝙ licet quelibet oratio ſit nomen. accipiendo nomen generaliter. nõ tamẽ accipiẽdo ſpecialiter. Ad ſcđam ꝓbationem dicit̃ ꝙ partes huius nois domin⁹ vt partes ſunt nõ ſunt ſignificatiue. ſicut dictũ eſt de partibus noĩm cõpoſitoꝝ. Et cũ dicit̃ vltra ꝙ q̃libet pars ſeipam ſignificat. Dicendum eſt ꝙ hoc eſt verũ de ſignificatione obiectiua. ſed nõ de ſignificatiõe formali. q̃a aliq̃d dicit̃ eſſe formalit̃ rep̃ſentatiuũ alicuius rei. vel ſubordinatũ ip̃i formali rep̃ſentatiuo. Partes aũt nomis nõ poſſunt ſic rep̃ſentare formalit̃. Ad quartã dicit̃ negando antecedens pro vtraqꝫ ſui parte. ⁊ ad om̃es ꝓpoſitiones patet q̃d ſit dicendũ ex predictis.

## Ad q̃ntã dicit̃ negãdo antecedens

pro vtraqꝫ ſui parte. Et ad p̃mã partẽ p̃me partis dicit̃ ꝙ ille particule ſatis intelligunt̃ ex diffinitione nois. Ad p̃mã ꝓbationẽ ſcđe partis dicit̃ ꝙ licet in diffinitiõe q̃ditatiua nõ debeat poni accidẽs. tamẽ in diffinitiõe deſcriptiua. cuiuſmodi eſt diffinitio verbi poteſt poni accidens. Et ſi dicatur ꝙ ſit q̃ditatiua. tunc poſſet dici ꝙ per illud accidẽs circũloquit̃ ꝓpria differentia verbi. Ad ſecundã ꝓbationẽ patuit ſolutio ſuperius. Ad terciam ſimiliter patuit ſolutio.

## Ad ſextã dicit̃ negãdo antecedẽs.

Ad p̃mã ꝓbationẽ ꝙ v̾ba adiectiua ratõe act⁹ ſpecialis dicũt̃ de altero. ⁊ ratione actus generalis ſunt note ſpecialis q̃ de altero dicit̃. ⁊ ſic non eſt incõueniens ip̃os ſcđm aliud ⁊ aliud dici de altero ⁊ eſſe notas ei⁹ q̃d dicitur de altero. Ad ſcđam ꝓbationẽ dicit̃ vno modo. vt cum dicit̃. legere eſt bonũ. ibi legere nõ eſt verbũ. ſed tranſit in vim nominis. Vel aliter poteſt dici ꝙ legere non eſt proprie ſubiectum illius propoſitionis. quia ſenſus illius propoſitionis eſt. legere eſt bonum. id eſt actus legendi eſt bonus. Ad terciam probationem dicitur vno modo ꝙ licet hoc verbum eſt per ſe ſumptum nihil ſignificet verũ vel falſum. tamen ſignificat aliq̃d incõplexũ. Et licet etiã ſcđm ſe nõ ſit actualis nota p̃dicationis. tamen eſt aptitudinalis nota. ⁊ tũc dicendũ eſt ꝙ textus loquit̃ int̃rogatiue. Nam ſi hoc verbũ eſt purũ dixeris tp̃m nihil eſt quaſi dicit ꝙ ſit. ꝯſignificat em̃ quandã cõpoſitionẽ quã nõ cõtingit diſtincte ſupple intelligere ſine extre

mis. Aliter dicit ꝙ philoſophus ponit ibi duas negatiões ſcilicet neqꝫ ⁊ nihil que equalent vni affirmationi. ⁊ ideo eſt ſenſus. neqꝫ hoc ſi hoc ipm̄ dixeris ipm̄ nihil eſt. id eſt nō nihil. ſed aliqd ſignificat. ſcilicet cōpoſitionem aptitudinalem p̄dicati cū ſubiecto. Alio modo dicit ꝙ licet hoc verbū eſt pure ſumptū nihil ſignificat. ſicut nec ſynkathegreumata. tamē eſt vox ſignificatiua. Nō em̄ ſequit nihil ſignificat ergo nō eſt vox ſignificatiua. Ad quartā ꝓbationē dicit ꝙ verba poſita extra orationē ſunt aptitudinaliter predicati cum ſubiecto.

# Oratio eſt vox ſignificatiua ⁊ cetera.

Iſtud eſt terciū capitulū p̄mi tractatus in quo philoſophus determinat de enunciatione ⁊ partibus eius tam eſſentialibus ꝙ̄ ſubiectiuis. Et diuidit in tres partes p̄ncipales. In p̄ma determinat de parte eſſentiali enūciationis que eſt oratio. Et p̄mo diffinit eā dicēs. Oratio eſt vox ſignificatiua cuius parciū eſt aliqd ſignificatiuū ſeparatim vt dictio. nō vt affirmatio. Secūdo ꝓbat vltima particulā vel partē. qa homo aliqd ſignificat vt dictio. ſed nō vt affirmatio. Sed ſi addat ſibi verbū. puta eſt vel nō eſt tūc erit affirmatio vel negatio. Et ſubdit ꝙ nō quelibet pars orationis ſignificat vt dictio. qa vna ſyllaba noīs nō ſignificat vt dictio. vt patet in iſto noīe ſorex. ſed eſt vox ſola. Verū tamē in duplicibus. id eſt cōpoſitis nominibus pars aliqd ſignificat. ſed nō ſcd̄m ſe. id eſt actu. videlicet prout eſt pars. vt dictū eſt in capitulo de noīe. Tercio probat ꝙ oratio ſignificet ad placitū. qa nō ſignificat ſicut inſtrumentū naturalr̄ ad aliqd deputatū. vel ſicut nomē ſignificat. id eſt ſicut inſtrumentū immediatū virtutis naturalis. In ſecunda parte tangit vnā diuiſionē oratiōis in enunciatiuā ⁊ nō enunciatiuā dicens ꝙ nō om̄is oratio eſt ennnciatiua. id eſt enunciatio in qua eſt verū vel falſum. Sed ꝙ nō om̄is oratio ſit enunciatiua. id ē enunctiatio ī qua verū vel falſum eſt. ꝓbat. qa oratio deꝓcatiua eſt oratio ⁊ tamen non eſt vera neqꝫ falſa. Ex quo ſequitur ꝙ orationes nō enunctiatiue cuiuſmodi eſt deꝓcaptiua ⁊ optatiua ⁊ ſic de alijs ſunt magis rethorice vel poetice ꝙ̄ logice. ſola aūt oratio enunctiatiua cuiuſmodi eſt indicatiua eſt logice cōſiderationis In tercia parte philoſophus ponit tres

# cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

nō eſt oppoſitio. ¶ Sed cōtra iſtud obijcitˀ q̄a cōmunitˀ logici ponunt co
platiuā affirmatiuā ⁊ coplatiuā negatiuā cōtradicere. ⁊ etiā copulatiuā ⁊
diſiunctiuā affirmatiuas de partibus cōtradicētibus. igitˀ in ypotheticis
eſt oppoſitio. Ad iſtud poteſt dici ꝙ dupliciˀ alique ꝓpoſitiōes dicūtˀ op
poni. Vno modo ſcd̄m formā q̄a eis cōuenit forma ꝓpoſitionū oppoſi
tarū. videlicet ꝙ vna ſit affirmatiua alia negatiua. ⁊ ꝙ ſint eiuſdē quātita
tis. aut diuerſe. ⁊ iſto modo ypothetice nō dicuntˀ opponi intˀ ſe. Alio mo
do ſcd̄m legem q̄a eis conuenit lex alicuius oppoſitiōis. videlicet ꝙ non
poſſunt ſimul eſſe vere. ſed poſſunt eſſe ſimul falſe. vel poſſunt ſimul eſſe ve
re. ſed nō poſſunt eſſe ſimul falſe. vel nec poſſunt eſſe ſimul vere nec ſimul
falſe. ⁊ iſto modo ypothetice poſſunt dici opponi. q̄a alique ypothetice
nō poſſunt eſſe ſimul vere nec ſimul falſe. ¶ Quinto ſupponitˀ ꝙ ad quālī
bet oppoſitionē req̄runtˀ alique cōditiōes ſpeciales. Et p̄mo ad oppoſiti
onē cōtrariā req̄runtˀ tres cōditiōes. Quaꝝ p̄ma eſt ꝙ vna ꝓpoſitionū cō
trariarū ſit vniuerſalis affirmatiua ⁊ alia vniuerſalis negatiua eiuſdē ſub
iecti ⁊ eiuſdē p̄dicati. Ex quo ſequitˀ ꝙ quāuis iſte due ꝓpoſitōes. oīs hō
currit. iſte homo nō currit habeāt legē cōtrariarū tn̄ nō ſunt cōtrarie. Se

cūda ꝯditio ꝙ qlibet ťmin⁹ diſtribuibilis nō diſtribut⁹ i vna diſtribuať ĭ
alia ⁊ nō ecōtra. Ex q̄ ſequiť ꝙ iſte nō ſunt cōtrarie saltē ſcdm formā. cuiuſ
libet hoīs oculus ē dext. nulli⁹ hoīs oculus ē dext. q̄a ĭ neutra ly oculus di
ſtribuiť. Tercia ꝯditio ꝙ ťmini nō teneanť magis vel min⁹ ample aut ſtri-
cte in vna q̄ȝ in alia. Ex q̄ ſequiť ꝙ iſte nō ſunt cōtrarie. oīs hō ē mulier. nul
lus hō ē mulier. Scđo ad ſubcōtrarias etiā tres ꝯditiōes reqrunť. Prima
eſt ꝙ vna eaꝝ ſit indefinita aut particularis affirmatiua. ⁊ alia indefinita
aut particularis negatiua. Scđa ꝙ ťmini in vtraqȝ earum teneantur eque
ample ⁊ eque ſtricte. Tercia ꝙ ꝑdicatū ĭ vna teneať vniuerſaliť ⁊ ĭ alia par
ticulariť. Ex quo ſequiť ꝙ iſte nō ſunt ſubcōtrarie ꝑm aliquos. hō aīal eſt.
hō aīal nō ē. Tercio ad hoc ꝙ aliq̄ ſint ꝯtradictorie qnqȝ reqrunť ꝯditōes
Prima ꝙ ſint oppoſite q̄litatis ⁊ oppoſite quātitatis eiuſdē ſubiecti ⁊ ꝑ
dicati. ⁊ hoc ſi ſint de ſubiecto cōmuni. q̄a ſi ſint de ſubiecto ſingulari ſuf-
ficit ꝙ ſint oppoſite q̄litatis eiuſdē ſubiecti ⁊ ꝑdicati. Scđa ꝯditio ꝙ qli-
bet ťmin⁹ diſtribuibilis nō diſtribut⁹ ĭ vna diſtribuať ĭ alia ⁊ ecōuerſo. niſi
ſi ſit deťminatio ťmini ſingularis. Qđ diciť ꝓpť iſtas Socrates vidēs aſi-
nū currit. ſocrates vidēs aſinū nō currit. In qb⁹ ly vidēs aſinū non diſtri
buiť ⁊ tamē eſt ťmin⁹ diſtribuibilis. Tercia cōditio ꝙ in vtraqȝ cōtradi-
ctoriarū termini teneanť vniuoce ⁊ nō equoce. eque ample ⁊ eque ſtricte.
Quarta cōditio quā ponunt aliq̄ eſt ꝙ ſi in ꝓpoſitione vniuerſali ťmin⁹
diſtribuiť in ordine ad aliū terminū ſupponētē cōfuſe tm̄ tunc ille termi-
nus diſtributus in particulari vel indefinita ſibi contradicente debet ſta
re determinate ⁊ nō cōfuſe tm̄. Verbi gratia. datis iſtis duabus. omnis
homo eſt animal. ⁊ homo nō eſt animal. ſi in indefinita homo ſtaret cō-
fuſe tm̄ eſſent ſimul vere. q̄a indefinita eſſet vera. qđ patet. q̄a bene ſequiť.
om̄e animal homo nō eſt. ergo homo nō eſt animal. q̄a vtrobiqȝ termi-
ni ſupponunt eodē modo. Quinta conditio ꝙ ſi in propoſitione vniuer
ſali nō diſtribuať terminus. ⁊ diſtribuať in ordine ad aliū terminū ſuppo
nentem determinate tūc talis terminus diſtributus in vniuerſali. parti-
culari vel indefinita ſibi cōtradicente debet ſtare confuſe tm̄ ⁊ nō determi
nate. Ex quo ſequiť ꝙ iſte nō cōtradicunt. Caput habet om̄is homo. ali-
quis homo nō habet caput. q̄a in ꝑma ly homo diſtribuiť in ordine ad
hūc terminū caput ſupponentē determinate. ergo eſt cōtradictoria. de-
bet ſtare confuſe tm̄ ⁊ non determinate contradictoria huius. igitur ca-
put habet om̄is homo eſt iſta. om̄e caput homo nō habet. De iſtis alia
dicta ſunt in ſumulis. ⁊ de conditionibus requiſitis ad ſubalternas.

His ſuppoſitis dicit̃ q̧ diffinitio
oppoſitiõis data a philoſopho ſub noie cõtradictiõis ⁊ diuiſio eiuſdem
ſunt ſufficient̃ aſſignate patet per ea que dicta ſunt.

Secũda difficultas Utrũ due con
trarie poſſunt eſſe ſimul vere. ¶ Pro cuius ſolutiõe ſupponit̃ p̄mo q̧ du
plices ſunt ꝓpoſitiões cõtradictorie. Quedã ſunt cõtradictorie ſibĳnui-
cem cõtradicẽtes. vt ſunt iſte. ſocrates currit. ſocrates nõ currit. Alie ſunt
cõtradictorie nõ ſibĳnuicẽ. ſed qbuſdã alĳs cõtradicẽtes. cuiuſmodi ſunt
iſte due. Socrates currit. plato diſputat. que nõ cõtradicũt inter ſe. ſed cõ
tradicũt iſtis. ſocrates nõ cutrit. plato nõ diſputat. ¶ Secũdo ſupponit̃
q̧ cõtradictorias poſſe ſimul eſſe veras poteſt intelligi duplicit̃. Uno mo
do ſ̃m q̧ ly ſimul det̃minat hoc verbũ poſſe. ita q̧ p̱ ꝓpoſitionẽ denotet̃
q̧ cõtradictorĳs ſimul inſit poſſibilitas eſſendi veras. Alio modo ſcd̃m
q̧ ly ſimul det̃minat hoc verbũ eſſe. ita q̧ p̱ ꝓpoſitionẽ denotet̃ q̧ cõtra-
dictorĳs ineſt poſſibilitas eſſendi ſimul veras. ¶ Tercio ſupponit̃ q̧ cõ-
tradictorie ſibĳnuicẽ cõtradicentes adhuc poſſunt duplicit̃ conſiderari
Uno modo in ſenſu in quo cõtradicũt. Alio modo in ſenſu in quo nõ cõ
tradicũt. Uerbi gratia. Iſte due. Socrates eſt animal. nõ ſocrates eſt ani
mal. Unde ſecũda poteſt cõſiderari inquãtũ eſt affirmatiua de ſubiecto i
finito. ⁊ ſic nõ cõtradicit p̄me. Alio mõ inquãtũ eſt negatiua de ſubiecto
finito ⁊ ſic contradicit prime.

His ſuppoſitis dicit̃ p̄mo q̧ cõtra
dictorie nõ ſibĳnuicẽ cõtradicẽtes poſſunt ſimul eſſe vere. ſiue ſimul deter
miat hoc verbũ poſſunt ſiue hoc verbũ eſſe. Et etiã poſſunt ſimul eſſe fal-
ſe. patet. q̄a tales ꝓpoſitiões nõ habẽt aliquã repugnantiã inter ſe ſcd̃m ve
ritatẽ aut falſitatẽ. igit̃ poſſunt ſimul eſſe vere aut ſimul eſſe f. lſe. Dicit̃ ſecũ
do q̧ alique cõtradictorie nõ ſibĳnuicẽ cõtradicentes nunq̃ poſſunt ſi-
mul eſſe vere aut ſimul falſe. Patet de iſtis duabus. Omĩs homo eſt ani-
mal. omĩs equus eſt aſinus. Q̄ nunq̃ poſſunt ſimul eſſe vere patet. quia
vna earũ nunq̃ poteſt eſſe vera. Et q̧ nõ poſſint ſimul eſſe falſe patet. q̄a
vna eaꝝ nõ poteſt eſſe falſa. igr̃. Dicit̃ t̃cio q̧ ꝯtradictorie ſibĳnuicẽ ꝯtra-
dicẽtes i ſenſu i q̊ ꝯtradicũt doſſut ſimul eſſe vere aut ſimul eſſe falſe. ꝓut
ly ſimul det̃minat hoc v̾bũ poſſunt. patet. q̄a demõſtrat̾ iſt̾ duabꝰ. ſocra
tes currit. ſocrates nõ currit iſte poſſunt ſil̾ eſſe vere ⁊ ſũt ꝯtradictorie ſibi
inuicẽ ꝯtradicẽtes. g̊ ꝯtradictorie ſibĳnuicẽ ꝯtradicẽtes poſſũt ſil̾ eſſe vere

Maior patet.qa vtraqꝫ iſtarū poteſt eſſe vera. quia vtraqꝫ forte erit vera
vna prius ⁊ reliqua poſterius.⁊ nō eſſet poſſibile ꝙ ambo in futuro debe
rent eſſe vere.nō ambo pro nunc poſſent eſſe vere.igit̄ ſequit̄ ꝙ ambo ꝓ
eodē tēpore poſſunt ſimul eſſe vere.Dicit̄ quarto ꝙ cōtradictorie ſibijnui
cem cōtradicētes in ſenſu in quo nō cōtradicunt poſſunt eſſe ſimul vere.
ꝓut ly ſimul determinat hoc verbū eſſe.patet.qa tales ꝓpoſitiones in illo
ſenſu nō habent repugnantiā ſcđm veritatē ⁊ falſitatē.vt patet de iſtis. ſo
crates eſt animal.nō ſocrates eſt animal.prout eſt de ſubiecto infinito Di
citur qnto ꝙ cōtradictorie ſibijuuicē cōtradicētes in ſenſu in quo contra
dicunt nunqꝫ poſſunt eſſe ſimul vere prout ly ſimul determinat hoc v̾bū
eſſe.Probat̄ pͥmo ꝑ philoſophū in textu.Secūdo.qa alias falſificaret̄ pri
mū pͥncipiū qđ eſt iſtud.Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe ⁊ nō eſſe.qđ vide
tur eſſe incōueniens.Circa aūt il lud qđ philoſophus dicit ꝙ alique ſub-
contrarie cōtrariant̄ quantū ad rem ſignificatā oritur dubiū vtrū in mate
ria naturali ⁊ remota particularis equaleat vniuerſali. Ad qđ dicit̄ pͥmo
qđ particnlaris ⁊ vniuerſalis in materia naturali nō equipollent quantū
ad ꝓprietates totius ꝓpoſitionis.aut extremoꝝ ꝓpoſitionis patet pͥmo
qa particularis alicui ſubcōtrariat̄.⁊ vniuerſalis nulli cōtrariat̄.Similiter
vniuerſalis alicui cōtrariat̄.⁊ particularis nulli cōtrariat̄.Secūdo patet.
qa ſubiectū vniuerſalis ſupponit cōfuſe ⁊ diſtributiue.⁊ ſubiectū particu
laris ſupponit determinate.Similiter dicendū eſt in materia remota.Di-
citur ſecūdo ꝙ in ꝓpoſitionibus in qbus eſt p̄dicatio ordinata ⁊ directa
que ſunt in materia naturali aut remota particularis equalet vniuerſali q
ad eſſe verum vel falſum.patet.qa in omī tali particuli affirmatiua de ma-
teria naturali eſt dicī de omī poſterioriſticū.ſed omī tali poteſt addi ſignū
vniuerſale manente eadē veritate.igit̄ ipa equalet illi de ſigno vniuerſali.
Et ſi arguat̄ qa ꝓpoſitiōes equalētes inferunt ſe formalit̄ ſeu in formali cō
ſequētia.ſed particularis nunqꝫ infert formalit̄ vniuerſalē qa ſi ſic omnis
particularis inferret ſuā vniuerſalē.qđ tamen eſt falſum.vt patet in mate-
ria contingenti.igit̄.Ad iſtud dicit̄ ꝙ alique ꝓpoſitiōes dupliciꝰ dicuntur
equalere.Vno modo in ſignificando.qa ſignificant idem ⁊ repreſentant
intellectui idem.⁊ iſto modo particularis ⁊ vniuerſalis nunqꝫ equalent.
Alio modo in cōſequēdo.Et hoc dupliciꝰ.Vno modo in cōſequēdo for
maliter.qa vna formali cōſequētia ſequit̄ ad aliā.⁊ iſto modo particularis
etiā nunqꝫ equalet vniuerſali.Alio modo materialit̄.qa vna cōſequentia
materiali ſequit̄ ad aliā.nō virtute habitudinis totius propoſitionis ad
totā ꝓpoſitionē.Sed virtute habitudinis terminoꝝ poſitoꝝ in ipis ꝓpo

ſitiōibus ratione cuius habitudinis ſicut vna ꝓpoſitio eſt vera ita ⁊ alia eſt vera. vel ſicut vna eſt falſa ita etiā alia eſt falſa. Et iſto modo particularis ⁊ vniuerſalis in materia naturali ⁊ remota poſſunt equiualere.

## Tercia difficultas. Utrum ſit aliqua ꝓpoſitio in q̄ predicet̄ vniuerſale vniuerſalit̄ ſumptū. ⁊ vtrū talis poſſit eſſe vera.

¶ Pro cuius ſolutiōe ſupponit̄ p̄mo ꝙ p̄dicari terminū vniuerſalē vniuerſalit̄ ſumptū nō eſt aliud q̄ꝫ p̄dicari t̄minū cōmunē ſupponentē cōfuſe ⁊ diſtributiue. Ex quo ſequit̄ ꝙ p̄dicari t̄minū vniuerſalem vniuerſalit̄ ſumptū nō eſt p̄dicari aggregatū ex termino cōmuni ⁊ ſigno vniuerſali ſicut aliq̄ ymaginant̄. patet. q̄a aggregatū ex t̄mino cōmuni et ſigno vniuerſali nō eſt vniuerſale ergo p̄dicari vniuerſale vniuerſalit̄ ſumptū nō eſt p̄dicari aggregatū ex t̄mino cōmuni ⁊ ſigno vniuerſali. Antecedens patet. q̄a v̄le eſt incōplexū. ¶ Secūdo ſupponit̄ ꝙ vniuerſaliū q̄daꝫ habent plura ſuppoſita vt homo animal. ⁊ queдā nō habēt niſi vnū ſuppoſitū. vt mūdus ſol ⁊ luna. ¶ Tercio ſupponit̄ ꝙ ꝓpoſitionū quedā ſūt affirmatiue ⁊ quedam ſunt negatiue.

## His ſuppoſitis dicit̄ p̄mo ꝙ aliqua

ꝓpoſitio dicit̄ vera in qua p̄dicat̄ t̄min⁹ cōmunis cū ſigno vniuerſali. patet p̄mo. q̄a hec eſt vera. ſocrates nō eſt om̄e animal. ⁊ tamē in ea p̄dicat̄ termin⁹ cōmunis ſumpt⁹ cū ſigno vniuerſali. igit̄. Secūdo patet de iſta. oēs apoſtoli dei ſunt oēs apoſtoli dei. Nā in ea p̄dicat̄ t̄min⁹ cōmunis cū ſigno vniuerſali ſumpt⁹. licet collectiue accepto. ⁊ tamē eſt vera. igitur. Dicit̄ ſecūdo ꝙ aliqua ꝓpoſitio negatiua eſt vera in qua p̄dicat̄ vniuerſale vniuerſalit̄ ſumptū. Probat̄. q̄a hec eſt vera. homo nō eſt aſin⁹. ⁊ tamē in ea p̄dicat̄ vniuerſale vniuerſalit̄ ſumptū. videlicet t̄min⁹ cōmunis ſuppones cōfuſe ⁊ diſtributiue. igit̄ aliqua ꝓpoſitio eſt vera in qua p̄dicatur vniuerſale vniuerſalit̄ ſumptū. Dicit̄ tercio ꝙ quādo p̄dicatū eſt t̄min⁹ cōmunis habēs ſolū vnū ſuppoſitū ⁊ ſumpt⁹ vniuerſalit̄ aliqua affirmatiua eſt vera in qua p̄dicat̄ vniuerſale vniuerſalit̄ ſumptū. patet. q̄a iſte ſunt vere. oīs ſol eſt oīs ſol. oīs luna eſt oīs luna. ⁊ tamē in eis p̄dicat̄ vniuerſale vniuerſalit̄ ſumptū vt notū eſt. igit̄. Dicit̄ quarto ꝙ quādo p̄dicatū ē termin⁹ cōis habēs plura ſuppoſita nulla affirmatiua eſt vera in qua p̄dicat̄ vniuerſale vniuerſalit̄ ſumptū. ꝓbat̄. q̄a nulla res eſt plures res. ſꝫ ꝑ talē ꝓpoſitionē ſemꝑ deſignat̄ ꝙ vna res ē plures res. vt patet dicēdo. homo ē om̄e aial. vbi denotat̄ ꝙ aliq̄s particularis hō ſit iſtud aial ⁊ illud aial. ⁊ ſic de aliīs. igit̄ nulla talis ꝓpoſitio ē vera. ⁊ ſic itelligit ph̄us q̄n dicit ꝙ nulla

affirmatio erit vera ĩ qua p̃dicat̃ vniuerſale vniuerſalit̃ ſumptũ. Ex p̃dictis patet ꝙ aliqua eſt ꝓpoſitio in qua p̃dicat̃ vniuerſale vniuerſalit̃ ſumptũ. ⁊ tamẽ t̃min' cõis nõ ponit̃ cũ ſigno vniuerſali. Et iſtõ adhuc poteſt ꝓbari dupliciẽ. Primo. q̃a ĩ iſta ꝓpoſitiõe. oĩs hõ eſt ipſemet p̃dicat̃ vniuerſale vniuerſalit̃ ſumptũ. cũ ſm oẽs logicos p̃dicatũ ſupponat cõfuſe ⁊ diſtributiue. igit̃. Scḋo. q̃a ĩ iſta ꝓpoſitõe tm̃ aĩal ẽ homo p̃dicatũ ſupponit cõfuſe ⁊ diſtrubutiue cũ ſit p̃dicatũ ꝓpoſitiõis excluſiue que infert vnã vniuerſalẽ de terminis tranſpoſitis. igitur.

## Quarta difficultas. Utrũ vni' affirmatiõis ſit vna negatio oppoſita. ⁊ vtrũ iſte equaleãt. nõ eſt hõ alb'. ⁊ nemo eſt alb'.

Pro ſolutõe p̃me partꝪ dr̃ vno mõ ꝙ ſic. loq̃ndo de oppoſitiõe cõtradictoria. ita ꝙ ſit ſenſus. Uni' affirmatõis ẽ tm̃ vna negatio ſibi cõtrarie oppoſita p̃mo ⁊ ꝑ ſe. Sed licet iſte ſenſus ſit verus. tñ nõ eſt de mẽte ariſtotelis ꝓbãtis vni' affirmatõis eſſe vnã negationẽ ĩ ſubcõtrariis. Alit̃ dr̃ ꝙ in eodẽ genere oppoſitiõis vni affirmatiõi tm̃ opponit̃ vna negatio. Unde phs p̃mo de celo dicit ꝙ tm̃ vnũ vni ẽ ꝯtrariũ q̃cq̇d tamẽ ſit de veritate iſti' excluſiue vni affirmatõi tm̃ opponit̃ vna negatio ſcḋm aliquẽ duoꝝ modoꝝ p̃dictoꝝ. tñ phs nõ ponit eã in textu. ſed ſine excluſione dicit ꝙ vni' affirmatiõis eſt vna negatio. Ideo ꝓ intellectu ei' dr̃ ꝙ illa ꝓpoſitio poteſt habere duplicẽ ſenſum. Prim' ẽ ſm qḋ ly vna tenet̃ cathegorice ⁊ ẽ ſignũ vnitatis ꝓpoſitiõis. ⁊ ſic hui' ꝓpoſitionis. vni' affirmatiõis ẽ vna negatio ſenſus ẽ. quãdocũq; affirmatio ẽ ꝓpoſitio vna. et nõ ꝓpoſitio plures ⁊ ſic negatio ſibi oppoſita ẽ ꝓpoſitio vna ⁊ nõ ꝓpoſitio plures. ⁊ ĩ hoc ſenſu accipit eã phs. Alius ſenſus eſt ſcḋm qḋ ly vna poteſt teneri ſyncathegreumatice ⁊ ſignũ excluſiuũ gratia pluralitatis tantũ valẽs ſicut vnica. ⁊ ſic eſt ſenſus. vni' affirmatiõis eſt vnica ſiue tm̃ vna negatio ſibi oppoſita ita ꝙ nõ plures. ⁊ hoc ẽ verũ ĩtelligẽdo de negatõe oppoſita p̃mo ⁊ ꝑ ſe ⁊ ĩ eodẽ genere oppoſitõis. Dr̃ p̃mo ⁊ ꝑ ſe. q̃a vna dicit̃ opponi p̃mo ⁊ ꝑ ſe. ⁊ alia ex conſequẽti ſicut ꝑ eq̇pollẽtiã. Dicit̃ etiã in eodẽ genere oppoſitiõis. q̃a vna affirmatio bene habet vnã negationẽ oppoſitã ꝯtrarie ⁊ aliã cõtradictorie. Pro ſolutõe ſecũde partis dr̃ breuit̃ ꝙ iſte due. nõ eſt hõ alb'. ⁊ nemo ẽ alb' de rigore ſermõis equalẽt. ⁊ ita hec. nõ ẽ hõ alb' ꝯtradicit iſti. eſt hõ alb' ⁊ nõ ſubcõtrariat̃. Phus aũt ponẽs illas duas eſſe ſubcõtrarias. ⁊ dicẽs illã. nõ ẽ hõ alb' nõ equalere iſti. nemo ẽ alb' accipit ipã; vt ĩ ea negatio ſolũ cadit ſuꝑ hoc v̇bũ ẽ. ⁊ nõ ſolus ſupra iſtũ t̃minũ hõ. ita ꝙ iſta nõ ẽ hõ alb' accipit ꝓ illa. hõ nõ eſt albus.

¶Circa p̄dictū textū poſſent moueri multe alie difficultates. Et p̄mo de ſignificatione hu9 ſigni om̄is ⁊ q̄buſdā alijs ip̄m cōcernētibus. ſed horū ſolutio patuit in diſtributiōibus. Secūda. vtrū hec cōſequētia ſit bona. ſi aliq̄d ſit vel eſt. cuius ſolutio patet circa ea que dicta ſunt in exponibilibus incipit ⁊ deſinit. Unde vt cōmunit̄ dicit̄ p̄dicta cōſequētia tenet in p̄manentibus ⁊ nō ſucceſſiuis. Tercio vtrū termin9 equocus ſignificet ſua ſignificata copulatiue aut diſiunctiue. cuius ſolutio patebit in elenchis Cū q̄ʒ aūt dicit philoſophus q̄ ſi tunica imponeret̄ ad ſignificandū hominē ⁊ equū tunc nihil aliud eſſet dicere tunica eſt alba q̄ʒ dicere iſtas duas. homo eſt albus ⁊ equus eſt albus. Hoc em̄. tunica eſt alba in illo caſu. nō equalet huic copulatiue. homo eſt albus ⁊ equus eſt albus. ſed equalet huic. homo eſt albus. ⁊ etiā equalet hoc. equus eſt albus. Quarto poſſet moueri difficultas. vtrū in equocis ſit cōtradictio. ⁊ vtrū ꝓpoſitio plures habeat cōtradictoria. Sed de his dicet̄ ad longū in elenchis. Dictū eſt em̄ prius q̄ in equocis nō eſt cōſequentia. nec cōtradictio. nec ſciētia. nec diffinitio.

**Cōcluſio reſpōſalis. Due cōtradictorie** ſibijnuicē cōtradicētes in ſenſu in quo cōtradicūt nunq̄ʒ poſſunt ſimul eſſe vere aut ſimul falſe. Hec cōcluſio relinquit̄ ꝓbata ex predictis.

**Ad ratiōes ante oppoſitū. Ad primam** dicit̄ q̄ antecedens eius eſt diſtinguendū. ⁊ etiā cōſequēs. eo q̄ p̄ eodē tēpore ⁊ ſimul poſſunt determinare hoc verbū poſſunt. ⁊ ſic tam antecedens q̄ʒ cōſequens eſt verū vt ꝓbat argumentū. Aut poſſunt determinare hoc verbū eſſe. ⁊ ſic vtrūq̄ʒ eſt falſum. nec probatio procedit. Ad cōfirmationē dicit̄ q̄ hec ꝓpoſitio. ſocrates eſt currens ſi ſit vera eſt vera pro tēpore p̄ſenti diuiſibili ⁊ nō diuiſibili. ⁊ in ea copla ſtat diſiunctiue p̄ qualibet parte tēporis. Ad hoc aūt q̄ iſta ſocrates eſt currens contradicant illi requirit̄ etiā q̄ copla ſtet copulatiue pro om̄ibus partibus illius temporis. nec valet cōſequētia ab affirmatiua de p̄dicato infinito ad negatiuā de p̄dicato finito. niſi arguat̄ a nō diſtributo ad non diſtributū ex parte temporis conſignificati copiam.

**Ad ſcd̄am ratione dicit̄ p̄mo ſic q̄** ille ego ſum ſocrates. ego nō ſum ſocrates prolate a diuerſis nō ſunt contradictorie. ⁊ ratio huius eſt. ſubiecta illarū ꝓpoſitionū nō ſunt ipa p̄no

mina demõſtratiua. ſed ſunt ea que demonſtrant per ipa pnomina. ſi tamen ille ppoſitiões a diuerſis pferunt. Aliud eſt qd demõſtrat in vna. et aliud qd demõſtrat in alia. ideo nõ ſunt cõtradictorie. Vtrũ aũt pnomia demõſtratiua pme pſone ſupponãt pro proferentibus aut ſcribentibus ipa. Dicendũ eſt q ppꝛie ſic ſupponũt. ſed interdũ ex vſu loquendi pmiſſum eſt ipa ſupponere pro aliquo alio. ſicut patet in litteris obligatoriis. Dicit ſecũdo q ille ppoſitiões. ſocrates eſt vltra pontes. ſocrates nõ eſt vltra pontes prolate a diuerſis nõ cõtradicũt. ppter hoc q termini non accipiunt in vna ſicut in alia eodẽ modo. Nam ly vltra diuerſificat in ſua ſignificatione ſcdm qd ponit in affirmatiua prolata ab vno. ⁊ ſcdꝫ qd ponitur in negatiua prolata ab alio. Dicit tercio q iſte cõtradicunt. hic tribulus eſt ſapidus. hic tribulus nõ eſt ſapidus. ſed neget q poſſunt ſimul eſſe vere. Et cũ pbat qa iſte poſſunt ſimul eſſe vere. hic tribulus eſt ſapidus aſino. neget cõſequẽtia. qa ibi eſt fallatia a ſcdm qd ad ſimpliciter. aut magis fallatia ignorantie elenchi. qa nõ arguit ad idem. Ad cõfirmationem patet qd ſit dicendũ ex iſtis.

Ad terciã rationem dicit vno modo q in illo caſu ambe ppoſitiões ſunt falſe. nec ſunt cõtradictorie. nec ſe habent ſicut ſingularis affirmatiua ⁊ ſingularis negatiua. eo q ſecũda eſt vna ſimpliciter enunciatio cathegorica. ⁊ pma eſt vna copulatiua falſificans ſeipam. Nam equalet huic. ſocrates dicit falſum ⁊ hec ppoſitio ſocrates dicit falſum ſignificat ſe eſſe verã. Alio modo dicit q pma eſt falſa. qa ſignificat q ſocrates dicit aliud falſum ab illa ppoſitiõe. ſocrates dicit falſum. Et ſi in ſecũda accipiat eodem modo ſcilicet ſocrates nõ dicit falſum aliud ab iſto ſocrates dicit falſum tunc eſt cõtradictoria illi ⁊ eſt vera. Si aũt accipiat alio modo ipa eſt falſa ⁊ cõtradicit prime.

Ad quartã ratione dicit q quis ad vniuerſalẽ ſequit particularis. tamen nõ oportet q ſi vniuerſalis ſit falſa. q particularis ſit falſa qa ex falſo poteſt ſequi verũ. Dicit ſecũdo q concedendo q particularis ⁊ vniuerſalis equalent tunc ſi cõtrarie nõ poſſunt ſimul eſſe vere. ſic etiã nec ſubcõtrarie. ⁊ ideo ſubcõtrarie nõ poſſunt ſimul eſſe vere niſi in materia contingẽti. ⁊ adhuc non ſemp. qa aliquãdo tm valet ſicut quando accidens eſt ſeparabile.

¶ Sequitur textus.

# Queſtões ī periarmenias ariſtot

# In his ergo. ⁊ cetera.

Iſtud eſt vltimū capitulū huius tractat⁹ p̄mi libri periarmenias in quo
philoſophus oſtēdit qualit̄ ſe habeant enūctiatiões quo ad eſſe verū de
terminate ⁊ falſum. Et diuidit̄ in duas partes p̄ncipales. In p̄ma oſten-
dit q̄bus cōtradictorijs cōuenit ꝙ vna pars eſt det̄minate vera ⁊ alia de
terminate falſa dicēs ꝙ in omnibus cōtradictorijs de p̄ſenti ⁊ de p̄terito
neceſſe eſt vnā partē det̄minate eſſe verā ⁊ alterā falſam. ſiue ſunt de ſubie-
cto ſingulari. ſiue de ſubiecto vniuerſali. ⁊ hoc vniuerſalit̄ ſumptis. Dictū
eſt aūt in cōtradictorijs. q̄a in ſubcōtrarijs hoc nō eſt verū. vt pri⁹ dictū
ctū eſt in ſecūdo capl'o. In ſecūda parte p̄ncipali huius capituli philoſo
phus oſtendit q̄bus cōtradictorijs nō cōuenit ꝙ vna ſit determinate ve
ra ⁊ alia determinate falſa. dicēs ꝙ in ꝓpoſitiōibus ſingularibus ⁊ futu-
ris cōtradictorijs de futuro cōtingenti nō eſt neceſſe alterā partē eſſe det-
minate verā ⁊ alterā determinate falſam ꝓbat tali ratione. q̄a ſi omīs af-
firmatio vel negatio eſſet det̄minate vera vel determinate falſa ſequeret̄ ꝙ
omīa de neceſſitate euenirēt. Sed cōſequēs eſt falſum. igit̄ ⁊ antecedens
cōſequētiā ꝓbat duab⁹ ratiōib⁹. Prima. q̄a poſito caſu ꝙ aliquis dicat.
hoc erit. ⁊ alius dicat. hoc nō erit. Si oīs affirmatio vel negatio de futuro.
ſit determinate vera aut falſa neceſſe eſt alterū ipoꝝ dicere verū determina
te. ⁊ nō vtrūqꝫ. cū ipi accipiāt cōtradictoria que nō cōtingit ſimul eſſe ve-
ra. Et ſi neceſſe eſt alterū ipoꝝ determinate dicere verū. ergo alterū neceſſa
rio erit. ⁊ ſic omīa de neceſſitate eueniēt. Secūdā cōſequētiā ꝓbat ꝑ ſimi-
le in illis de p̄ſenti. q̄a ſi verū eſt dicere. albū eſt. neceſſe eſt albū eſſe. Et ſive
rū eſt dicere. albū nō eſt. neceſſe eſt albū nō eſſe. ⁊ ecōtra. Et ſi eſt albū. veꝝ
eſt albū affirmare albū eſſe. ⁊ ſi nō eſt albū veꝝ eſt negare albū nō eſſe. Et ſi
nō eſt albū. affirmās albū eſſe mētit̄. Et ſi affirmās albū eſſe mētit̄ albū nō
eſt ergo a ſimili. Si alter ipoꝝ verū dicat. alterū ipoꝝ neceſſario erit. ⁊ ſic
omīa de neceſſitate euenient. Ex quo ſequitur ꝙ nihil fieret a caſu aut ad
vtrūlibet. Illud enī fit ad vtrūlibet qđ nō eſt magis determinatū ad eſſe
q̄ꝫ nō ad eſſe. ita ꝙ nō magis ſe habet vt fiat q̄ꝫ vt non fiat. Sed cū neceſſe
ſit illū q̄ affirmat vel illū q̄ negat verū dicere res erunt determinate tam ad
eſſe q̄ꝫ ad nō eſſe. Secūda ratio. ſi omīs affirmatio vel negatio ſit determi
nate vera vel falſa ſequeret̄ ꝙ de illo qđ eſt nunc album ſemper fuit dicere
homo erit album. ⁊ ſi ſic non potuit non fieri album. impoſſibile fuit ipm

# cũ reſolutiõe text⁹ ad itẽtionẽ ſcoti

non fieri.⁊ per conſequens ſi omnis affirmatio vel negatio ſit determi-
nate vera vel falſa om̃ia que futura ſunt neceſſe eſt fieri.⁊ de neceſſitate eue-
nient.⁊ per conſequens nihil erit ad vtrumlibet vel a caſu. q̃a illud quod
fit a caſu non fit ex neceſſitate. ¶ Conſequenter philoſophus ponit talez
concluſionẽ in contradictorijs de futuro cõtingenti neceſſe eſt alterã par-
tem eſſe verã.⁊ nõ poteſt dici ꝙ neutra ſit vera. Probat duabus rationi-
bus. Prima ratio eſt. quia ſi affirmatio ſit falſa negatio erit vera.⁊ ſi nega-
tio erit vera. affirmatio erit falſa. igit̃ nõ continigt neutram earum eſſe ve-
ram. Secunda ratio. quia ſi neutra eſſet vera tolleretur ꝯtingens ad vtrũ
libet. Nam ſi verum eſt dicere ꝙ aliquid eſt album aut magnum oportet
ꝙ ſit album vel magnum.⁊ ſi erit cras verum dicere ꝙ eſt album oportet
ꝙ cras ſit album. Si autem eſt verum dicere de tali futuro ꝙ neq̧ erit neq̧
nõ erit. vt eſt nauale bellum tunc ipſum nõ poterit eſſe nec poterit nõ eſ-
ſe. quod eſt contra rationem contingentis ad vtrũlibet. Ex quibus cõclu-
dit philoſophus ꝙ ſi neceſſe eſt in contradictorijs de futuro contingen-
ti ſiue ſint de ſubiecto particulari ſiue vniuerſali alteram partem eſſe verã
⁊ alteram falſam determinate ſequitur ꝙ nihil fiet ad vtrumlibet. ſed om-
nia erunt ex neceſſitate.⁊ per conſiquens non oportebit conſiliari neq̧ ne-
gociari. quia ſiue hoc fecerimus ſiue non. illud tamen quod eſt futuꝝ erit

## Deinde circa ꝑdicta remouet du-

as cauillationes. Prima eſt contra ſecundam rationem immediate dictã
In qua dictum eſt ꝙ ſi omnis affirmatio vel negatio ſit determinate ve-
ra vel falſa ſequeretur ꝙ de illo quod nunc eſt album ſemper fuit verum
dicere ꝙ hoc erit album. Ideo poſſet aliquis dicere ꝙ hoc eſt verum in
tempore preſenti propinquo preſenti nunc. ſed non in remoto. Ideo re-
mouet philoſophus hanc cauillationez dicens ꝙ quantum ad tempus
nihil refert. etiam ſi ante milleſimum annum dicatur. quia ſemper manet
eadem veritas. Secunda cauillatio eſt contra primam rationem. Dictuz
eſt enim in illa ꝙ ſi aliquis dicat. hoc erit.⁊ alius dicat non erit. neceſſe eſt
alterum illorum verum dicere. aliquis diceret ꝙ hoc ſequeretur quia di-
cunt contra dictoriam. ſed ſi nihil dicerent. nihil ſequeretur. hanc cauilla-
tionem remouet philoſophus dicens ꝙ ſi aliquis affirmauerit ſiue nega-
uerit nihil propter hoc mutatur in re. Non enim propter noſtrum affir-
mare ⁊ negare erit res vel non erit. nec in milleſimũ annũ magis q̧̃ in quã-
tolibet tempore.

¶Cõſequenter reſumit mediũ iſtaꝝ rationũ. Deinde ꝓbat ꝙ cõuenientia prius illata ſint impoſſibilia. ſcilicet ꝙ omĩa futura de neceſſitate euenirẽt ⁊ qđ nihil fiat ad vtrũlibet vel a caſu. ⁊ hoc duabus rationibꝰ. Prima nos ſumus ꝑncipiũ futuroꝝ eo ꝙ cõſiliamur aut agimus aliqđ. ergo nõ omnia eueniũt de neceſſitate. Secũda ratio. multa ſunt que nõ ſemꝑ actu ſũt ſed poſſunt eſſe ⁊ nõ eſſe. fieri ⁊ nõ fieri. vt poſſibile eſt hanc veſtẽ incidi ⁊ nõ incidi. ſed prius exteri. Similiter poſſibile eſt eã incidi. nõ enĩ eſſet contingens eam prius exteri niſi poſſibile eſſet eam nõ incidi. igiť non omĩa de neceſſitate eueniunt. Sed quedã ſunt ad vtrũlibet que nõ magis ſe habent ad eſſe ꝗꝫ ad nõ eſſe. Et quedã ſunt vt in pluribus. vt contingentia nata. Et alia vt in paucioribus. vt contingentia raro. ¶In vltima parte philoſophus oſtendit quõ ſe habẽt ꝓpoſitiões ad veritatem ⁊ falſitatem Pro cuius declaratiõe ꝑmittit quõ ſe habent res ad neceſſitatẽ. Et ꝑmo quõ ſcđm ſe ⁊ abſolute ſe habent res ad neceſſitatẽ. Secũdo quõ ꝑ cõparationẽ ad ſua oppoſita. Dicit ergo ꝑmo ꝙ res habent ſe ad neceſſitatem ſcđm ſe ⁊ abſolute ſic ꝙ nõ neceſſe ſimpliciť ſed ex ſuppoſitiõe. q̃a omĩe qđ eſt quãdo eſt neceſſe eſt eſſe. ⁊ omĩe qđ nõ eſt quãdo nõ eſt neceſſe eſt nõ eſſe. Sed nõ omĩe quod eſt neceſſe eſt eſſe. nec omĩe qđ nõ eſt neceſſe eſt nõ eſſe. Nõ enĩ eſt idẽ neceſſario eſſe quãdo eſt. ⁊ aliqđ ſimpliciť neceſſario eſſe Similiť nõ eſt idem aliqđ neceſſario nõ eſſe quãdo nõ eſt ⁊ aliqđ ſimpliciter neceſſario nõ eſſe. Secũdo dicit ꝙ res ſe habent ad neceſſitatẽ ꝑ ſuam cõparationẽ ad ſua oppoſita ſic ꝙ nõ ſunt neceſſarie ſimpliciť ſed ex diſiũctione. Illud enĩ qđ nõ habet determinatã rationẽ neceſſitatis fit neceſſario aut eſt neceſſariũ ſub diſiunctione ad ſuũ oppoſitũ. vt neceſſe eſt nauale bellũ cras eſſe futurũ vel nõ eſſe futurũ. Sed nõ eſt neceſſe ſimpliciť ⁊ abſolute nauale bellũ eſſe cras. ſed ipm futurũ eſſe vel nõ eſſe. Ex his cõcludit ꝙ ſimiliť ſe habet in rebus ⁊ in enunctiationibus. q̃a ſicut ſunt quedam res quõ nõ ſunt determinate ad eſſe nec ad nõ eſſe. cuiuſmodi ſunt ille que ſunt ad vtrũlibet. ita etiã ſunt quedã orationes que nõ ſunt deťminate ad veritatẽ ⁊ falſitatẽ. ⁊ ſicut ſunt quedã res que nec ſemꝑ ſũt nec ſemper nõ ſunt. ſed vna eſt ſub diſiunctione ad aliã ita ſunt alique enunctiationes in q̃bus neceſſe eſt alterã partẽ eſſe verã vel falſam. ſcilicet hanc vel illam. nõ tamẽ neceſſe eſt illã partẽ eſſe verã ⁊ alterã falſam. Ex p̃dictis ĩfert duo corollaria. Primũ ꝙ nõ eſt neceſſe in omĩbus ꝯtradictorijs vnã partem determinate eſſe verã ⁊ alterã falſam. Secundũ ꝙ nõ eſt ſimile de cõtradictorijs de preſenti ⁊ de contradictorijs de futuro contingenti.

cū reſolutiōe text' ad itētionē ſcoti

Circa hūc textū querit̄ vtrū aliqua ꝓpoſitio de futuro cōtingenti ſit determinate vera aut determinate falſa.

Arguit̄ p̄mo ꝙ aliqua ſit determinate vera. q̄a om̄e ꝙ ſic eſt verū q̄a ip̄m nō eſt falſuʒ eſt determinate verū ſed aliqua ꝓpoſitio de futuro cōtingēti ſic eſt vera ꝙ ip̄a nō eſt falſa. ergo aliqua ꝓpoſitio de futuro cōtingēti eſt detminate vera. Maioꝛ patet. q̄a ſicut om̄e qͦd eſt quādo eſt detminatū eſt ad eſſe. ſic omne quod eſt veruʒ quando eſt verum determinatum eſt ad eſſe verum. Minoꝛ ꝓbat̄. quia ſint iſte due. ſocrates curret cras. ſocrates nō curret cras. quelibet earum eſt de futuro contingenti ⁊ tamen certitudinaliter vna earū eſt vera. tum q̄a ſunt cōtradictoꝛie. tum q̄a iſta diſiunctiua eſt neceſſaria. ſocrates curret cras. vel ſocrates nō curret cras. ergo altera earū eſt vera. tenet cōſeq̄n tia. q̄a diſiūctiua neceſſaria licet cōponat̄ ex nō neceſſarijs. tū nunq̄ʒ ꝯponitur ex om̄ibus falſis. Et cōfirmat̄. q̄a ſicut ſe habet res ad eſſe vel nō eſſe foꝛe vel nō foꝛe. ſic ſe habet ꝓpoſitio ad eſſe verū vel nō eſſe verum. ſed aliqua res determinate ſe habet ad foꝛe aut nō foꝛe. ergo aliqua ꝓpoſitio determinate ſe habebit ad eſſe verū vel nō eſſe verū. Maioꝛ eſt philoſophi in textu p̄cedēti ⁊ in p̄dicamētis. q̄ dicit. ab eo ꝙ res eſt vel nō eſt oratio dicit̄ vera vel falſa. Minoꝛ ꝓbat̄. q̄a quālibet rem nō exiſtentem poſſibile exiſtere neceſſariū eſt foꝛe vel nō foꝛe. ⁊ ſi erit tunc affirmatiua ſignificans eam foꝛe erit determinate vera ⁊ negatiua falſa. Si v̄o nō ſit tūc negatiua ſignificans eam nō foꝛe erit determinate vera ⁊ affirmatiua falſa.

Secūdo arguit̄. Iſte ꝓpoſitiones Antichꝛiſtus erit. antichꝛiſtus p̄dicabit. dies iudicij erit. xp̄s veniet iudicare viuos ⁊ moꝛtuos. ſol oꝛietur cras ⁊ cōſimiles ſunt de futuro contingenti. ⁊ tamē ſunt determinate vere. Minoꝛ ꝓbat̄ quo ad quatuoꝛ p̄mas q̄a illa ſunt a deo reuelata. Sed om̄e a deo reuelatū erit nec poteſt nō eſſe q̄a al's deus poſſet eſſe p̄nūccius mendacij. igit̄. Sed quo ad aliā ꝓpoſitionem ꝓbat̄. q̄a ꝑ nullā cauſam naturalē poteſt impediri oꝛtus ſolis. ergo ſol neceſſario ſaltem neceſſitate naturali oꝛietur.

Tercio ſic. Hec eſt determiate vera vel falſa. ſocrates curret cras. ergo aliqua ꝓpoſitio de futuro cōtingenti eſt detminate vera aut detminate falſa. Antecedens patet. q̄a aut deus

ſcit q̄ ſocrates curret cras. aut q̄ nō curret cras. aut nullū eorum ſcit. aut nullū eoꝝ ſcit. Nō eſt dicendū q̄ nullū. qa tunc de° nō eſſent magis nota futura q̄z mihi vel tibi. Nec eſt dicēdū q̄ ſciat vtrūq̄z. qa nihil ſcit̄ niſi verū. ſed alterū eoꝝ nō eſt verū cū ſint cōtradictoria. ergo alterum eoꝝ nō eſt ſcitū. Si aūt ſciat q̄ ſocrates curret cras. ſequit̄ q̄ iſta ē det̄minate vera. ſocrates curret cras. Si aūt ſciat q̄ ſocrates nō curret. iſta ſocrates nō curret cras ē det̄maite vera. tenet ꝯſeqntia. qa ſi nō ſit det̄miate vera ponāt̄ q̄ falſificet̄ tūc ꝑſciētia dei fallit̄ ⁊ de° decipiet̄. qđ ē incōueniēs. Et ꝯfirmat̄. quia ſi ſocrates debeat cras currere tūc deus ſciuit heri q̄ ſocrates curret cras. ergo ſocrates curret cras. ſed antecedēs eſt neceſſariū. ergo ⁊ conſequens. Qꝫ aūt antecedēs ſit neceſſariū patet. qa antecedēs eſt vna ꝓpoſitio de p̄terito vera. ergo eſt neceſſaria. tenet cōſequētia. qa omis ꝓpoſitio de p̄terito vera eſt neceſſaria.

## Quarto arguit̄. Omne futurū eſt

de neceſſitate futurū ergo omis ꝓpoſitio de futuro cōtingenti eſt det̄minate vera. tenet cōſequētia. qa omis ꝓpoſitio de futuro cōtingēti ſignificat futurū eſſe futurū. Antecedēs ꝓbat̄ p̄mo. qa omis ꝓpoſitio neceſſaria poteſt modificari modo neceſſarij manēte eadē veritate. ⁊ ꝑcōſequēs illa eſt vera. omē futurū neceſſario ē futurū. Scdo ꝓbat̄. qa omē qđ de neceſſitate eueniet de neceſſitate eſt futurū. ſed omē futurū de neceſſitate eueniet. ergo omē futurū de neceſſitate eſt futurū. Minor ꝓbat̄. qa oppoſitū p̄dicati infert oppoſitū ſubiecti. Nam bene ſequit̄. nō eueniet. ergo nō eſt futurū Et etiā iſta que eſt ſua cōuertēs ꝑ cōpoſitionē videt̄ eſſe vera. cū omne qđ nō eueniet neceſſario eſt nō futurum.

## In oppoſitum arguit̄ auctoritate

philoſophi in textu p̄cedenti. ¶ Pro ſolutione queſtionis ⁊ declaratione textus precedentis mouentur alique difficultates.

## Prima difficultas. Utruꝫ ꝓpoſi-

tio de futuro contingenti ſit determinate vera aut determinate falſa ſicut ꝓpoſitio de p̄terito aut de preſenti. ¶ Pro cuius ſolutiōe ſuppont̄ p̄mo. q̄ triplices ſunt ꝓpoſitiones: quedā ſunt de p̄terito. alie ſunt de preſenti. ⁊ alie ſunt de futuro. Propoſitio de p̄terito eſt illa cuius copla eſt verbum preteriti tēporis. Propoſitio de p̄ſenti eſt illa cuius copla eſt vebū p̄ſentis tpis. ⁊ ſic de alijs. Ex quo ſequit̄ q̄ refert dicere aliquā ꝓpoſitionē eſſe de p̄

terito aut de p̄ſenti. aut de futuro. ⁊ ip̄am eſſe p̄teritā. p̄ſentē aut futuram. Tum q̄a aliqua eſt p̄ſens que eſt de p̄terito. vt patet de iſta prolata a me Socrates currit. Tum q̄a aliqua eſt futura que nō eſt de futuro. vt patet de ꝓpoſitione formanda ab aliquo. Tum q̄a om̄is ꝓpoſitio cuiuſcūq; cople ſit poteſt eſſe p̄ſens. p̄terita aut futura. ſed nō om̄is ꝓpoſitio poteſt eſſe de p̄ſenti. p̄terito aut futuro. Secūdo ſupponit̄ ꝙ duplex eſt futurū. ſcilicet futurū contingens ⁊ futurū neceſſariū. Futurū neceſſarium eſt illud qđ impoſſibile eſt nō eſſe. ſicut antichriſtū fore animal vel hoīem. Futurū cōtingens eſt triplex. qđdā futurū eſt contingens raro. aliud eſt contingens vt in pluribus. aliud eſt contingens ad vtrūlibet. Ex quo ſequit̄ ꝙ triplex eſt ꝓpoſitio de futuro contingenti. quedā eſt de futuro contingenti raro. Aliud eſt de futuro contingen in in pluribus. qđ aliter dicit̄ cōtingēs natū. Et alia eſt de futuro contingenti ad vtrūlibet. Cōtingens raro eſt aliquod futurū qđ accidit in paucioribus ⁊ magis determinatū eſt ad non non eſſe q̄ȝ ad eſſe. vt foſſorem inuenire theſaurum. Propoſitio de contingenti raro eſt eſt propoſitio ſignificans aliquid fore quod in paucioribus ⁊ raro accidit. ſicut eſt iſta. Socrates fodiens inuenit theuſaurū. Contingens vt in pluribus eſt futurū quod magis determinatū eſt ad eſſe q̄ȝ ad nō eſſe ⁊ frequenter accidit. niſi adueniat aliunde imped[i]mētū vt eſtum vigere ſub cane. Propoſitio de futuro vt in pluribus eſt propoſitio ſignificans aliquid fore. quod vt in pluribus ⁊ frequenter accidit. ip̄m tamen ſimpliciter poſſibile eſt nō eſſe. vt iſta. eſtus erit ſub cane. Contingens ad vtrūlibet eſt aliqud futurū qđ nec eſt neceſſariū eſſe nec impoſſibile eſſe. ſ; ſcđm ſe eſt indeterminatū ad eſſe ⁊ nō eſſe. vt ſocratē curſurū cras. ⁊ ſimilia que cadunt ſub libertate voluntatis noſtre. Propoſitio de futuro contingenti ad vtrūlibet eſt ꝓpoſitio ſignificās aliqđ fore qđ ſimplicit̄ ⁊ abſolute nō eſt magis determinatū ad eſſe q̄ȝ ad nō eſſe. vt iſta. ſocrates curret cras. ⁊ de iſta eſt hic p̄ncipalis intentio. ¶ Tercio ſupponit̄ ꝙ ꝓpoſitio de futuro cōtingenti ad vtrūlibet adhuc eſt duplex. quedā eſt de ſubiecto vniuerſali. cuiuſmodi eſt iſta. nauale bellum erit cras. Alia eſt de ſubiecto ſingulari. cuiuſmodi eſt iſta Socrates curret cras. Et de iſta p̄ncipaliter querit di[f]ficultas. Ex p̄dictis patet ꝙ ꝓpoſitio de futuro ꝯtingēti de qua hic querit̄ eſt ꝓpoſitio ſingularis ſimplicit̄ vna. cuius copla eſt verbū futuri temporis ſignificās aliqđ fore qđ nō eſt ⁊ tamē erit. ip̄m tamē ſimpliciter ⁊ abſolute poſſibe eſt nō eſſe. vel aliqđ nō fore qđ nō eſt nec erit. ipſius cum ſimpliciter ⁊ abſolute poſſibile eſt eſſe.

# cū reſolutiõe text⁹ ad itētionē ſcoti

Ex quo ſequit̃ ꝙ nullū ſimplicit̃ neceſſariū eſt futurū cõtingens. Probat̃ q̄a q̄ impoſſibile eſt nõ fore nõ eſt futurū ꝯtingens. Sed neceſſariū ſimpliciter impoſſibile eſt nõ fore, ergo neceſſariū ſimplicit̃ nõ eſt contingẽs ¶ Quarto ſupponit̃ ꝙ triplicit̃ aliqua ꝓpoſitio poteſt dici determiate vera. Uno modo ꝓut determinate excludit falſitatē ꝛ poſſibilitatē ad ip̄am ꝛ ſimpliciter pro quolibet tēpore. ꝛ ſic illa ꝓpoſitio eſt determinate vera. que ſic eſt vera ꝙ pro nullo tēpore poteſt eſſe falſa. cuiuſmodi eſt ꝓpoſitio neceſſaria ſimpliciter. Et per oppoſitū aliqua ꝓpoſitio dicit̃ det̃minate falſa ꝓut ly det̃minate excludit veritatē ꝛ poſſibilitatē ad ip̄am ꝓ quolibet tēpore. ꝛ ſic illa eſt det̃minate falſa que pro nullo tempore poteſt eſſe vera. cuiuſmodi eſt ꝓpoſitio impoſſibilis. Secūdo modo aliqua ꝓpoſitio dicit̃ det̃minate vera prout det̃minate excludit falſitatē ꝛ poſſibilitatē ad falſitatē nõ ſimplicit̃ pro omī tēpore. ſed ſimplicit̃ pro illo iſtanti pro quo ip̄a eſt vera. ꝛ ſic illa ꝓpoſitio eſt det̃minate vera que ſic eſt vera ꝙ ꝓ illo tēpore pro quo eſt vera nõ poteſt eſſe falſa. cuiuſmodi eſt ꝓpoſitio cõtingens de p̄ſenti. Et per oppoſitū dicit̃ ꝓpoſitio determinate falſa. Tercio modo aliqua ꝓpoſitio dicit̃ determinate vera prout det̃minate excludit falſitatē. ſed nõ poſſibilitatē ad falſitatē. etiā pro inſtanti pro quo eſt vera. ꝛ ſic illa eſt determinate vera que ſic eſt vera ꝙ poteſt eſſe falſa. etiā pro illo tēpore pro quo eſt vera. licet nunq̄ȝ ſit falſa. Et per oppoſitū illa dicit̃ det̃minate falſa que ſic eſt falſa ꝙ nõ eſt vera. poteſt tamen eſſe vera.

# His ſuppoſitis dicit̃ p̄mo ꝙ omīs

ꝓpoſitio copulatiua cõpoſita ex partibus cõtradicentibus cuiuſcūq̄ȝ compleſit eſt det̃minate falſa. Probat̃. q̄a omīs ꝓpoſitio illa eſt falſa determinate quā impoſſibile eſt verificari. ſed illa eſt huiuſmodi igit̃. Ex quo ſequitur ꝙ compulatiua cõpoſita ex cõtradictorijs de futuro cõtingenti eſt determinate falſa. Et ſi dicat̃. ex indeterminate falſis nõ poteſt fieri determinate falſum. ſed vtraq̄ȝ pars cõtradictorioꝝ de futuro cõtingenti eſt inde terminate falſa. ergo ex ip̄is nõ fit copulatiua determinate falſa. Dicit̃ ad hoc ꝙ maior eſt falſa. q̄ patet in ſimili. q̄a ex poſſibilibus bene fit impoſſibile. coplatiua em̄ ex duabus cõtradictorijs cõtingentibus eſt ex poſſibilibus ꝛ tamē eſt impoſſibilis. Dicit̃ ſecūdo ꝙ omīs ꝓpoſitio diſiunctiua cõpoſita ex partib⁹ cõtradicentibus eſt det̃minate vera p̄mo modo. Probat̃. q̄a omīs talis eſt neceſſaria. igit̃ eſt det̃minate vera p̄mo modo antecedens eſt cõmunit̃ cõceſſum ab omībus logicis. ꝛ poteſt adhuc ſic

probari. q̃a illa ꝓpoſitio eſt neceſſaria quã impoſſibile eſt falſificari. Sed
illa eſt huiuſmodi. cũ cõponat̃ ex cõtradictorijs quoꝝ neceſſariũ eſt ſem
per alterũ eſſe verũ. Dicit̃ tercio q̄ om̄is ꝓpoſitio de p̃terito vera. cui⁹ ve-
ritas nõ dependet ab aliqua de futuro eſt determinate vera p̃mo modo. ꝓ
batur. q̃a illa ꝓpoſitio que ſignificat aliq̃d fuiſſe q̃d impoſſibile eſt nõ fuiſ
ſe per quãcũq̃ potentiã eſt determinate vera p̃mo modo. ſed ꝓpoſitio de
preterito vera nõ dependẽs ab aliquo futuro eſt huiuſmodi. igit̃. Dicitu
aũt notant̃ nõ dependens ab aliqua de futuro. q̃a ſi de penderet ab aliq̃
de futuro idem eſſet iudiciũ de ea quo ad veritatẽ ⁊ falſitatẽ ſicut de illa de
futuro. vt patet de iſtis. deus preſciuit nauale bellũ fieri cras. deus preſci-
uit ſocratẽ curſurũ cras. Unde ille ſunt eque indeterminate. ſicut iſte. na-
uale bellũ erit cras. ſocrates curret cras. Dicit̃ quarto q̄ om̄is ꝓpoſitio de
preſenti vera cuius veritas etiã nõ dependet ab aliqua de futuro contin-
genti eſt determinate vera ſecũdo modo. ꝓbat̃. q̃a licet talis ꝓpoſitio po-
tuit nõ eſſe vera antequã eſſet. tamẽ pro tẽpore pro quo eſt vera non poteſt
nõ eſſe vera. alias cõtradictorie ſimul verificarent̃ de eodẽ. Dicit̃ q̃nto q̄ ꝓ
poſitio de cõtingenti vera nõ eſt determinate vera p̃mo modo aut ſecũ-
do modo. q̃a ꝓpoſitio vera cuius veritas poteſt impediri etiã pro tẽpo-
re pro quo eſt vera ſic q̄ nec eſt nec fuit pro illo tẽpore vera nõ eſt determi-
nate vera p̃mo modo nec ſecũdo modo. Sed ꝓpoſitio de futuro contin-
genti eſt huiuſmodi. igit̃ nõ eſt determinate vera p̃mo modo aut ſecũdo
modo. Et in iſto ſenſu intellexit philoſophus ſuã cõcluſionẽ. nec ſue rati-
ones aliud probãt ſic exponẽdo cõcluſionẽ ſuã. Dicit̃ ſexto q̄ ꝓpoſitio
de futuro contingenti vera eſt determinate vera tercio modo. ꝓbat̃. q̃a ꝓ
poſitio que ſic eſt vera q̄ nunq̃ erit falſa eſt determinate vera tercio mo-
do. Sed ꝓpoſitio vera de futuro contingenti ſic eſt vera q̄ nunq̃ erit falſa
licet poſſit eſſe falſa. igit̃ eſt determinate vera tercio modo. Ex p̃dictis pa
tet quõ veritas ⁊ falſitas aliter cõueniunt determinate ꝓpoſitioni de pre-
terito. ꝓpoſitioni de p̃ſenti ⁊ ꝓpoſitiõi de futuro. Secũdo patet quõ ſm
hunc modũ dicẽdi ſuſtinendũ eſt ꝓpoſitiões de futuro cõtingenti eſſe de-
terminate veras aut determinate falſas.

## Secũda difficultas Utrũ om̄e fu-

turũ ꝯtingens ſit aliqualit̃ determinatũ anteq̃ ponat̃ in eſſe. Ad quã di-
citur p̃mo q̄ futurũ contingens conſideratũ ſcḋm ſe nõ eſt determinatu
ad alterã partẽ cõtradictiõis. q̃d patet. q̃a ex ratiõe ſua formali nõ magis

reſpicit eſſe qꝫ nõ eſſe. ergo vt ſic nõ eſt determinatũ ad alterã partẽ cõtradictionis. Antecedens ꝓbat̃. qͣ in eo eſt futurũ cõtingens qδ poteſt indifferent̃ eſſe ⁊ nõ eſſe. Dicit̃ ſecũdo ꝙ ad hoc ꝙ contingens futurũ ſit determinatũ ad vnã partẽ cõtradictionis opoꝛtet ꝙ habeat aliã cauſam a ſe determinantẽ ipm̃ ad eſſe vel nõ eſſe. que cauſa eſt libere ⁊ cõtingenter determinãs ipm̃ futurũ ad eſſe vel nõ eſſe. Pꝛobat̃. qͣ qδ ſcd̃m ſe eſt indeterminatũ habet ab alio ꝙ determinet̃. ⁊ nõ ab alio naturaliter agente. quia tunc ſemꝑ demonſtraret ipm̃ ad vnũ. Sed futurũ contingens eſt ſcd̃m ſe indeterminatũ. igit̃ habet ab alio libere agente ꝙ determinet̃. Dicit̃ t̃cio ꝙ determinatio futuri cõtingentis ad alterã partẽ cõtradictiõis nõ tollit ab eo contingentiã. Pꝛobat̃. qͣ illa cauſa nõ tollit ab aliquo rationẽ foꝛmalẽ que nõ dat ſibi cõditionẽ repugnantẽ. Sed cauſa libere agens aut determinans futurũ cõtingẽs ad alterã partẽ cõtradictionis nõ dat ipi futuro contingenti cõditionẽ repugnantẽ foꝛmali rationi futuri cõtingẽtis ergo nõ tollit ab eo illã rationẽ foꝛmalẽ. Maioꝛ eſt nota. Minoꝛ pꝛobatur. qͣ cõditio repugnãs futuro cõtingenti eſt ꝙ ſic terminet̃ ad vnã partem ꝙ altera pars per nullã potentiã poſſit euenire. Ex his patet ꝙ futurũ cõtingẽs eſt ſcd̃m ſe indeterminatũ. ¶ Pꝛo amplioꝛi tamen intellectu huius ſupponendũ eſt ꝙ duplex eſt indeterminatio. Quedã eſt indet̃minatio de ineſſe. alia eſt indet̃minatio de poſſibili. ⁊ vtraqꝫ reperit̃ tam in cauſa libere agente qꝫ in effectu cõtingenti pꝛoducto ab illa cauſa. Indet̃minatio de ineſſe ex parte cauſe eſt quia cauſa eſt indeterminata ad poſſe agere ⁊ nõ agere. Et dicit̃ de ineſſe qua reſpicit extrema de ineſſe. Indeterminatio de poſſibili eſt illa in qua cauſa eſt indeterminata ad poſſe agere ⁊ poſſe nõ agere. Et dicit̃ de poſſibili. qͣ reſpicit extrema de poſſibili. Indeterminatio de ineſſe que ſe tenet ex parte effectus eſt illa qua effectus eſt indeterminatus ad ꝓduci ⁊ nõ pꝛoduci. Sed indeterminatio de poſſibili eſt qua effectus eſt indeterminatus ad poſſe ꝓduci ⁊ poſſe nõ pꝛoduci Inter aũt iſtas indet̃minatiões indet̃minatio de ineſſe eſt poſterioꝛ indeterminatione de poſſibili. ſicut agere eſt poſterius ad poſſe agere. ¶ Iſtis ſuppoſitis dicit̃ quarto ꝙ qδlibet futurũ cõtingens anteqꝫ ponat̃ ineſſe eſt determinatũ determinatione de ineſſe. Pꝛobat̃ qͣ qcqδ eſt determinate ſcitũ aut cognitũ illud eſt determinatũ determinatiõe de ineſſe. ſed qδlibet futurũ cõtingens anteqꝫ ponat̃ ineſſe eſt a deo determinate cognitũ etiam eternaliter. qͣ deus nõ nouit aliter facta qꝫ fienda vt dicit auguſtinus. Dicitur q̄nto ꝙ nullus effectus contingens eſt determinatus deter

minatione poſſibili ad alterā partē contradictionis. patet. qa illud qđ po
teſt produci ⁊ nō produci. fore ⁊ nō fore. eſſe ⁊ nō eſſe nō eſt determinatū
determinatione poſſibili. ſed futurū cōtingens eſt huiuſmodi. igit̄. Et iu
xta iſta dicendū eſt ꝙ ꝓpoſitio de futuro contingenti eſt determinate ve
ra determinatione de ineſſe. ſed nō eſt determinate vera determinatiōe de
poſſibili. Prima pars patet. qa om̄e a deo ſcitū eſt verū. ſed ꝓpoſitio de
futuro contingenti eſt a deo ſcita. ergo eſt vera. Secūda pars probat̄. qa
quicqđ poteſt eſſe falſum nō eſt determinate verū determinatione de poſ
ſibili. Sed ꝓpoſitio de futuro contingenti poteſt eſſe falſa. etiā pro illo tē
pore pro quo eſt vera. igit̄. Et ſic patet quō poſſet aliter reſponderi ad pri
mā difficultatē ꝗ̄ꝫ reſponſum ſit ſuperius. quāuis iſti duo modi dicendi
ſatis cōueniant. Et ſi queratur. quō tunc differunt a propoſitionibus ne
ceſſarijs. Dicendū eſt ꝙ differunt in hoc. qa ꝓpoſitiones neceſſe ſunt de
terminate vere determinatione de ineſſe ⁊ de poſſibili. Sed ꝓpoſitiones
de futuro contingenti licet ſint determinate vere determinatione de ineſ
ſe. nō tamen determinatione de poſſibili. Et conformiter predictis dicen
dum eſt de propoſitionibus falſis.

## Tercia difficultas. Utrum aliqđ

futurū contingens ſit neceſſario futurū. Et arguit̄ ꝙ ſic quadrupliciter.
Primo antechriſtū nō fore neceſſario nō eſt futurū. ergo antichriſtū fo
re neceſſario eſt futurū. tenet cōſequentia. qa ſi de aliquo dicto negato ve
re negetur aliquod predicatū cū modo neceſſitatis illa propoſitio eſt fal
ſa. ſed ſic eſt in iſta. ergo equiualet ſecunde que eſt neceſſaria. Antecedens
probatur. qa ſiue antichriſtus eſt vel nō eſt. ſemper erit antichriſtum nō
eſſe futurū. Secundo ſic. Antichriſtū fore relucet in eſſentia diuina ⁊ intel
lectu diuino naturaliter. ergo neceſſario repreſentatur ei antichriſtū fore
tenet cōſequentia. qa quicqđ repreſentatur in eſſentia diuina hoc neceſſa
rio rep̄ſentat̄. ⁊ ꝑ ꝯſequēs cū neceſſario ⁊ naturalr̄ rep̄ſent̄ i eſſentia diui
na antixp̄m fore. ſequit̄ ꝙ antixp̄m fore neceſſario erit. Antecedens p̄mū
patet. qa quicqđ deus cognoſcit cognoſcit per eſſentiam ſuam. Tercio ſic
quodlibet futurū cōtingens fore vel non fore eſt a deo determinate ſcitū
ergo quodlibet futurū contingens eſt neceſſario futurū. tenet conſequen
tia. qa niſi ſic ſequeret̄ ꝙ deus poſſet decipi. qa ſi ponat̄ ꝙ futurū contin
gens a deo ſcitū nō eueniat tunc deus nouit aliqđ euenturū quod nō eue
nit ⁊ ſic decipit̄. Quarto ſic. quia hec eſt neceſſaria. om̄e futurū eſt futurum
ergo om̄e futurū neceſſario eueniet.

¶ Pro ſolutione huius difficultatis ⁊ iſtarũ rationũ ſupponit̃ p̃mo ꝙ
qȯlibet cõtradictoꝛioꝝ futuroꝝ contingentiũ ad vtrũlibet eſt equalit̃ con
tingens vel poſſibile pro quali bet menſura pro qua ipſa contradictoꝛia
dicunt̃ eſſe cõtingentia ſiue poſſibilia. Probat̃. q̃a vt dictũ eſt pꝛius de
t̃miatio vni⁹ ad eſſe nõ tollit poſſibilitatẽ alteri⁹ ad nõ eſſe. nec ecõtra. igit̃.
Ex q̄ ſequit̃ ꝙ vnũ ꝯtradictoꝛioꝝ ꝑ det̃miatiõẽ cauſe libere nõ eſt magis
neceſſariũ q̃ȝ aliud. Secũdo patet ꝙ de⁹ habet infallibilẽ noticiã de futu-
ris contingentibus. ꝓbat̃ dupliciter. Primo auctoꝛitate auguſtini dicen-
tis ꝙ deus nõ aliter nouit facta q̃ȝ fienda. ſed deus habet infallibilem no
ticiã de factis. ergo etiã habet infallibilẽ noticiã de fiendis. Secũdo q̃a de
us habet aliqualẽ noticiã de futuris cõtingentibus ⁊ nõ fallibilẽ. q̃a tunc
eſſet mutabilis. ergo habet infallibilẽ. Ex quo ſequit̃ ꝙ deus nõ habet ſo
lum de futuris cõtingentibus noticiã exſpectatiuã. ¶ Tercio ſupponitur
ꝙ quãuis deus habet infallibilẽ ⁊ certiſſimã noticiã de futuris contingẽ
tibus. illa tamẽ eueniunt cõtingenter ⁊ nõ neceſſario. patet q̃a ſcientia dei
nõ imponit eis aliquã neceſſitatẽ. q̃ȝuis em̃ deus ſciat ea futura. tamẽ non
ſciuit ea futura neceſſario. ſed ea futura cõtingent̃. Ex quo ſequit̃ ꝙ omne
illud quod deus ſcit eſſe futurũ poteſt adhuc nunq̃ȝ fuiſſe illud eſſe futuꝝ
diſtinguendo futurũ cõtra pꝛius in ſenſu diuiſionis. Probat̃. q̃a aliq̄d q̄ȯ
poteſt nõ eſſe poteſt nunq̃ȝ fuiſſe ſcitũ a deo. ſꝫ qȯlibet q̄ȯ a deo ſcit̃ eſſe fu
turũ p̃t nõ eſſe. g̊ qȯlibet tale p̃t nõ eſſe ſcitũ a deo. ¶ Quarto ſupponit̃ ꝙ
oĩs contingentia in rebus iſtis inferioꝛibus ꝓuenit ex contingentia aut
libertate cõtradictiõis alicuius agentis. Probat̃. q̃a poſito caſu ꝙ om̃is
cauſa agit naturaliter ⁊ neceſſario. effectus eius ponet̃ neceſſario ⁊ natu-
raliter. ideo nõ poterit nõ poni ⁊ ꝑ cõſequẽs nõ erit cõtingens.

**His ſuppoſitis dicit̃ p̃mo ꝙ omne**
futurũ contingens eſt cõtingent̃ futurũ. Probat̃ p̃mo ſic. q̃a quicq̄d po-
teſt nõ eſſe futurũ illud nõ eſt neceſſario futuꝝ. ⁊ illud q̄ȯ nõ eſt neceſſario
futurũ eſt contingent̃ futurũ ſummẽdo contingẽs pro contingenti ad
vtrũlibet. Sed qȯlibet futurũ contingens poteſt nõ eſſe futurũ. ergo qȯli
bet futurũ cõtingens eſt cõtingent̃ futurũ. Dicit̃ ſecũdo ꝙ futurũ contin-
gens eſt cõtingens. ⁊ quãdo nõ eſt ⁊ quãdo eſt patet. q̃a illud dicit̃ cõtin
gens q̄ȯ quãdo nõ eſt poteſt eſſe. ⁊ quãdo eſt poteſt nõ eſſe. Sed qȯlibet
futurũ cõtingens eſt huiuſmodi. igit̃ futurũ cõtingens ⁊ quãdo nõ eſt ⁊
quãdo eſt. eſt cõtingens. Ad rationẽs pꝛius poſitas. Ad p̃mã dicit̃ negan
do antecedẽs. Et ad pꝛobationẽ dicit̃ ꝙ q̃a eternalit̃ ⁊ ſemꝑ deus poteſt

creare antichriſtũ ⁊ contingenter. ideo antichriſtus ſemꝑ contingenter erit. Ad ſecundã dicit̃ ꝙ in deo eſt duplex notitia. Quedã eſt noticia ſimplicis apprehenſionis qua deus cognoſcit q̃dlibet enũctiabile veruʒ vel falſum ante omnẽ actũ volũtatis. ⁊ tali noticia apprehendunt̃ futura cõtingentia a deo. nec oportet ꝓpter hoc ipa neceſſario euenire. qa p illã noticiã nõ determinant̃ ad fore vel nõ fore. Alia eſt noticia iudicatiua q̃ de⁹ cognoſcit q̃libet enũctiabile aut iudicat fore vel nõ fore. que ſequit̃ determinationẽ voluntatis diuine cõtingent̃ ⁊ libere. ⁊ tali noticia cognoſcũtur futura cõtingentia. ⁊ qa determinatio illa fit libere a voluntate diuina inde eſt ꝙ illa futura ſunt cõtingentia. Ad terciã dicit̃ negando cõſequentiã. Et ad ꝓbationẽ cõſequẽtie dicit̃ ꝙ ſi ponat̃ ꝙ futurũ cõtingens a deo ſcitũ nõ eueniat. tũc etiã ponit̃ in eſſe ꝙ deus nunq̃ȝ ſciuit ipm eſſe euẽturũ. ⁊ ꝑ cõſequẽs ſi nõ eueniat nõ decipit̃ ſi em̃ eueniat cõtingent̃ deus ſcit ⁊ ſemꝑ ſciuit ipm futurũ. Si vo nunq̃ȝ eueniat deus nunq̃ ſciuit ipm futurũ. Et ſi ſic ponat̃ ꝙ nõ eueniat nõ ꝓpter hoc ſequit̃ deũ decipi. Ad q̃rtã dicit̃ negando cõſequẽtiã. qa ibi fit fallatia diuiſionis arguendo a ſenſu compoſito vero ad ſenſum diuiſum falſum.

## Quarta difficultas. Utrũ hec propoſitio quã ponit philoſophus in textu. Om̃e q̃d eſt quãdo eſt neceſſe eſt eſſe vera.

Cōſequenter incidētaliter declarat qd eſt intrrogatio dyaletica. oſtendendo ꝙ interrogatio qua querit̄ qd eſt. non eſt dyaletica interrogatio. qa dyaletica interrogatio querit vtrāq; partē cōtradictionis. ꝛ petit determinate alterā ſibi dare. Sed queſtio quid eſt ſolū interrogat vnā partē contradictiōis. Exemplū hoꝝ. Si em̄ querat̄ vtrū homo ſit aīal vel nō. eſt interrogatio dyaletica. Sed ſi querat̄ qd eſt homo eſt queſtio qd eſt. ꝛ non interrogatio dyaletica. In ſecūda parte philoſophus oſtendit qualit̄ valeat conſequentia a diuiſis ad cōiuncta mouendo ꝛ ſoluendo vnā queſtionem in hunc modū. cū ita ſit ꝙ aliquādo valet cōſequentia a diuiſis ad coniuncta. ꝛ aliquādo non. que eſt ratio differētie. ꝛ quādo eſt ꝙ talis cōſequentia eſt bona ꝛ quādo nō. Qꝫ aliquādo valeat ꝓbat duobus exemplis. Primū. bene ſequit̄. ſocrates eſt animal. ꝛ ſocrates eſt bipes. ergo ſocrates eſt animal bipes. Secundū. bene ſequit̄. ſocrates eſt homo ꝛ ſocrates eſt albus. ergo ſocrates eſt homo albus. Qꝫ aūt nō valeat ꝓbat dupliciter. Primo exemplo. Quia nō ſequit̄. ſocrates eſt citaredus. ſocrates eſt bonus. ergo ſocrates eſt bonus citharedus. Secūdo ꝓbat ratiōe ducente ad incōuenientia que eſt hec. ſi ſemꝑ valeret cōſequētia a diuiſis ad cōiuncta ſequeret̄ ꝑmo ꝓceſſus in infinitū. Secūdo ſequeretur nugatio. Primū ꝓbat duobus exemplis. qa homo eſt homo ꝛ albus. ꝛ iterū homo eſt homo ꝛ albus. igit̄ homo eſſet homo. homo albus albus ꝛ ſic in infinitū. Simili't cū ſocrates ſit albus ꝛ muſicus ꝛ ambulans. ſequeretur ꝙ ſocrates eſſet albus muſicus ꝛ ambulans. Secunduꝫ ꝓbat. qa ſocrates eſt homo ꝛ bipes. ideo eſſet homo bipes. qđ includit nugationem. ideo ꝙ differentia addita ſpeciei quam cōſtituit ſemꝑ facit nugationem ¶ Pro ſolutione huius queſtiōis philoſophus ponit duas regulas ad cognoſcendū quādo debite arguit̄ a diuiſis ad cōiuncta. Prima eſt. quādocūq; ꝑdicata diuiſa ꝑdicant̄ de tercio vel de ſeinuicē ſcđm accidens ex diuiſis nō licet inferre cōiunctū. Ex quo ſequit̄ ꝙ iſte cōſequētie nō valēt ſocrates eſt albus ꝛ eſt muſicus. ergo eſt muſicus albus. Licet em̄ ſit verum dicere muſicū eſſe albū. tamē hoc eſt ſcđm accidens. Simili't non ſequitur. ſocrates eſt citharedus ſocrates eſt bonus. ergo ſocrates eſt citharedus bonus. Secūdo ſequit̄ ꝙ hec cōſequētia eſt bona. ſocrates eſt animal ꝛ bipes. ergo ſocrates eſt aīal bipes. Et ratio eſt. qa iſta nō inſūt tercio. nec ſibiīnuicē ſcđm accidens. Quarta regula quādocūq; vnū ꝑdicatorū ſcilicet ſecundū eſt in aliquo. id eſt actualit̄ includit̄ in ꝑmo. vel econtra primū in ſecūdo nō valet conſequētia a diuiſis ad cōiuncta ꝓpter nu-

## cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

gationē. Et quo ſequit̄ ꝙ iſte cōſequētie nō valent. hoc eſt albū ⁊ eſt albū ergo eſt albū albū. homo ⁊ animal ⁊ homo eſt bibes. ergo homo eſt animal bipes. ſocrates eſt homo ⁊ animal. ergo ſocrates eſt homo animal In omībus em̄ iſtis cōſequētijs cōſequēs includit nugationē. In tercia parte huius capli oſtendit quādo valet cōſequētia a cōiunctis ad diuiſa ⁊ quādo nō. Et dicit ꝙ aliquādo ex cōiunctis licet inferre diuiſum. vt patet ſic arguendo. ſocrates eſt homo albus. ergo ſocrates eſt homo ⁊ alb⁹ tamē hoc nō ſit ſemp. Due em̄ cōditiōes requirunt̄ ad hoc ꝙ huiuſmodi cōſequētia valeat. Prima ꝙ nō ſit repugnantia in adiecto. Nō em̄ ſequetur. Socrates eſt homo mortuus. ergo ſocrates eſt homo ⁊ mortuus. Et ſcd̄m aliquos ponunt̄ tria documenta ad cognoſcendū quando eſt repugnantia in adiecto. Primū eſt quando cōtradictoriū determinabilis p̄dicat̄ de cōiunctis. vt homo mortuus eſt nō homo. Secundū eſt ſi determinabile affirmet̄ de cōiunctis ⁊ ꝓpoſitio ſit falſa. vel neget̄ ⁊ ſit vera. Tercīū eſt ſi diffinitio det̄minatiōis repugnat determinabili vel econtra. Secunda cōditio eſt ꝙ cōiuncta dicant̄ de ſubiecto ſimpliciter ⁊ non ſecundū quid. Vel ſcd̄m aliquos ꝙ vnū cōiunctoꝝ nō inſit alteri ſcd̄m accidens. ⁊ ideo nō ſequit̄. homerus eſt aliqd̄ vt poeta. ergo homer⁹ eſt aliquid. Similiter nō ſequitur chymera eſt ens opinabile. ergo chymera eſt Ex his cōcludit ꝙ his duabus cōditionibus obſeruatis eſt bona conſequentia.

## Circa hunc textū querit̄ vtrū a diuiſis ad coniuncta valeat cōſequentia vel non.

## Et arguit̄ p̄mo ꝙ nō. q̄a nō ſequit̄

ſocrates eſt homo vel aſinus. ergo ſocrates eſt homo ⁊ aſinus. Nec ſequetur. homo eſt animal. ⁊ equus eſt animal. ergo homo equus eſt animal. Nec ſequit̄ ſocrates eſt albus. ſocrates eſt animal. ergo ſocrates eſt albū animal. Nec etiā ſequit̄. ſocrates eſt homo. ſocrates eſt animal. ergo ſocrates eſt homo animal. Nec ſequit̄. iſte canis eſt pater ⁊ eſt tu⁹. ergo eſt pater tuus. ⁊ tamē ibi arguit̄ a diuiſis ad cōiuncta. igit̄. Et cōfirmat̄. q̄a arguendo a diuiſis ad cōiuncta fit fallatia cōſequentis. vt patet per aſſignationē modoꝝ illius fallacie. ergo ſic arguendo nō valet cōſequentia.

## Secūdo arguit̄. Non ſequit̄. q̄nqꝫ

ſunt duo ⁊ tria. ergo q̄nqꝫ ſunt duo ⁊ q̄nqꝫ ſunt tria. nec ſequit̄ aſinus eſt

volans ſi eſt habens pennas.ergo aſinus eſt volans ⁊ habens pennas. Nec ſequit̃.Om̃is ꝓpoſitio vel eius cõtradictoria eſt vera.ergo om̃is propoſitio eſt vera:vel eius cõtradictoria et vera. Nec ſequit̃.ſocrates eſt bonus faber.ergo ſocrates bonus eſt faber.⁊ tamẽ in iſtis arguit̃ a cõiunctis ad diuiſa.ergo cõſequẽtia a cõiunctis ad diuiſa nõ valet.

Tercio ſic. Nõ ſequit̃ Ceſar eſt homo mortuus.ergo ceſar eſt homo ⁊ eſt mortu⁹.⁊ tamẽ arguit̃ a cõiunctis ad diuiſa.igit̃.Antecedẽs ꝓbat̃ dupliciť. Primo: q̃a bene ſequit̃. Ceſar ẽ homo mortuus.ergo ceſar nõ eſt homo:eo ꝙ mortuũ eſt determinatio priuans ⁊ diſtrahens ſignificatũ hoĩs.Secũdo in trãſmutatiõe ſubſtãtialĩ res ammittit nomẽ ⁊ diffinitionẽ quã prius habuit: vt vult cõmẽtator ſupra p̃mũ phiſicorũ ſuppoſitũ in corruptione ſubſtantiali ammittit nomen ſpeciei:⁊ ꝑ cõſequẽs ceſar nõ eſt homo poſtq̃ eſt homo mortuus ſiue corruptus.

Quarto ſic. Nõ ſequit̃. Homo eſt homo albus.ergo homo eſt homo ⁊ homo eſt albus.⁊ tamẽ arguit̃ a diuiſis ad coniuncta.igit̃.Antecedẽs patet:q̃a cõſequẽs eſt contingens vt notũ eſt.⁊ antecedens eſt neceſſariũ:qḋ patet.q̃a bene ſequit̃ per cõuerſionem ſimplicẽ.homo albus eſt homo.ergo homo eſt homo albus. Sed antecedens eſt neceſſariũ.ergo ⁊ cõſequẽs. Q̃ aũt antecedẽs ſit neceſſarium patet p̃mo:q̃a bene ſequit̃ per locũ a parte in modo ad ſuũ totũ. homo albus eſt homo albus.ergo homo albus eſt homo. Sed antecedẽs eſt neceſſariũ cũ predicet̃ idem de ſeip̃o.⁊ nunq̃ poſſit aliq̃d vere negari a ſeip̃o.Et etiã ſcḋm boheciũ nulla ꝓpoſitio eſt verior illa in qua predicat̃ idem de ſeip̃o.Secũdo patet per vnã rationẽ ſcoti.Quãdocũq̃ alicuius ꝓpoſitionis affirmatiue oppoſitũ p̄dicati infert oppoſitũ ſubiecti ip̃a eſt neceſſaria.Sed oppoſitũ huius ꝓpoſitiõis. homo albus eſt homo īfert oppoſitũ ſubiectũ.Nam bene ſequit̃.nõ eſt homo.ergo nõ eſt homo albus.Et cõfirmat̃:q̃a hec ꝓpoſitio homo albus eſt homo eſt ꝓpoſitio affirmatiua vera que nõ eſt in materia cõtingenti.ergo eſt in materia naturali ⁊ per cõſequens eſt neceſſaria. Q̃ nõ ſit in materia cõtingenti patet. q̃a p̄dicatũ nõ poteſt adeſſe vel abeſſe ſubiecto p̄ter ſubiecti corruptionem.

In oppoſitum arguit̃ auctoritate

cũ reſolutiõe text⁹ ad itẽtionẽ ſcoti philoſophi in textu p̄cedenti. ¶ Pro ſolutione queſtionis ꝛ declaratiõe textus precedentis mouenꝫ aliq̄ difficultates.

Prima difficultas. Utrũ enũctiatio in qua predicaꝫ vnũ de vno ſit vna. Et enunciatio in qua predicatur vnũ de pluribus. vel plura de vno. vel plura de pluribus ſit enunctiatio vna. ¶ Pro ſolutione huius ſupponiꝫ p̄mo illud qđ dictũ eſt in p̄mo huius ꝙ enunctiatio diciꝫ vna dupliciꝫ. Una ſimpliciter ꝛ vna cõiunctiõe. Enunctiatio vna ſimpliciter eſt illa in qua predicaꝫ vnũ nomẽ vniuocũ vniuoce tentũ de vno ſolo vniuoce tento. Ex quo ſequiꝫ ꝙ ad hoc ꝙ enũctiatio ſit vna ſimpliciter non ſufficit ꝙ in ea prediceꝫ vnum predicatum de vno ſubiecto. aut vna vox de vna voce ſimplici. Nec etiam ꝙ predicetur vniuocum vniuoce tentum de vniuoco vniuoce tento. Nec requiriꝫ ꝙ ſubijciatur vel predicetur equiuocum equiuoce tentum de vno nomine nõ equiuoce tento. Enunctiatio vna coniunctione eſt duplex. qa quedam eſt coniunctione vna terminorum. alia eſt propoſitionum. Enunctiatio vna coniunctione terminorum eſt duplex⁹ quia quedã eſt in qua termini ſe habent ſicut determinatio ꝛ determinabile. vel ſicut actus ꝛ potentia. vt dicendo. Socrates eſt homo albus. Alia eſt in qua termini cõiunguntur adinuicem per aliquam coniunctionem. vel per aliquod aduerbium ſibi equiualens. Et quodlibet iſtorum modorum tripliciter poteſt fieri ſubijciẽdo tm̄ vel p̄dicando tm̄. vel ſubijciendo ꝛ p̄dicãdo ſimul ¶ Secundo ſupponitur ꝙ enunctiatio plures que opponitur enunctiationi vne eſt multiplex. quia quedam eſt in qua poniꝫ terminus equocus equiuoce tentus. Alia eſt in qua ponunꝫ plures termini incõiũcte ſumpti ex parte alicuius extremi vel amboꝝ. Et alia eſt in qua ſummunꝫ plures propoſitiones inconiuncte.

His ſuppoſitis diciꝫ p̄mo ꝙ om̄is illa enunctiatio dicitur vna in qua ſubiectũ ꝛ predicatum non tenentur equiuoce. nec ſunt multa ſumpta cum coniunctione explicite vel implicite poſita. nec multa ſine coniunctione ex quibus non eſt natum fieri vnũ per ſe. Ex illis autem fit vnum per ſe in propoſito que ſe habent per modum actus ꝛ potentie vel per modum determinationis ꝛ determinationis. ꝛ determinabilis. Ex quo ſequitur ꝙ ex homine ꝛ albo fit vnum per ſe.

¶ Secūdo ſppponiꝛ ꝙ ex quanto ⁊ albo etiā fit vnū per ſe. qa albū ineſt
ſuo ſubiecto mediante quantitate. Tercio ſequiꝛ ꝙ ex albo muſico nō fit
vnū per ſe. qa vnū nō eſt determinatio alterius. nec vnū ineſt ſubiecto me
diāte altero. Quarto ſequiꝛ ꝙ iſta enūctiatio eſt ſimpliciter vna. ſocrates
eſt homo albus. ⁊ ſimiliter iſta. animal albū eſt muſicū. ⁊ iſta. homo alb⁹
eſt homo muſicus. ſocrates eſt homo quantus albus. cū in iſtis ſit vni-
tas extremi ſufficiens ad vnitatē enunctiationis. Et ſi arguaꝛ qa hoc hect⁹
dicit. Si ex his q̄ ſubicis ⁊ ꝑdicas nō fiat vnū ſicut ex ſubſtantia animata
ſenſibili nō eſt enunctiatio vna. Dicendū eſt ꝙ ſicut nō dicit omnimodaꝫ
ſimilitudinē. ſed dicit ſolū ſimilitudinē in hoc ꝙ ſicut primū ſe habet vt
actus vel determinatio. ⁊ ſequens vt potentia. ita etiā in ꝓpoſito. Dicitur
ſecundo ꝙ enunctiatio plures nō eſt enunctiatio. licet enunctiatio ſit enū
ctiatio plures. Prima pars patet qa idem eſt enunctiatio ⁊ enunctiatio
vna. vt vult philoſophus p̄mo elenchoꝝ. Sed enunctiatio plures nō eſt
enunctiatio vna. ergo enunctiatio plures nō eſt enunctiatio. Unde ſicut
iſta negatur. animal pictum eſt animal. ita iſta debet negari. enunctiatio
plures eſt enunctiatio. ꝓpter iſtā regulā. talia ſunt ſubiecta ⁊c. Secunda
pars patet per eandē regulā. Unde ſicut iſta concediꝛ. animal eſt animal
pictū. ita iſta debet cōcidi. enunctiatio eſt enunctiatio plures. Sed tūc eſt
dubiū quō cōuerteē illa enunctiatio eſt enunctiatio plures. Nō eñ po-
teſt cōuerti in aliā q̄ꝫ in iſtā. enunctiatio plures eſt enunctiatio. Sed ipſa
eſt vera. ergo ⁊ iſta. qḋ eſt cōtra p̄mā partē. Ad hoc dicendū eſt ꝙ quan-
documq̄ꝫ in ſubiecto alicuius ꝓpoſitionis poniꝛ termin⁹ equiuocus a cō-
ſilio ſupponens pro ſignificato minus p̄ncipali. tūc ſi ꝓpoſitio illa debe-
at cōuerti ꝓprie oportet illi termino addere in cōuertente aliquā determi-
nationē. que faciet illū terminū teneri in ea pro ſignificato minus p̄ncipa-
li. ſicut tenebaꝛ in cōuerſa. Ex quo infero p̄mo ꝙ hec ꝓpoſitio. enunctia-
tio eſt enunctiatio plures male cōuertiꝛ in iſtā. enūctiatio plures eſt enū
ctiatio. qa p̄ma eſt vera ⁊ ſecunda eſt falſa. Secūdo infero ꝙ ſic bene con
uertiꝛ. enunctiatio eſt enunctiatio plures. ergo enunctiatio plures eſt enū
ctiatio plures. Et ſimiliꝛ diceret de iſta. homo eſt homo mortuus. que de
bet cōuerti in iſtā. homo mortuus eſt homo mortuus. ⁊ nō in iſtā. ho-
mo mortuus eſt homo. qa ipa eſt falſa. ⁊ prima vera.

## Secunda difficultas Utrū a diui

ſis ad cōiuncta ⁊ ecōtra ſit formalis cōſequentia. ¶ Pro cuius ſolutione

# cū̄ reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

ſupponit̄ p̄mo ꝙ aliqua p̄dicata poſſunt dici cōiuncta dupliciter. Vno
modo. q̄a coniungunt̄ per aliquā coniunctionem poſitā intrinſeca. vt ſo
crates eſt albus ⁊ muſicus. Secūdo modo poſſunt dici cōiuncta per ne
gationē medij alicuius copulantis vel cō iungentis ea. ⁊ ſic illa dicunt̄ cō
iuncta quoꝝ vnū immediate addit̄ alteri. vt dicendo. homo albus. Et ſi
militer aliqua p̄dicata poſſunt dici diuiſa dupliciter. Vno modo ꝑ poſi
tionē alicuius mediantis inter ea. vt ſocrates eſt homo ⁊ alb⁹. Alio mo
do per negationē alicuius copulantis aut diſiungētis. vt ſocrates eſt ho
mo alb⁹ ambulās. ¶ Scd̄o ſupponit̄ ꝙ in ꝓpoſito p̄dicata dicūt̄ ſummi
diuiſim. que ſummunt̄ cū cōiunctione media ⁊ cōiunctim que ſummūt̄
ſine cōiunctione. Tercio ſupponit ꝙ arguēdo a diuiſis ad coniuncta eſt
arguere a pluribus p̄dicatis diuiſim ſumptis per cōiunctionē mediā ad
eadē p̄dicata ſumpta cōiunctim ſine cōiunctione. Et arguere a coniūctis
ad diuiſa eſt arguere econtra.

His ſuppoſitis dicit̄ p̄mo ꝙ argu-
ere a diuiſis ad cōiuncta aut econtra. vt accipit̄ in ꝓpoſito nō eſt cōſequē
tia formalis. patet p̄mo. q̄a nō tenet arguendo a parte ſubiecti. Patet. ſe
cundo. q̄a nō tenet in om̄ibus terminis a parte p̄dicati. vt patuit exponē
do textū. Dicit̄ ſecūdo ꝙ eſt bona cōſequētia materialis. patet. q̄a in mul
tis oppoſitū cōſequētis poteſt ſtare cū antecedēte. Et ſi querat̄. quō po
teſt ſciri quādo valeat cōſequētia ⁊ quādo nō. Dicit̄ p̄mo ꝙ poteſt ſciri ꝑ
hoc ꝙ ſemꝑ eſt bona cōſequētia ſuppoſita grāmaticali cōgruitate orati
onis. ⁊ nō variata ſignificatiōe aut ſuppoſitione termini quādo ſummit̄
cōiunctim ⁊ diuiſim. ¶ His cōditionibus obſeruatis eſt formalis conſe
quētia. nec poteſt fieri inſtantia. Dicit̄ ſecūdo ꝙ poteſt ſciri ꝑ diuiſionē p̄
dicatoꝝ. Nā vel p̄dicata ſūt cōuertibilia. ⁊ ſic nō valet cōſequētia ꝓpt̄ nu
gationē. Vel nō ſunt cōuertibilia. ⁊ hoc duplicit̄. q̄a vel magis cōmune p̄
cedit. vel ſequit̄. Si ſequit̄ nunq̄ȝ valet cōſequētia. Si p̄cedit hoc eſt dupli
citer. q̄a vel ambo ſunt ſubſtantialia vel accidentalia. Si ſubſtantialia ſic
ſemꝑ eſt bona cōſequētia. Si accidētalia hoc ē duplicit̄. vel q̄a cōueniūt
ſubiecto equaliter. ita ꝙ vnū nō ineſt per alterū. ⁊ ſic nō valet cōſequētia.
Vel vnū prius ineſt alteri. ita ꝙ alterū ineſt per ip̄m. Et hoc duplicit̄. q̄a
vel poſterius p̄ponit̄ priori arguēdo ⁊ ſic nō valet cōſequētia. vel poſtpo
nitur. ⁊ ſic eſt bona cōſequētia. Sed cōtra illud qđ dictū eſt ꝙ ſi ambo p̄
dicata ſint ſubſtātialia ⁊ magis cōmune p̄cedit minus cōmune ſemꝑ eſt

bona cõſequẽtia arguit. q̃a in tali cõſequẽtia ſemꝑ cõmittit nugatio. igit nõ eſt bona cõſequẽtia. Antecedẽs ꝓbat. q̃a in antecedẽte inferiꝰ immediate addit ſuo ſuperiori. Sed vt dicit philoſophꝰ ſexto topicoꝝ. dicto vniuerſali ſi ſibi addat particulare eſt nugatio. igit poſſet etiã ꝓbari aliũde. q̃a ſi loco noĩm ponãt ſue diffinitiões manifeſtũ ẽ ꝙ erit nugatio. igit talis cõſequẽtia nõ valet. Dicit tercio ꝙ poteſt ſciri ꝑ cõditiões poſitas in textu. Prima ꝙ arguẽdo a diuiſis ad cõiũcta diuiſa nõ dicant ſcðm accidens de ſeinuicẽ vel de vno tercio. Illa aũt dicũt ſcðm accidẽs ſcðm intẽtionẽ philoſophi. quoꝝ vnũ ineſt alteri ꝑ aliqð terciũ. cui etiã ineſt vt albũ ineſt dulci ſcðm accidens. eo ꝙ ambo inſunt eidẽ tercio. ſcilicet lacti. Et ſimilit bonũ ꝛ citharedũ p̄dicant de ſeinuicẽ ſcðm accidẽs. eo ꝙ p̄dicantur de ſeinuicẽ ꝓpt qð p̄dicant de aliquo ſubiecto eodẽ. Ex quo ſequit primo ꝙ p̄dicari ſm accidẽs in ꝓpoſito nõ eſt p̄dicari cõtingent de aliquo. q̃a ſi dicat. ſocrates eſt albus. albũ p̄dicat ꝯtingent de ſocrate. ꝛ tamẽ p̄dicat ꝑ ſe de eo. Secũdo ſequit ꝙ ſtat aliqua duo p̄dicari omĩno ꝯtingent de eodẽ ſubiecto ꝛ etiã de ſeinuicẽ. ꝛ tamẽ vnũ p̄dicari de alio ꝑ ſe. vt patet dicẽdo. quantũ eſt albũ. Et ſi arguat. Hec cõſequẽtia eſt bona. ſocrates eſt albꝰ ꝛ muſicꝰ. ergo eſt albꝰ muſicꝰ. eo ꝙ oppoſitum cõſequẽtis nõ ſtat cũ antecedẽte. ꝛ tamẽ p̄dicata diuiſim ſumpta dicũt de ſeinuicẽ ſcðm accidẽs ꝛ etiã de tercio. igit illa p̄ma cõditio nõ eſt bona. Dicit vno modo negãdo ꝙ oppoſitũ cõſequẽtis nõ ſtat cũ antecedẽte. ſtat eñ ꝙ ſocrates nõ ſit muſicus albꝰ. ꝛ tamẽ ꝙ ſit albus ꝛ muſicꝰ. Alio modo dicit ꝙ ſi nõ ſtet. cõſequẽtia eſt bona. ſed nõ virtute huiꝰ ꝙ arguit a diuiſis ad cõiũcta. Secunda ꝯditio quã innuit phũs eſt ꝙ nõ implicet idẽ. aut ꝙ ſecũdum nõ implicet in p̄mo. Arguẽdo ꝟo a coniũctis ad diuiſa etiã ſunt due conditiões. Prima ꝙ nõ ſit repugnãtia in adiecto. Dicit aũt eſſe repugnãtia in adiecto ꝙ vnũ p̄dicatũ ſcilicet ſecũdũ qð alteri addit infert cõtradictoriũ eius cui addat. Secũda cõditio ꝙ vnũ nõ p̄dicet ꝑ alterũ. ſic ſcilicet ꝙ ipo ſecluſo nõ plus p̄dicet. q̃a tũc p̄dicat ſcðm qd. Ex p̄dictis patet ꝙ ſi debite arguat a diuiſis ad cõiũcta aut ecõtra eſt cõſequẽtia formalis. Sed ſi indebite arguat a diuiſis ad coniuncta fit fallatia accidentis. Et ſi a coniunctis ad diuiſa fit fallatia ſcðm qd ad ſimpliciter.

## Tercia difficultas. Utrũ hec cõſe

quẽtia valeat. ſocrates eſt homo mortuus. ergo ſocrates non eſt homo. Vel hec. ſocrates eſt homo mortuꝰ. ergo ſocrates eſt homo. ¶ Pro cuiꝰ ſolutiõe ſupponit ꝙ mortuũ accipit dupliciter. Uno mõ prout importet

ꝑuatione vite in ſubiecto ſiue in corꝑe qḋ priꝰ habuit vitā. ſicut cecū im-
portat ꝑuationē viſus in oculo q̄ prius habuit viſum. Et ſic mortuū eſt
nomē diſtrahēs ⁊ diminuēs de ratiōe hoīs. ⁊ nō eſt participiū amplians
Et ſi addat᷑ hoī eſt repugnātia in adiecto. nec poteſt verificari de hoīe aut
aliquo aīali vt ſic. ſed ſolū de corꝑe ꝑuato aīa. ſicut eſt cadauer mortuū. ⁊
hoc modo accipit phs in textu p̄cedēti. Sic etiā debet accipi cū dicit᷑ cō-
munit᷑ ꝙ diminuit de ratiōe hoīs ⁊ eſt determinātio diſtrahēs. ⁊ tunc ar-
guēdo ab hoīe mortuo ad hoīem ſimplicit᷑ eſt fallatia a ſm qd ad ſimpli-
citer. Alio modo accipit᷑ mortuū vt eſt participiū p̄teriti tēporis deſcen-
dens ab hoc verbo morior iris amplians ad p̄ſentia ⁊ p̄terita non magis
diminuēs aut diſtrahēs aut importās repugnātiā in adiecto q̄ȝ qḋcūq̄
aliud participiū. ⁊ ſic nō poteſt verificari de corꝑe ꝑuato vita. ſed ſolū de
aīali ſiue cōpoſito ex corꝑe ⁊ anima. ⁊ hoc mō nō accipit phus. nec debet
accipi cōmunit᷑. cū multa dicant᷑ de hac dictiōe mortuū. Qꝫ aūt mortuꝰ
ſic poſſet accipi. probat᷑ duplicit᷑. Primo q̄a hec ꝓpoſitio cōmunit᷑ cōce-
dit᷑. aliq̄s homo eſt mortuꝰ. ⁊ ſi ſemꝑ diminueret ⁊ diſtraheret ⁊ inferret
cōtradictoriū illiꝰ cui addit᷑. ſequeret᷑ ꝙ aliq̄s homo nō eſſet homo. qḋ eſt
implicatio cōtradictionis. Secūdo ſic. Hec cōcedit᷑. Ceſar eſt mortuus.
aut ergo accipit᷑ ceſar ꝓ aggregato ex corꝑe ⁊ anima. aut ꝓ corꝑe tm̄. nō
poteſt dici ſecūdū. q̄a corpus ceſaris nō eſt nūc. ergo de eo nō poteſt dici
ꝙ ſit mortuū. Ex his dicit᷑ ꝙ ſi mortuū accipiat᷑ p̄mo modo hec cōſequē-
tia eſt bona. ſocrates eſt homo mortuus. ergo ſocrates nō eſt homo. pa-
tet. q̄a ſubiectū includit repugnātiā in adiecto. ⁊ hoc vult dicere phs. Eſt
autem aduertendū ꝙ ſocrates ⁊ homo mortuꝰ poſſunt accipi duplicit᷑.
Uno modo ꝓ cōpoſito ex corꝑe ⁊ anima. ⁊ ſic nec mortuū nec hō mortu-
us accipiēdo mortuū p̄mo modo p̄dicat᷑ de ſocrate ⁊ homine. vt dictum
eſt. Alio modo poteſt accipi ꝓprie ⁊ equoce pro altera parte cōpoſiti. ſci-
licet ꝓ corꝑe in quo prius fuit vita. ⁊ ſic mortuū bene p̄dicat᷑ de ipis. Di-
citur ſecūdo ꝙ ſi accipiat᷑ mortuū ſecūdo mō iſta cōſequētia eſt bona. ſo-
crates eſt hō mortuꝰ. ergo ſocrates eſt hō. patet. q̄a bene ſequit᷑. ſocrates
eſt hō mortuꝰ. ergo ſocrates fuit homo. q̄a nihil eſt homo mortuꝰ niſi
prius fuerit homo. Et vltra. ſocrates fuit homo. ergo ſocrates eſt hō. er-
go de p̄mo ad vltimū bene ſequit᷑. ſocrates eſt hō mortuꝰ. ergo ſocrates
eſt homo. Secūda cōſequētia patet. q̄a in ꝓpoſitiōibꝰ que ſunt ꝑpetue ve-
ritatis a ꝓpoſitiōe de p̄terito ad propoſitiones de preſenti eſt bona con-
ſeq̄ntia ⁊ ecōtra. Sed iſta. Socrates eſt homo eſt perpetue veritatis. igit᷑

Sed cōtra iſtud dictū obijcit᷑.q͂a antecedēs illius cōſequentie poteſt eſſe verū.cōſequente exiſtente falſo.igit᷑ illa cōſequētia nō valet.Antecedēs ꝓbatur.q͂a cū ꝑdicatū antecedētis ſit terminus ampliatiuus.ampliat ſubiectū ad id qđ eſt vel fuit.Sed ꝑdicatū cōſequētis nō eſt t᷑min⁹ ampliatiuus.⁊ ſic ſubiectū ſtat ſolū pro eo qđ eſt.Ad hoc dicit᷑ ꝙ q͂a cōſequēs eſt ꝓpoſitio neceſſaria nō oportet ſubiectū eius exiſtere.

**Quarta difficultas. Utrū iſta ꝓ**poſitio ſit ꝑ ſe. homo eſt alb⁹. ⁊ iſta ꝑ accidēs.albū eſt muſicū. hō eſt hō alb⁹.homo albus eſt homo albus.homo albus eſt colorat⁹. ¶ Pro cuius ſolutiōe ſupponit᷑ ꝑmo ꝙ aliqua ꝓpoſitio ꝑ ſe aut ꝑ accidēs accipit᷑ multis modis. Primo accipit᷑ ꝑ ſe.q͂a ꝑdicatū eius cadit in diffinitione ſubiecti.aut ecōtra ſubiectū cadit in diffinitiōe ꝑdicati.Et hoc modo ꝓpoſitiōes ꝑmi modi ⁊ ſecūdi modi dicēdi ꝑ ſe ſunt ꝓpoſitiōes ꝑ ſe.⁊ omnes tales ſunt neceſſarie.q͂a in eis eſt habitudo neceſſaria vnius extremi ad alterū.⁊ ꝑ oppoſitū dicit᷑ ꝓpoſitio ꝑ accidēs quādo nec ꝑdicatū includitur in diffinitiōe ſubiecti.nec ſubiectū in diffinitione ꝑdicati.Et de iſtis loquit᷑ philoſophus ꝑmo poſterioꝝ vbi dicit. Quecūq꜒ neutralit᷑ inſunt per accidēs inſunt. Hoc eſt.ꝓpoſitiōes quarū ꝑdicata nō inſunt ſubiectis ꝑmo modo.nec ſecūdo modo dicēdi ꝑ ſe ſunt per accidēs. Secūdo modo aliqua ꝓpoſitio dicit᷑ ꝑ ſe.q͂a in eius ſubiecto includit᷑ prima ratio inherentie ꝑdicati ſiue ſit neceſſaria ſiue cōtingens. ⁊ hoc modo iſte ſunt per ſe.volūtas vult calidū calefacit.rationale ratiocinat᷑.Et ꝑ oppoſitū illa ꝓpoſitio dicit᷑ ꝑ accidēs in cuius ſubiecto nō includit᷑ ratio prima inherentie ꝑdicati.Et iſto modo philoſophus vult iſtas ꝑ accidens ſcđo phiſicoꝝ. Policletus domificat.albū domificat. Tercio modo aliqua ꝓpoſitio dicit᷑ ꝑ ſe cuius ꝑdicatū accidit ſubiecto ⁊ nō ecōtra.⁊ ꝑ oppoſitū ꝓpoſitio ꝑ accidēs dicit᷑ cuius ſubiectū accidit ꝑdicato.Et iſto modo cepit philoſophus ꝑmo poſterioꝝ quādo dicit ꝙ iſta eſt ꝑ ſe.Lignū eſt albū.⁊ iſta eſt ꝑ accidēs albū eſt lignū. Quarto modo aliqua ꝓpoſitio poteſt dici ꝑ ſe.q͂a de ſubiecto ratione ſui.⁊ non ratione alicuius alterius ꝑdicatū eſt verificabile.⁊ per oppoſitū ſui ꝓpoſitio dicit᷑ ꝑ accidēs in qua de ſubiecto non ratione ſui.ſed ratiōe alicuius tercij cui ambo cōueniunt eſt verificabile ꝑdicatū.⁊ hoc modo accipit philoſophus in textu ꝑcedēti. ¶ Secūdo ſupponit᷑ ꝙ quotiēſcūq꜒ extremū alicuius ꝓpoſitiōis eſt aggregatū ex rebus diuerſarū naturarū talis ꝓpoſitio eſt cōtingēs.patet.q͂a ſubiectū ⁊ ꝑdicatū talis ꝓpoſitiōis nō ſunt idē ꝑ ſe.vt vult cōmētator ſe-

cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

cūdo methaphiſice cōmēto vigeſimo. ⁊ ſimilit̄ quādo ambo extrema ſūt aggregata ex rebus diuerſarum naturarum.

His ſuppoſitis dicit̄ p̄mo q̄ q̄uis hec ꝓpoſitio. homo eſt albus nō ſit ꝓpoſitio p ſe p̄mo modo aut ſecūdo modo. tamē eſt ꝓpoſitio p ſe tercio ⁊ quarto modis. Prima pars eſt nota ex dictis. Secūdo ꝓbat̄ quo ad terciū modū. qa p̄dicatū accidit ſubiecto. Sed quo ad quartū patet etiā. qa albū nō accidit hoī ratiōe alicuius alterius. ſed ratione ſui. igit̄. Dicit̄ ſecūdo q̄ oēs alie ꝓpoſitiōes ſunt ꝓpoſitiōes p accedēs. ꝓbat̄ qa cuiuſlibet earū alterū extremū. vel ambo extrema eſt aggregatū vel aggregata ex rebus diuerſarū naturarū. igit̄ quelibet earū eſt p accidēs. Et cōfirmat̄ iſtud auctoritate cōmētatoris ſeptimo methaphiſice cōmēto duodecimo dicētis. queniā albus ⁊ homo muſicus ſignificant diuerſas naturas ſcilicet hoīem ⁊ albedinē. vel hoīem ⁊ muſicū. ideo ſermo ex eis cōpoſitus nō eſt idem ⁊ p ſe. neq̄ʒ habēt vnā diffinitionē. Ex his infert̄ q̄ ad p̄dicationē p ſe nō ſufficit ydēptitas extremoꝝ cōpoſitiōis. ſed reqrit̄ q̄ q̄libet extremū ꝓpoſitiōis ſit p ſe vnū. Dicit̄ tercio q̄ iſta ꝓpoſitio. albū eſt muſicū eſt p accidēs quarto modo. patet. p̄dicatū nō eſt verificabile de ſubiecto ratione ſui. ſed ratiōe alicuius tercij. cui ambo inſunt. Unde dicit cōmētator. albū ⁊ muſicū ſunt eadē p accidens ꝓpter hoc qa cōiungunt̄ in eodē per qd̄ ip̄a fiunt eadem.

Cōcluſio reſpōſalis. A diuiſis ad cōiuncta ⁊ ecōtra debite arguēdo. videlicet a parte p̄dicati nō variādo cōgruitatē ſermonis. nec ſignificationē aut ſuppoſitionē. aut aliquā aliā ꝓprietatē logicalē eſt formalis cōſequētia. Hec cōcluſio patet ex dictis.

Ad ratiōes. Ad p̄mā ⁊ ſecūdā ⁊ earū cōfirmatiōes patet ſolutio ex dictis. Uel dicit̄ ad p̄mā q̄ non arguat̄ in enūctiationibus diuiſis ad cōpoſitas. ſed in predicatis diuiſis.

Ad terciā dicit̄ quo ad p̄mā parteʒ ſimiliter patet ſolutio. ſed quo ad vltimā dicit̄ q̄ res in tranſmutatōe ſubſtantiali amittit nomē ⁊ rationē. ad iſtū ſenſum q̄ materia amittit formā ſubſtātialem quā prius habuit. nō tamē oportet intelligere q̄ res aliqua poſt ꝑtrāſmutationē ſubſtantialem non nominetur eodem nomine ſicut prius. aut q̄ non habuit eandem diffinitionem quam prius habuit

Ad quartā dicit̄ negando antecedens. Et ad ꝓbationē ſimilit̄ negādo antecedēs. Vnde omēs ille ꝓpoſitiones ſunt cōtingētes. Et ad dictū bohecij dicendū eſt ꝙ illud eſt verū in ꝓpoſitiōibus quarū ambo extrema ſunt qd vnū ꝑ ſe. ⁊ ſimilit̄ dicendū eſt ad regulā ſcoti. Vnde eſt alia regula eiuſdē. ꝙ quādo tūc partes alicuꝰ extremi in ſunt ſibijnuicē cōtingent̄ tota ꝓpoſitio eſt cōtingens. Ad cōfirmationē dicit̄ ꝙ q̄uis homo nō poſſit abeſſe homini: tamē abeſt homini albo. vt notū eſt. Similit̄ homo albꝰ poteſt abeſſe homini quādo abeſt homini albo. ⁊ quāuis homo albꝰ nō poſſit abeſſe homini albo ipo homine albo exiſtēte. tamē nō ſequit̄ ꝙ illa nō ſit in materia contingenti.

# His vero det̄minatis.

Iſte eſt ſecūdus tractatꝰ huiꝰ libri. in quo phs det̄minat de oppoſitionibus ⁊ cōſequētijs ꝓpoſitionū modaliū. Et diuidit̄ in tria capl'a. In p̄mo det̄minat de oppoſitōe earū. Et diuidit̄ in duas partes partiales. In primo intendit intentū cōtinuādo dicta dicēdis dicēs. ꝙ determinatis his ſcilicet oppoſitiōibus ⁊ cōſequētijs enūctiationū nō ponit̄ modus. ꝓſpiciendū eſt. id eſt poſtea inſpiciendū quō ſe habēt affirmatiōes ⁊ negationes ad inuicē que ſunt de modo vt de poſſibili. cōtingēti. impoſſibili et neceſſaria. Et huiꝰ dat rationē. q̄a tales ꝓpoſitiōes habent dubitationes aliquas alias ab illis de ineſſe. In ſecūda parte arguit ꝓ vtraq₃ parte cuiuſdā queſtionis que poſſet moueri. Vtrū videlicet ad ſummēdū cōtradictoria ꝓpoſitionū modaliū negatio debeat ferri ad verbū vel ad modū Deinde ſoluit illā queſtionē. Primo ergo ꝓbat ꝙ ſit referrenda ad verbū tali ratione. in ꝓpoſitiōibus de ineſſe ad ſummēdū cōtradictoria negatio referrenda ad verbū. ergo. Similit̄ in modalibus. Antecedēs probat. q̄a huius affirmatiōis eſt homo negatio eſt iſta. nō eſt homo. Similit̄ iſtiꝰ affirmatiōis. eſt albus homo negatio eſt iſta. nō eſt albus hō. ⁊ non iſta eſt nō albus homo. qđ patet. q̄a ſi iſta. eſt nō albus homo ſit negatio huius affirmatiōis. eſt albus hō tūc ſequeret̄ ꝙ ſi iſta eſt falſa. Lignū eſt homo albus. iſta erit vera. lignū eſt homo nō albus. qđ eſt falſum. q̄a ſunt ſimul falſe. Secūdo ꝓbat. In ꝓpoſitiōibus in q̄bus ponit̄ aliud verbum ab hoc verbo eſt ⁊ dicit ꝙ in illis ſimilit̄ ſummit̄ cōtradictio ſicut in illis de hoc verbo eſt. vt huius affirmatiōis. ambulat homo. ⁊ nō illa. ambu

# cū̄ reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

lat nō homo. q̄a nihil refert dicere hominē ambulare. ⁊ hoc ambulantē
eſſe. neq̄ʒ etiā ambulat homo. ⁊ eſt ambulans homo. Ex q̄bus cōcludit
ꝙ ſi ſit ſimile in om̄ibus negatio ſiue cōtradictio iſtius. poſſibile eſt eſſe.
erit iſta. poſſibile eſt nō eſſe. ⁊ nō iſta. nō poſſibile eſt eſſe. Secūdo ꝓbat
ꝙ negatio dicit̄ ferri ad modū ⁊ nō ad verbū tali ratione. Impoſſibile eſt
ꝓpoſitiōes cōtradictorias eſſe ſimul veras. ſed ſi in modalibus ad ſum-
mēdū ꝯtradictorias negatio fert̄ ad v̄bū. ꝯtradictorie eſſent ſimul vere. igit̄
ad cōtradicendū in eis negatio nō eſt ferrēda ad verbū. ⁊ ꝑ cōſequēs fer-
rēda eſt ad modū. Minor ꝓbat̄. q̄a iſte due ſunt ſimul vere. poſſibile eſt
eſſe. poſſibile eſt nō eſſe. Similit̄. poſſibile eſt diuidi. poſſibile eſt nō diui-
di. ⁊ poſſibile eſt ambulare. ⁊ poſſibile eſt nō ambulare. De p̄mis patet.
q̄a illud qd̄ eſt poſſibile qd̄ cū ſit ad vtrūlibet nō ſemꝑ eſt actu. ergo ip̄m
poteſt eſſe ⁊ nō eſſe. Similit̄ illud qd̄ eſt ambulare cum nō ſit ip̄m neceſſe
ambulare poteſt nō ambulare. ⁊ illud qd̄ eſt impoſſibile poteſt nō videre
Cōſequent̄ repetit p̄dictā rationē. dicūt tamē aliqui ꝙ eſt ſecūda ratio ad
ꝓbandū idē dicēs. vel cōtradictio in modalibus nō ſummit̄ ponēdo ne-
gationē ad dictū ſiue ad verbū. vel idem ſimul ⁊ ſemel affirmabit̄ ⁊ nega-
bit̄ de eodē. ſed ſecūdū eſt impoſſibile. ergo primū eſt eligendū. ¶ Pro ſo-
lutione queſtiōis huius intendit philoſophus talē cōcluſionē. ad ſum-
mendū cōtradictoria in modalibus neceſſe eſt negationē ferri ad modū
Probat dupliciter. Primo exēplis. q̄a cōtradictoria hui⁹. poſſibile eſt eſſe
eſt hec. nō poſſibile eſt eſſe. ⁊ iſtius. cōtingens eſt eſſe ꝯtradictoria eſt hec
nō cōtingēs eſt eſſe. ⁊ ſimile eſt de poſſibili ⁊ neceſſario. igit̄. Secūdo pro-
bat tali ratiōe. Sicut ſe habet eſſe ad nō eſſe ī illis de ineſſe. ita ſe habet mo-
dus in modalibus. ſed in illis de ineſſe ſummit̄ cōditio ponēdo negatio-
nē ad eſſe. ergo in modalibus ſummit̄ cōtradictio ponēdo negationē ad
modū. Maiorē ꝓbat. q̄a ſicut in illis de ineſſe eſſe ⁊ nō eſſe ſunt oppoſiti-
ones. id eſt p̄dicata ⁊ res ſunt ſubiecta. ſic in modalib⁹ eſſe ⁊ nō eſſe ſubie-
cta ⁊ modi ſunt oppoſitiōes ip̄a determinātes. id eſt ſunt p̄dicata cōtradi-
ctorie. ergo iſtius. poſſibile eſt nō eſſe negatio eſt iſta. nō poſſibile eſt non
eſſe. Et iſte non contradicunt. poſſibile eſt eſſe. poſſibile eſt non eſſe. q̄a ſe-
quunt̄ ad ſeinuicem. Sed iſte contradicunt. poſſibile eſt eſſe ⁊ nō poſſibi-
le eſt eſſe. Similiter contradictio huius. neceſſe eſt eſſe nō eſt iſta. neceſſe
eſt non eſſe. Sed iſta. non neceſſe eſt eſſe. Et iſtius. neceſſarium eſt nō eſſe
contradictoria eſt iſta. non neceſſarium eſt non eſſe.

Similiter iſtius. Impoſſibile eſt eſſe cõtradictoria nõ eſt iſta. impoſſibile eſt nõ eſſe. ſed iſta. nõ impoſſibile eſt eſſe. Et iſtius, que eſt impoſſibile, ē nõ eſſe. negatio eſt iſta. nõ impoſſibile eſt nõ eſſe. ¶ Cõſequent̄ concludit vniuerſaliter. ergo ad habẽdũ cõtradictionẽ in modalibus negatio eſt ferenda ad modũ. vt patet dicẽdo. poſſibile nõ poſſibile. cõtingens nõ contingens. impoſſibile nõ impoſſibile. neceſſariũ nõ neceſſariũ. verum non verum. ⁊ cetera.

# Conſequẽtia vo ⁊ cet

Iſtud eſt ſecundũ caplm. In quo philoſophus determinat de eq̄pollẽtijs ⁊ conſequentijs ꝓpoſitionũ modaliũ. Et diuidit̄ in duas partes. In p̄ma determinat de eq̄pollentijs ꝓpoſitionũ modaliũ ſcd̄m opinionem antiquoꝝ ponẽdo quattuor regulas ſcd̄m aliquos. Prima eſt ꝙ ille ꝓpoſitiões eq̄pollent. poſſibile eſt eſſe. cõtingens eſt eſſe. Nõ ipoſſibile eſt eſſe. nõ neceſſe eſt eſſe. Secũda regula. iſte eq̄pollent. poſſibile eſt nõ eſſe. cõtingens eſt nõ eſſe. nõ impoſſibile eſt nõ eſſe. nõ neceſſe eſt eſſe. Tercia regula. iſte eq̄pollent. Nõ poſſibile eſt eſſe. nõ cõtingens eſt eſſe. impoſſibile ē eſſe. neceſſe eſt nõ eſſe. Quarta regula. iſte eq̄pollent. nõ poſſibile eſt nõ eſſe nõ cõtingens eſt nõ eſſe. impoſſibile eſt non eſſe. neceſſe eſt eſſe. Et iſta patent in quadã figura que poteſt hic ſubſcribi. In ſecũda parte determinat de eq̄pollentia earũ ſcd̄m opinionẽ ꝓpriã. Et diuidit̄ in tres particulas: In p̄ma particula oſtẽdit ī q̄ antiq̄ bene dixerũt ꝙ bene ordinauerũt cõtingens poſſibile ⁊ impoſſibile faciẽdo eq̄pollẽtias ꝓpoſitionũ de poſſibili ⁊ contingenti illis de impoſſibili modo diſſimilit̄ ſe habente. q̄a poſſibile ⁊ nõ poſſibile cõtradicũt. ⁊ poſſibile ⁊ impoſſibile ⁊ cõtingẽs ⁊ nõ cõtingens. ita ſcilicet ꝙ affirmatiua de poſſibili ⁊ affirmatiua de impoſſibili cõtradicunt. Et ſimilit̄ negatiua de poſſibili ⁊ negatiua de impoſſibili. ⁊ ideo poſſibile ⁊ nõ poſſibile eq̄pollent. Similit̄ poſſibile ⁊ nõ poſſibile. In ſecũda particula oſtẽdit in q̄ antiq̄ fecerũt dicẽs ꝙ defecerũt quãtũ ad ꝓpoſitiões de neceſſario in p̄mo ⁊ ſecũdo ordinibus. Et dicit ꝙ conſiderandum eſt qualiter ſint diſponende propoſitiones de neceſſario. q̄a manifeſtum eſt ꝙ non debeant ordinari eo modo quo antiqui eas ordinauerunt. Et ſic intendit iſtam concluſionem. Contradictoria huius ꝓpoſitionis neceſſe eſt non eſſe. non eſt hec. non neceſſe eſt eſſe. Probat tribus rationibus.

# cū reſolutiõe text⁹ ad itētionē ſcoti

Prima.qa iſte ſunt ſimul vere.neceſſe eſt non eſſe.⁊ nõ neceſſe eſt eſſe.⁊ ſe-
quunt̄ ad ſeinuicē.ergo nõ ſunt cõtradictorie.cū ergo poſſibile eſſe ⁊ neceſ
ſe nõ eſſe cõtradicūt.ſequit̄ ꝙ poſſibile eſt eſſe ⁊ nõ neceſſe eſſe eq̄pollent.
nec debent poni in eodē ordine.⁊ per cõſequēs iſta.nõ neceſſe eſſe male po
nitur in p̄mo ordine.ſicut poſuerūt antiq̄.vt viſum eſt in p̄ma regula.Se
cunda ratio.neceſſariū ⁊ impoſſibile opponūt̄ contrarie.ergo eq̄pollent
poſtponendo negationē.videlicet ad coplā dicti.⁊ ꝑcõſequēs ſi in p̄mo
ordine negat̄ ipoſſibile ⁊ affirmat̄ ei⁹ dictū.etiā negat̄ neceſſe.⁊ neget̄ ei⁹ di
ctū.igit̄.Tercia ratio.Si iſte eq̄pollerent.poſſibile eſſe ⁊ nõ neceſſe eſſe tūc
cõtradictorie ſequerent̄ ad inuicē.ſed cõſequens eſt impoſſibile.igit̄.cõſe
quētia patet.qa bene ſequit̄.neceſſe eſt eſſe.ergo poſſibile eſt eſſe.⁊ vltra ꝑ
aduerſarios bene ſequit̄ poſſibile eſt eſſe.ergo non neceſſe eſt eſſe.ergo de
p̄mo ad vltimū bene ſequit̄.neceſſe eſt eſſe.ergo nõ neceſſe eſt eſſe.que int̄
ſe cõtra dicūt.Primā cõſequētiā ꝓbat qa ſi ad neceſſe eſſe nõ ſequat̄ poſſi
bile eſſe tūc cõtradictoriū eius ſequit̄.ꝙ ſimul ſtat in veritate cū antece-
dente.Sed cõtradictorium eſt iſtud.nõ poſſibile eſt eſſe.ad qđ ſequit̄ im
poſſibile eſt eſſe.qđ nõ poteſt ſtare cū neceſſe eſſe.Sic ergo philoſophus
ꝓbauit tribus rationibus ꝙ iſte nõ eq̄pollent poſſibile eſt eſſe ⁊ nõ neceſ
ſe eſt eſſe.⁊ ꝑ cõſequēs antiq̄ male repoſuerūt iſtā nõ neceſſe eſſe in p̄mo
ordine.⁊ cõſequent̄ hanc.nõ neceſſe nõ eſſe in ſecūdo ordine cū om̄es ꝓ-
poſitiões eiuſdē ordinis debeāt eſſe eq̄pollētes.In tercia particula phi-
loſophus determinat ſcđm opinionē ꝓpriā qualiter debent ordinari di
cens.ꝙ hec ꝓpoſitio nõ neceſſe nõ eſſe eq̄pollet huic.poſſibile eſt eſſe.et
ſic dicunt̄ reponi in eodē ordine.Probat duabus rationibus.Prima
ad impoſſibile nõ ſequit̄ neceſſe eſſe.nec neceſſe nõ eſſe.nec nõ neceſſe eſſe
⁊ tamē ad impoſſibile eſſe oportet ſeq̄ aliquā ꝓpoſitionē de neceſſario.er
go ſequit̄ neceſſe nõ eſſe.Prima pars maioris patet.videlicet ꝙ nõ ſequit̄
neceſſe eſſe.qa cū hoc qđ eſt poſſibile eſſe ſtat poſſibile non eſſe.ſed qđ eſt
neceſſe eſſe.nõ eſt poſſibile nõ eſſe.igit̄.Secunda pars ꝓbat̄ ſcilicet qa nõ
ſequit̄ neceſſe nõ eſſe.qa poſſibile eſſe nõ eſt neceſſe nõ eſſe.Tercia pars ꝓ
bata eſt ſuperius tribus rationibus.Secūda ratio.ad non poſſibile eſſe
ſequit̄ impoſſibile eſſe.⁊ neceſſe nõ eſſe.ergo ad poſſibile eſſe qđ eſt cõtra-
dictoriū antecedētis ſequit̄ nõ poſſibile eſſe ⁊ nõ neceſſe nõ eſſe.que ſunt
cõtradictorie cõſequētis.hāc cõſequētiā philoſophus nõ ꝓbat.ſed po-
teſt ꝓbari.qa in cõuertibilibus ſi ad antecedēs ſequat̄ cõſequens.tūc ad
oppoſitū antecedentis ſequit̄ oppoſitū conſequentis.

# Queſtiões ĩ periarmenias ariſtot

## Dubitabit aũt. ⁊ cet.

Iſtud eſt ſcđm caplm huius tractatus. in quo philoſophus ſoluit vnã dubitationẽ que eſt hec. Utrũ ad neceſſe eſſe ſequat̃ poſſibile eſſe. Et primo ꝓbat ꝙ ſic. qa ſi ad neceſſe eſſe nõ ſequat̃ poſſibile eſſe tunc contradictorium conſequentis ſtabit cum antecedente. qa qõlibet cum quolibet vel eius oppoſitũ ſtat. vt poteſt elici ex iſto textu. Similit̃ cõtradictorium cõſequẽtis eſt nõ poſſibile eſſe. qđ nõ poteſt ſtare cũ antecedente. qa ad nõ poſſibile eſſe ſequit̃ impoſſibile eſſe. modo impoſſibile eſſe ⁊ neceſſe eſſe cõtrariant̃. nec ſimul ſtant. Et ſi qs dicat ꝙ cõtradictoria huius. poſſibile eſſe nõ ſit oppoſita nõ poſſibile eſſe. tunc erit iſta. nõ poſſibile nõ eſſe ſed vtraqꝫ eſt falſa illa de neceſſario exiſtente vera. Secũdo ꝓbat partem negatiuam. videlicet qđ ad neceſſe eſſe nõ ſequat̃ poſſibile eſſe. qa illud qđ poteſt eſſe etiã poteſt nõ eſſe. qa idem videt̃ poſſibile incidi ⁊ poſſibile nõ incidi. Si ergo ad neceſſe eſſe ſequat̃ poſſibile eſſe. tunc neceſſe eſſe poſſet nõ eſſe. Tercio ſoluit hanc dubitationẽ ponendo duas diſtinctiões. Prima diſtinctio. potentiarũ quedã ſunt rationales. ⁊ iſte manẽtes eedẽ ſũt plurimoꝝ cõtrarioꝝ. id eſt potentie rationales ad oppoſita. Alie ſunt irrationales. ⁊ harũ quedã ſunt oppoſitorũ. Alie vo nõ. vt potẽtia calefactiua ignis eſt potentia naturalis. qa nõ eſt oppoſitoꝝ. Nõ em̃ poteſt nõ calefacere. Et ex iſta ratione ſoluit̃ ratio facta pro parte negatiua p interpretationem antecedentis. Nõ em̃ qđ poſſibile eſt eſſe poſſibile eſt non eſſe. Secunda diſtinctio. poſſibile dicit̃ equoce. eo ꝙ per aliud dicit̃ poſſibile qđ iam actu eſt. ſicut eſt poſſibile cõiunctũ actui. vt puta qñ aliquis actu ambulat dicit̃ habere potentiã ambulandi coniunctũ tamen actui. Aliud eſt poſſibile ante actũ. vt de illo qui nõ actu ambulat dicit̃ ꝙ poteſt ambulare. Et differunt iſta poſſibilia. qa ſcđm ſolum reperitur tam in mobilibus ꝙ̃ in immobilibus. id eſt in generabilibus ⁊ corruptibilibus. Sed primũ reperitur tam in mobilibus ꝙ̃ in immobilibus. Et ex iſta diſtinctione ſoluit predictam dubitationem dicens ꝙ ſcđm poſſibile nõ ſequit̃ ad neceſſe. ſed alterũ ſequit̃. Probat. qa ad particulare ſequit̃ vniuerſale. ſed nõ omnino. id eſt nõ vniuerſaliter. poſſibile ſequit̃ ad neceſſe. ſed ſolum poſſibile coniunctũ actu. Cõſequẽt̃ philoſophus ꝓpoſitiones modales ordinat ad inuicẽ. vt patet in quadã figura textus. ⁊ dicit ꝙ ꝓpoſitiones de neceſſario ſunt priores. ⁊ neceſſarium eſt ꝑncipiũ omniũ

cũ reſolutiõe text⁹ ad itẽtionẽ ſcoti

Probat. q̃a illa que ſemper actu ſunt ſunt priora illis que non ſemp actu ſunt. ſed neceſſariũ ſemp eſt in actu. ergo eſt prius his que nõ ſemp ſunt in actu. Conſequẽť ex p̄dictis infert quandã diuiſionẽ entiũ. que eſt hec. Triplex eſt genus entiũ. q̃a quedam ſemper ſunt actu. ſicut p̄me ſubſtantie id eſt ſubſtantie ſeparate ⁊ corpora celeſtia. Alia ſunt actu ⁊ poteſtate ⁊ illa ſunt in q̃bus actus nature prior eſt ſed tempore poſterior. Alia ſũt que nunq̃ ſunt actu ſed ſolũ poteſtate ſed illa potentia nunq̃ reducitur ad actum. ſicut continuũ eſt in potentia ad diuidi in infinitũ ſed tamen nunq̃ eſt actu diuiſum.

Circa hunc textũ queriť vtrum ad dandũ contradictionẽ in ꝓpoſitionibus modalibus requiratur ⁊ ſufficiat ponere negationem ad modum.

Arguitur p̄mo q̃ non: q̃a iſte non ſunt contradictorie. animal eſſe hominẽ eſt poſſibile. ⁊ animal eſſe hominem nõ eſt poſſibile. ⁊ tamen poniť negatio ad modũ. Et ſimiliter iſte ſũt cõtradictorie. ſocratem currere eſt poſſibile. ⁊ ſocratem currere eſt impoſſibile. ⁊ tamen in nulla ipſarũ poniť negatio. Et etiam iſte ſunt contradictorie. Socratẽ currere eſt verum. ⁊ ſocratem nõ currere nõ eſt verum. ⁊ tamen ponitur negatio ad verbum ⁊ nõ ad modum. ergo ad dandum contradictionem in modalibus nõ requiritur ⁊ ſufficit ponere negationem ad modum.

Secũdo ſic. Si ſufficeret ponere negationem ad modum iſte eſſent contradictorie. ſocratem currere eſt neceſſe. ſocratem currere nõ eſt neceſſe. ſed hoc eſt falſum. quia tunc vna cõtradictoria ſequeretur ad alteram. Nam bene ſequitur. Socratem currere eſt neceſſe. ergo ſocratem currere eſt poſſibile. vt patet in textu precedenti. Et vltra. Socratem currere eſt poſſibile. ergo ſocratem currere eſt contingens. quia poſſibile ⁊ contingens conuertuntur. Et vltra. Socratem currere eſt contingens. ergo ſocratem non currere eſt contingens. per cõuerſionem in oppoſitam qualitatem. Et vltra. Socratem nõ currere eſt contingens. ergo ſocratem currere nõ eſt neceſſe. ergo de primo ad vltimum bene ſequitur. Socratem currere eſt neceſſe. ergo ſocratem currere non eſt neceſſe.

Tercio ſic Iſte due cõtradictorie ſocratē poſſibile eſt eſſe. ſocratē poſſibile eſt nõ eſſe. ⁊ tamen nõ ponit̃ negatio ad modū. igit̃. Maior ꝓbat̃ p̄mo. qa ſicut eſt de cõtradictione ĩ ꝓpoſitiõibus de ineſſe. ita videt̃ eſſe in modalibus. ſed in illis de ineſſe oportet negationē ferri ad verbū. Secūdo. qa ſicut ſe habent iſte due. ſocrates eſt ⁊ ſocrates nõ eſt. ita iſte. ſocratē poſſibile eſt eſſe. ⁊ ſocratē nõ poſſibile eſt nõ eſſe. Sed due p̄me ſunt cõtradictorie. ergo ⁊ ſecunde.

Quarto ſic. Iſte cõtradicūt. Non ſocratē poſſibile eſt eſſe. ⁊ ſocratē eſſe eſt poſſibile. eo ꝙ nõ eſt verius dare cõtradictionē. q̃ ꝓponi referendo negationē. ſed iſta. nõ ſocratē poſſibile eſt eſſe equalet huic. ſocratē poſſibile eſt nõ eſſe. cū in ſingularibus nihil differat poſtponere aut preponere negationē. ergo iſte due ſunt cõtradictorie. ſocratē poſſibile eſt eſſe. ⁊ ſocratē poſſibile eſt nõ eſſe.

Quinto ſic. Iſte due Socratē poſſibile eſt currere. ⁊ ſocratē poſſibile eſt nõ currere ſunt due ſingulares eiuſdem ſubiecti ⁊ eiuſdē predicati. quarū p̄ma eſt affirmatiua ⁊ ſecunda negatiua. igit̃ ſunt cõtradictorie. qa ſecūda ſit negatiua. ꝓbat̃ dupliciť. quia ip̄a poteſt eſſe vera ſubiecto ꝓ nullo ſupponente. Hec em̃ eſt vera. chymerā poſſibile eſt nõ eſſe cū ſua cõtradictoria ſit falſa que eſt iſta. chymerā neceſſe eſt eſſe. ergo ip̄a eſt negatiua. tenet cõſequētia. qa nulla ꝓpoſitio cathegorica affirmatiua de p̄ſenti poteſt eſſe vera ſubiecto eius pro nullo ſupponente. Secūdo ꝓbat̃. qa ip̄a equalet vni ꝓpoſitioni ſimpliciť negatiue. ſcilicet iſti. ſocratē nõ neceſſe eſt eſſe. ergo ip̄a eſt negatiua. tenet cõſequētia. qa ſtat negatiuā eſſe verā terminis eius pro nullo ſupponentibus. ſed nõ affirmatiua. ergo nunq̃ affirmatiua equalet negatiue. Tercio qa p̄dicta ꝓpoſitio cõtradicit vni ſimpliciť affirmatiue. ſcilicet iſti. ſocratē neceſſe eſt eſſe. ergo nõ eſt affirmatiua. ſed negatiua. cõſequētia p̄ma patuit. qa tunc plures ꝓpoſitiões nõ equalentes nõ cõtradicerēt eidē. cū cuilibet affirmatiue cõtradicat aliqua negatiua. Secūdo qa due cõtradictorie poſſunt ſimul eſſe falſe. eo ꝙ ambe affirmatiue eſſent falſe ſi ſubiecta earum pro nullo ſupponerent.

In oppoſitum arguit̃ auctoritate philoſophi in textu p̄cedenti. ¶ Pro ſolutione queſtionis ⁊ declaratione

# cū reſolutiōe text⁹ ad itētionē ſcoti

textus precedentis mouent̄ aliq̄ue difficultates.

**Prima difficultas Utrū ꝓpoſitio** modalis ſit ꝓpoſitio cathegorica a ꝓpoſitiōe de ineſſe ſpecie uoce diſtincta tantū altero quattuor modoꝝ modificata. ¶ Pro cuius ſolutiōe ſuppo- nitur p̄mo ꝙ ꝓpoſitio modalis eſt illa que modificat̄ aliquo iſtoꝝ quatu- or modoꝝ poſſibile. cōtingens. impoſſibile aut neceſſe. Cuius diffinitio- nis declaratio patuit in ſumulis. Sed aliter diffinit̄ ab aliq̄bus. Propo- ſitio modalis eſt illa cuius copla eſt modificata aliquo modo que ſcd̄m aliquā ſui ſignificationē eſt verificabilis de tota ꝓpoſitione inquantū ꝓ- poſitio eſt. Ex qua diffinitione infert̄ p̄mo ꝙ ꝓpoſitio modalis cōpoſita nō eſt ꝓpoſitio modalis. patet. q̄a copla eius nō eſt modificata aliquo mo- do. Modus eīn in ea eſt totale extremū ꝓpoſitiōis. vt patet in iſta. albū eſſe nigrū eſt poſſibile. cuius ſenſus cōpoſitus eſt iſte. hec ꝓpoſitio albū eſt nigrū eſt poſſibilis. Secūdo infert̄ ꝙ licet in iſtis ꝓpoſitiōibus. homo albus currit. homo eſt animal albū. homo currit velociter ponat̄ mod⁹. tamē nō debent dici modales. patet. q̄a iſte modus nō eſt verificabilis de tota ꝓpoſitiōe. Dictū eſt aūt in illa diffinitiōe ſcd̄m aliquā ſui ſignificatio- nem. q̄a modus ſcd̄m aliā ſignificationē eſt determinatio cople. ⁊ ſcd̄m aliā verificat̄ de tota ꝓpoſitiōe. Et pro intellectu huius ſecūdo ſupponit̄. ꝙ modi faciētes ꝓpoſitionē modalē poſſunt accipi dupliciť. Uno modo ſecunde intentionaliť put dicūt poſſibilitatē. cōtingentiā. impoſſibilita- tem aut neceſſitatē ꝓpoſitiōis. ⁊ iſto modo accipiunt̄ in ꝓpoſitionib⁹ mo- dalibus cōpoſitis. Alio modo accipiunt̄ p̄me intentionaliť. Et hoc du- pliciter. Uno modo accipiunt̄ cathegorice put dicunt poſſibilitatē. con- tingentiā. impoſſibilitatē aut neceſſitatē entis. ⁊ iſto modo nō faciunt ꝓ- poſitionē modalē. ſed ſunt differentie entis. vt patet in his ꝓpoſitionib⁹ ſocrates eſt poſſibilis. chymera eſt impoſſibilis. Alio modo accipiuntur ſincathegreumatice prout dicūt poſſibilitatē. cōtingentiā ⁊ cetera vnio- nis p̄dicati cū ſubiecto. ⁊ iſto modo faciūt ꝓpoſitionē modalem diuiſam. Dictū eſt etiā in p̄dicta diffinitiōe inquantū ꝓpoſitio eſt ꝙ licet iſti modi ſcriptū prolatū pictū ⁊ cōſimiles ſint verificabiles de ꝓpoſitione. tamen hoc nō eſt inquantū ꝓpoſitio eſt. q̄a etiam poſſet verificari de aliqua alia ꝓpoſitione. ymmo etiā de voce incōplexa vt eſt notū. ¶ Tercio ſupponit̄ ꝙ ꝓpoſitio cathegorica eſt cuius partes ꝓpinque ⁊ p̄ncipales ſunt ſubie- iectū ⁊ p̄dicatū. que nec implicite nec explicite equalet ꝓpoſitiōi ypotheti

Qꝫ

ce. Et diuidit in ꝓpoſitionē cathegoricā de ineſſe. ⁊ ꝓpoſitionē modalem Quid ſit ꝓpoſitio modalis dictū eſt. Propoſitio cathegorica de ineſſe eſt illa cuius copla nō eſt modificata aliquo modo verificabili de tota ꝓpoſitione inquantū ꝓpoſitio eſt. Et dicit̄ de ineſſe. qđ debet intelligi. id eſt de ſimplici inherentia ꝑdicati ad ſubiectū. vel de ſimplici exercicio inherētie ſeu vnionis ꝑdicati cū ſubiecto. vt cū dicit̄. homo eſt albus. Denotat̄ ſimpliciter albū ineſſe homini. Sed cū dicit̄. hoīem poſſibile eſt eſſe album. denotat̄ albū poſſibiliter ineſſe homini. Sūmit̄ aūt hic ineſſe generaliter pro ineſſe affirmatiuo vel negatiuo. ⁊ ſic nō diſtinguit̄ cōtra nō eſſe. alias ꝓpoſitiōes negatiue nō dicerent̄ de ineſſe. ¶ Quarto ſupponit̄ ꝙ ad hoc ꝙ aliqͥs modus faciat ꝓpoſitionē modalē tres cōditiones requiruntur. Prima eſt. ꝙ ille modus natus ſit determinare compoſitionē ꝓpoſitionis. Ex quo ſequitur ꝙ iſta adiectiua ſcriptū. pictū. albū. nigrū. ⁊ iſta aduerbia bene. male nō faciunt ꝓpoſitionē modalem. Secunda conditio eſt ꝙ talis modus ſignificet aliquam differentiam entis. Ex quo ſequitur ꝙ iſti termini ſcitū. creditū. opinatū. imaginatū nō faciunt ꝓpoſitionē modalem. Tercia conditio eſt ꝙ talis modus ampliat compoſitionē vltra tempus prius. Ex quo ſequit̄ ꝙ iſti modi verū ⁊ falſum nō faciunt ꝓpoſitionem modalem. licet eñ ſint verificabiles de tota ꝓpoſitione inquātum ꝓpoſitio eſt. ⁊ tamen nō ampliant compoſitionem vltra tempus prius. Preter has conditiones ponuntur alie. de quibus viſum eſt in ſumulis.

# His viſis dicit̄ ꝑmo ꝙ propoſitio

modalis eſt ꝓpoſitio cathegorica. Patet ꝑmo per diffinitionē ꝓpoſitionis cathegorice prepoſitā. Patet ſecundo. qͣ modus a quo ꝓpoſitio denominatur modalis. nō poteſt eſſe determinatio compoſitionis ypothetice. igit̄. Et ſi dicat̄. ꝓpoſitio de contingenti ad vtrūlibet eſt ꝓpoſitio modalis. ⁊ tamen eſt ypothetica. cū habeat exponi per vnā copulatiuā. cuꝯ prima pars eſt negatiua de neceſſario. ⁊ ſecunda eſt negatiua de impoſſibili. igitur. Ad hoc dicitur primo ꝙ licet ꝓpoſitio de contingenti ad vtrūlibet ſit modalis. tamen nō ordinat̄ cū ꝓpoſitionibus de alijs modis. Dicitur vlterius ꝙ licet illatiue equaleat vne ypothetice. tamen non equalet ſignificatiua. ideo nō ſequit̄ ꝙ ſit ypothetica. Dicit̄ ſecūdo ꝙ ꝓpoſitio modalis eſt a ꝓpoſitione de ineſſe ſpecie uoce diſtincta. Probatur dupliciter. Primo ſic. Quecūqꝫ differunt eſſentialiter plus qꝫ numero differunt ſpecie

voce. ſed ꝓpoſitio modalis ⁊ propoſitio de ineſſe ſunt huiuſmodi. igitur. Minorẽ probo· qa plus differunt propoſitio modalis ⁊ propoſitio de ineſſe ꝗ̃ due propoſitiones de ineſſe. ſed due de ineſſe differunt numero. ergo alie due differunt plus ꝗ̃ numero. ⁊ per cõſequens differunt ſpecie. Secundo ſic. Que differunt in forma differunt ſpecie. Nã differentia ꝑm formam eſt differentia ſcd̃m ſpeciem. ſed propoſitio madalis ⁊ propoſitio de ineſſe differunt in forma. igitur differunt ſpecie. Minor probatur qa forma propoſitionis de ineſſe eſt ſimplex inherentia predicati cũ ſubiecto ⁊ ſimplex compoſitio eorundem. Forma autem propoſitionis modalis eſt modificatio compoſitionis per quam eſſentialiter diſtinguitur ab illa. Dicitur tercio ꝙ tm̃ ſunt quattuor modi facientes propoſitiones modalem. Patet. qa tm̃ quatuor ſunt modi determinantes compoſitionem propoſitionis differentiã entis ſignificantes ⁊ compoſitionem ampliantes vltra tempus p̃ſens. igiẗ ſunt tm̃ quattuor modi faccintes propoſitionẽ modalem. tenet cõſequentia per conditiones ſuperi⁹ poſitas. Diciẗ quarto ꝙ nõ om̃is propoſitio in qua aliquis illoꝝ quattuor modorum poniẗ eſt modalis. ſed ſolum illa in qua ponitur aliquis illorum quattuor modoꝝ determinans compoſitionem propoſitionis. Prima pars patet. qa ille nõ ſunt modales. ſocrates eſt poſſibilis. deus eſt ens neceſſariũ. chymera eſt ens impoſſibile. ⁊ tamen in eis poniẗ modus. igiẗ Secunda pars patet. qa illa propoſitio in qua modus determinat coplã habet om̃ia reqſita ad modalẽ propoſitionẽ. ergo eſt modalis.

## Secũda difficultas Utrũ iſti modi

